E fuerint in ſapientia, de quo dicit. Repleti ſumus mane &c. Ad quod ſciendum, quòd repletio miſericordiæ, & exultatio, & delectatio, de quibus hic agitur, non bene poſſunt intelligi de temporalibus, cùm iam illa reprobauerit in parte præcedenti ex ſui breuitate & inſtabilitate. Cui enim mille anni præcedentes nihil ſunt, & cuius terminus vltimus vitæ eſt octogeſimus annus, vt ſuprà oſtẽdit, quid prodeſt tali, vt exultet, & ſit iucundus omnibus diebus ſuis ſic temporaliter intellectis? vnde neceſſe eſt dicere, quòd hic loquitur de duratione æterna, in qua omnes dies ſunt ſimul, nec ſibi inuicem ſuccedunt.
Pſal.5.a Similiter & hic, repletio & exultatio intelligenda ſunt ſpiritualiter, prout ſunt in mane æternitatis, de qua alibi dicit: Mane aſtabo tibi, & videbo. Et ideo prophetice orat, vt populus per notitiam dexteræ Dei, de qua dixerat: Repleatur miſericordia diuina in mane æternitatis, vt ſic exultet & delectetur in omnibus diebus ſimul ſcilicet, non ſucceſſiuis. Ex quo ſequitur, quòd ſicut in temporibus retroactis fuerunt afflicti, ſeu humiliati corporaliter, & etiam mentaliter, ſic tempore gratiæ erunt lætati ſaltem ſpiritualiter, in quo eſt vera lætitia, & de hoc dicit: Lætati ſumus, pro diebus quibus nos humiliaſti, &c. In hoc autem loco litera Hebraica habet: Repleamus mane miſericordia tua, & exultemus & lætemur &c. lætifica nos pro diebus quibus nos humiliaſti &c. quod magis conſonat propoſito &c. Conſequenter quartò dicit: Reſpice in ſeruos tuos & in opera tua, dirige filios eorum. vbi Hebraica veritas ſic habet, Oſtendatur ſeruis tuis opus tuum, & pulchritudo tua ſuper filios eorum. In quibus verbis duo petit. Primum ſcilicet incarnationem filij Dei oſtendi ſeruis ſuis. Incar-
Abac.3.a natio enim dicitur opus Dei per excellẽtiam, iuxta illud Abacuch. Opus tuum in medio annorum notum fac. Secundum ſpetit gratiam deriuari in filios. & de hoc dicit: Et pulchritudinem tuam ſuper filios eorum. Gratia enim ſecundum glo. ſuper illud: Vt exhilaret faciem in oleo, eſt quidam nitor animæ. Hæc igitur gratia à
Iohan.1.b Chriſto deriuatur in filios adoptionis. vnde in Ioan. De plenitudine eius omnes accipimus gratiam pro gratia. Conſequenter quintò dicit: Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos &c. Ad cuius euidentiam attendendum eſt, quòd ſecundum ſanctum Thom. prima ſecundæ q.111. artic.3. in corpore quæſtionis, quinque ſunt effectus gratiæ in nobis. Primus eſt, vt anima illuſtretur, ſeu ſanetur. Secundus eſt, vt bonum velit. Tertius vt bonum, quod vult, efficaciter operetur. Quartus eſt, vt in bono perſeueret. Quintus eſt, vt ad gloriam perueniat. De tribus enim primis effectibus prædictis tractat Pſalmiſta in hoc verſu. De duobus verò vltimis tractat in Pſal. immediatè ſequenti, vt ibidem videbitur. Dicit ergo de primo effectu gratiæ: Sit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos. Gratia enim ſecundum Aug. in lib. de natura & gratia, eſt quædam lux animæ. Et quia à Deo infunditur immediatè, idcirco rectè dicitur: Splendor Domini Dei noſtri. Et quia hæc lux non eſt naturalis, ſed ſupernaturalis, idcirco dicitur: Super nos. q.d. ſuper noſtram naturam. De ſecundo verò effectu dicit: Et opera manuum noſtrarum dirige. In primo enim effectu voluntas in qua conſiſtit radix meriti, ſe habet vt mota tantùm, non vt mouens. Sed in iſto ſecundo ſe habet vt mota & mouens. & ideo dicit: Opera manuum noſtrarum, id eſt actus noſtri voluntarij, prout ſunt actus, fidei, ſpei, & charitatis, à voluntate eliciti, qui quidẽ actus etiam ſunt ſuper nos, inquantum excedunt facultatem naturæ humanæ. ideo petit vt dirigantur à Deo ſplendore Domini ſupradicto. De tertio verò effectu dicitur: Et opera manuum noſtrarum dirige. non addendo illud, ſuper nos, vt intelligatur ſimpliciter de quibuſcunque actibus à voluntate imperatis, non ſolùm interioribus, ſed etiam exterioribus, qui ſcilicet ad exteriorem exeunt materiam. Non immeritò igitur hic pſal. intitulatur Moyſi, tanquam in perſona eius Pſalmiſta loquitur. De Moyſe enim in prima apparitione ei à Deo facta in rubo, legitur Deo dixiſſe: Obſecro Domine, mitte, quem miſſurus es. In quo petebatur, quòd Deus mitteret Chriſtum quem miſſurus erat, vt gratiam & veritatem daret ſine interpoſitione legis imperfectæ quæ data fuit per Moyſen, & in hoc conſiſtit motiuum expoſitionis huius pſal. ſupradictæ.

## GLO. ORDIN.

a *Laus cantici Dauid.* Laus, & humana eſt, ſed hæc eſt cantici, quia non niſi diuina. Eſt enim pſalmus iſte hymnus con-
Humilitas. Super pſ.90 tra dæmones. Propheta ergo de quolibet ſancto ait: Qui habitat in adiutorio altiſſimi. *Aug.*
F Oſtendit tentationes diaboli per humilitatem victas à Chriſto, & à ſuis, manentibus in auxilio Dei, vt & nos per eum diſcamus tentationes ſuperare: quia eſt ianua, per quam ſi quis introierit, ingredietur, & egredietur,
Enarr. pſal. 90. tomo 8 Matth.12.a & paſcua inueniet. *Aug. ibid.* Ianua Chriſtus, intrare per eum, eſt imitari eum, non in diuinitate potentia, & miraculis, ſed in eo quòd factus eſt pro nobis, id eſt humilitate, ad quam vocat, dicens: Diſcedite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. De hoc pſalmo tentauit Chriſtum diabolus. Chriſti autem tentatio noſtra eſt doctrina, quem ſequentes ex eo vincimus.

a Laus cantici Dauid XC.

¶ Id eſt cuius ſpes in Deo eſt.

b Qui habitat in † adiutorio altiſſimi, in † protectione Dei cœli commorabitur.

a ¶ Non ſuo. b ¶ Vt nec illecebra malè blandientis voluptatis capiatur, nec timore aduerſitatis frangatur.

a ¶ Cuius ſedes eſt cœlum, id eſt anima iuſti.

a ¶ Ille qui habitat in adiutorio altiſſimi, non ſuperbus de ſe, vt primus homo. b ¶ Mei infirmi ad curandum. c ¶ Qui hoc dicit totum ſe proiecit in eum, qui dicit: Deus meus eſt refugium meum: non quærit aliud auxilium contra tempeſtates ſeculi.

c Dicet Domino, † ſuſceptor meus d es tu, & refugium meum, Deus

a ¶ A ſeculi tempeſtate

¶ Et ideo. ¶ Non ego.

meus ſperabo in eum. Quoniã ipſe liberabit † me de † laqueo venantiũ, et à verbo † aſpero. † Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub † pennis eius † ſperabis. Scuto circundabit te veritas ei⁹, nõ timebis à timore noctur no. A ſagitta volante † in die, à negotio perambulante in tenebris, † ab incurſu & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem nõ appropinquabit. Veruntamen

a ¶ In quem ſuperbus Adam cecidit. a ¶ Vt liberet. b ¶ Ne putes, quod per te poſſis protegere. a ¶ Qui habitat in adiutorio altiſſimi. b ¶ Miſericordiæ. a ¶ Tanquam. Alæ ſunt enim ſcutum. a ¶ Implens promiſſa. a ¶ Et ita. A leui tentatione, & occulta quæ fit ignorantibus. a ¶ A leui & aperta. b ¶ Graui occulta. a ¶ Graui aperta. b ¶ Incurrente dæmonio. c ¶ Cui adeo feruet æſtus perſecutionis, vt martyr fiat. d ¶ Sed. a ¶ Aug. O Chriſte, pauciores qui præſumunt ſe tecum iudicaturos. b ¶ Aug. Plures qui præſumunt ſe à dexteris tuis ſtare, cadent per dæmonium meridianum, id eſt per grauem æſtum tribulationis. a ¶ Sed, ad te ò Chriſte in veris membris, non appropinquabit dæmonium, etſi corpus non fidem læſit.

tate: *quia in Hebræo, & in tranſlatione Hieronymi nullus omnino ponitur titulus: propter quod dicunt Hebræi, quòd iſte pſalmus factus fuit à Moyſe ſicut & præcedens, & ſimiliter ſequentes vſque ad centeſimum pſalmum qui incipit: Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine, quoniam in nullo iſtorum in principio fit mentio de Dauid, vel quolibet alio doctore, vel propheta. & ideo referuntur ad Moyſen tanquam autorem, ſicut & pſalm. immediatè præcedens. Et ſunt vndecim pſalmi, correſpondentes quantum ad numerum vndecim benedictionum, quibus Moyſes benedixit filijs Iſrael. Et ſicut Moyſes pſalmo præcedenti petijt beneficia Dei populo exeunti de Aegypto, ita in hoc pſalmo denunciat multiplex Dei beneficium ſuper populum. Et ſecundum hoc diuiditur in tres partes, quia primò denunciat eis adeſſe diuinam protectionem. Secundò inimicorum deiectionem, ibi: Cadent à latere tuo mille. Et tertiò populi exaltationem, ibi: Quoniam in me ſperauit. Circa primùm dicit:*

a Qui habitat in adiutorio altiſſimi, i. *confidenter ſperat de eius adiutorio, cuiuſmodi erat populus Iſrael in exitu de Aegypto, quantum ad bonos, & deuotos illius populi.*

b In protectione Dei cœli commorabitur. *Iſti enim ſemper fuerunt à Deo protecti vſque ad ingreſſum terræ promiſſionis, vt patet ex decurſu libri Exo. & Num. licet frequenter mali fuerint puniti, & mortui in deſerto.*

c Dicet Domino, &c. *Scilicet populus deuotus recognoſcens Dei beneficia.*

d Suſceptor meus es tu. *Quia Pharaone populum perſequente, Deus ſuſcepit eum in ſua protectione.*

¶ a Sperabo

## GLO. ORD. PSAL. XC.

b
Vbi ſupra. Qui habitat in adiutorio altiſſimi. *Caſſ.* Deſcribit primò fidentem in ſolo Deo omnino protectione Dei vallatum. *Caſſ.* Qui habitat, id eſt qui totam ſpem nõ in ſe, ſed in Deo ſemper conſtituit, omnibus modis protegetur à Deo. Nota verborum correſpondentiam:
Nume.21.e Deuter.5.d Sicut enim ſemper habitat, ſic & ſemper commorabitur. Illud affirmat ſ. quòd habitat: hoc promittit ſ. quòd protegetur.
c *In protectione Dei cœli commorabitur.* Vt ſ. non declinet ad dexteram vel ad ſiniſtram, ſicut in veteri teſtamento præceptũ erat filiis Iſrael, vt incederent via regia, non declinantes ad dexteram vel ad ſiniſtram. Via regia, via Chriſti Regis noſtri, qui ſic viam mundi cucurrit, vt nec proſperis illiceretur, nec aduerſis frangeretur.
d *Deus meus. Caſſ.* Ne putes poſt ſuſceptionem & refugium iam nihil eſſe petendum addit: Sperabo in eum, ne aliquando de ſe præſumat: hoc ſi feciſſet Adam bene ſtaret.

a *De laqueo*

## MORALITER.

a *Qui habitat in adiutorio altiſſimi.* Pſalmum iſtum fecit Moyſes pro populo Iſrael. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet fideli in Domino ſperante ſpe formata charitate. Sciendum autem, quòd in hoc pſalmo fit frequenter tranſitus de capite ad membra, & è conuerſo, propter connexionem vnius cum altero. Dicitur ergo: *Qui habitat in adiutorio altiſſimi.* Per ſpem charitate formatam.
b *In protectione Dei cœli commorabitur.* ad Corin. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis.
c *Dicet Domino.* Expertus ſuam protectionem. *Suſceptor meus es.*

a *Quoniam*

## NIC. DE LY. PSAL. XC.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi. *Huic pſalmo præmittitur talis titulus communiter in Biblijs. Laus cantici ipſi Dauid. ſed iſte titulus fuit appoſitus ab aliquo doctore pro ſua voluntate:*



a *De laqueo. Caſſ.* Tentatio, vel per facta, quæ hic dicitur la-
A queus: vel per verba quæ hic à verbo aſpero, quaſi, etſi leue videatur, graue tamen eſt verbo tentari. Laqueus, verſutiæ ſpiritualium, vel carnalium inimicorum, verbum aſperum, omne dictũ quod mouet à regulis diuinis. *Aug.* De laqueo venantium dæmonum qui nõ in via Chriſto, ſed circa ad dexteram, vel ſiniſtram tendunt laqueos. In quos, & per verbum aſperum cadunt aliqui, vt qui nolunt eſſe Chriſti, propter inſultantes Chriſtiano nomini, & qui timẽt detractiones hominum, vt ceſſent à via Dei.
b *Venantium. Hieron.* Nota, quia venatores in ſacra ſcriptura vix in bono inuenimus. Econtra, piſcatores rarò in malo.
c *Scapulis ſuis. Aug. Caſſ.* Speranti beneficia Dei promittit. Scapulæ, ſunt operationes mirabilium, quibus vt humeris virtus Dei oſtenditur. Pennæ, monita prophetarum, quæ ad cęlos vehunt.
d *Obumbrabit tibi.* Vt neque ſol diuinitatis, neq; luna humanitatis te vrat. In pennis protectio. Scapulis ſu. aliàs, Inter ſcapulas. *Aug.* i. ante pectus ſuũ te ponit, vt alis ſuis te protegat. Vel, Inter ſcapulas, quaſi in medio poſitus, hincinde alis, ſiue pennis expanſis, quo nõ audet accedere inimicus, nihil timeas, niſi tu inde exieris. Nulla auis ſic infirmatur cũ pullis, vt gallina, quæ tota mutatur affectu corũ: ſic ſapientia Dei propter nos caro facta eſt, & habitat in nobis, & ſub alis eius ſperemus.
e *Veritas eius. Aug.* Dei eſt, qui non reſpicit perſonas, nec miſcet ſperantes de ſeipſis cum his qui ſperãt in Deo, ſed diſcernit humiles vel ſuperbos. *Caſſ.* Vel veritas, incarnatio Chriſti. vnde: De terra veritas orta eſt, quæ & ſcapulis obumbrat, & ſcuto defendit. Sicut notauit genera defenſionum, notat
B & genera periculorum, vt ſit grauior liberatio.

f *A timore*

f *A timore noctur.* A ſimilitudine periculi. vnde tñ timor hr. C
*A timore nocturno. Aug.* Qui ignorãs peccat, in nocte peccat, qui ſciens, in die. A timore, à ſagitta, duo leuiora genera tẽtationũ, occultæ ſ. & manifeſtæ: his reddit duo grauiora. A negotio perambu. in tenebris ab incurſu, & dæmo. merid. Leuia non ſic vrgent vt cogant, ſed poſſunt citò tranſire declinata, grauia nõ. Vt cũ perſecutor acriter inſtat nondum firmis in fide, qui neſciunt Chriſtiani eſſe, ſpernere præſentia, quærere futura, vel cùm adeò inſtat hoc ſciẽtibus, † Alis quæ tentatio eſt à dæmonio meridiano. Et vtroſque capit, non quidẽ eos, † alis qui habitãt in adiutorio altiſſimi, ſed de ſe præſumentes, de quibus dicit: Cadent à latere tuo mille.
g *Cad. a la. Caſſ.* Secũdò fidẽtis in Deo caput. i. Chriſtũ in cęlo leuatũ, dicit à nullo poſſe contingi, qui & pedes in terra protegit, ſed præſumptores ab † per diem eo cadunt: Ecce certitudo protectionis fidentis in Deo per Chriſtum. † à ruina
h *A latere. Caſſ.* Latus Dei eſt corona iuſtorum, qui cum eo iudicabunt vnde dr̃: Mittite à latere veſtro. i. qui vobiſcũ hñt conſiliũ. Latus ergo Chriſti, apoſtoli, & eorũ imitatores quib promiſit: Sedebitis ſup ſedes duodecim, Matth.19.d iudicãtes duodecim trib⁹ Iſrael. Duodecim ſedes perfectio tribunalis, in quibus ſedebunt omnes qui omnia reliquerũt, & ſecuti ſunt Chriſtum.
i *Veruntamen. Caſſ. Aug.* Licet quidem te permittente impiis tuos perſequi, ſed non impunè, oculis tuis conſiderabis malum quod voluerunt non bonum, quod per neſcientes agitur, eis retribuetur, & ſanctus, qui habet oculos fidei, videt eos modò exaltari, & tonare, & in fine fulminare: hoc dixit, ne infirmi moueantur. *Caſſ.* Veruntamen oculos &c. Et ſi cadentes tentent te duris, veruntamen. Vel, etſi dæmonium non appropinquet, quod eſt per iniquos: ſed tamen nõ quod faciunt, ſed quod intendunt, conſiderabis.

a *Quoniam* D

## NIC. DE LYRA.

¶ a Sperabo in eum. *De futuris bonis ab eo conſequendis.*
b Quo. ipſe libe. me de la. ve. i. *Aegyptiorum me perſequentium tanquam illaqueatum. vnde dixit Pharao: Coarctati ſunt in terra, concluſit eos deſertum. quaſi diceret, non poſſunt effugere manus noſtras.*
c Et à verbo aſpero. *Quia Pharao dicebat ſe eos capere & interficere. Conſequenter Pſalmiſta dirigit verbum ad populum in dicto periculo poſitum, dicens:*
d Scapulis ſuis. *Vnde in Exo. dicitur: Tollenſq; ſe angelus Domini, qui præcedebat caſtra Iſrael: abijt poſt eos. & ſequitur poſtea: Et erat nubes tenebroſa, & illuminans noctem, ita vt ad ſe inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. Vel poteſt illud referri ad columnam ignis & nubis, quę diuino præcepto per diem contemperabat populo Iſrael ardorem Solis per modum obumbrantis, & de nocte oſtendebat eis viam, vt ſic Deus eſſet eorum ductor vtroque tempore.*
g Scuto circundabit te &c. *Id eſt proteget.*
h Ve. eius. *Quia promiſit Moyſi ſe eſſe ductorem populi, ideo ſubditur:*
i Non timebis à timore nocturno, *Id eſt à latronibus & prædonibus, qui de nocte ſolent, inuadere.*
l A ſagitta volante in die &c. *Id eſt inuadentibus, de die cum ſagittis. Quod fuit impletum, quando Amalecitę venerunt ad pugnandum contra Iſrael in deſerto, qui fuerunt ſagittarij, ſicut & Eſau à quo deſcenderant. Quòd autem Eſau fuit ſagittarius, patet in Gen. vbi dixit ei Iſaac: Sume arma tua, pharetram, & arcum. Moyſe autem orante fugati fuerunt Amalecitæ.*

m A negotio.

m A negotio. *In Hebreo habetur: A* דבר *deber deambulante in tene-* Debe *bris, &* קטב *quetheb vaſtante in meridie. Et dicit hic R. Sa. quòd deber,* Quetheb *& quetheb ſunt nomina dæmonũ, & primò eis permiſſa eſt poteſtas magis nocendi in tenebris. ſecundò verò magis in meridie, ſiue de clara die. Et videtur dictum eius ſatis probabile, quia ſicut erant angeli ſancti deputati ad protectionem populi Iſrael, vt ſupradictum eſt, & apparebit infra: ita à Deo permiſſi ſunt angeli mali ad tentandum populum. Et illi qui erant in populo ſancti, & boni à tentationibus illorum diuinitus ſunt protecti. & quantum ad iſtos loquitur hic Pſalmiſta. Mali verò in illo populo fuerunt plùries deiecti in peccatum per dæmonum tentationes, vt patet in fabricatione vituli, Exo.32. & in alijs eorum malis, vt* Exo.32.a *patet lib. Num. in pluribus locis.* Lib. Num. per totum.
o Cadent à la. tuo mille. *Hic conſequenter denunciat populo aduerſariorum deiectionem, dicens:* Cadent à latere tuo mille, & de. mil. *Hoc* Dimiſſio. *fuit impletum, quando Sehon Rex Amorrhæorum, & Og Rex Baſan, & Balach filius Sephor, venerũt ad pugnandum contra populum Iſrael. & fuerunt debellati magis diuina virtute, quàm humana.*
p Ad te autem non appropinquabit. *Scilicet gladius aduerſariorum ad nocendum tibi. Hoc fuit impletum, vbi dicitur, quòd debellatis Ma-* Num.31.g *dianitis principes exercitus Iſrael, tribuni, & centuriones dixerunt ad Moyſen: Nos ſerui tui recenſuimus numerum pugnatorum, quos habuimus ſub manu noſtra, & nec vnus quidem defuit: propter quod recognoſcentes hoc eſſe diuinitus factum, obtulerunt Domino quicquid auri potuerunt inuenire in præda, vt ibidem habetur, & ideo ſubditur:*
q Veruntamen. *Talem protectionem diuinam ſuper te tanquã gratus.*

¶ a Et retri-

## MORALITER.

a *Quoniam ipſe lib. me de la. venantium.* i. de tentatione dæmonũ.
c *Et à verbo aſpero. Greg.* Verbum aſperum euadere, eſt irriſiones detrahentium diſſimulando calcare.
d *Scapulis ſuis.* Hic oſtenditur qualiter memoria paſſionis protegit in aduerſis, cùm dicitur: *Scapulis ſuis.* Pro te flagellatus.
e *Obumbrabit tibi.* Contra perſecutionis ęſtum.
f *Et ſub pen. eius.* i. brachiis in cruce protenſis in modum alarum.
g *Scuto circundabit te veritas eius.* Id eſt ſua morte quæ dicitur veritas, eò quòd impleuit promiſſa de redemptione humana. Ipſa etiã eſt ſcutum contra inſultus tentationum. Thren. Dabis eis Domine ſcutum cordis laborem tuum. ideo ſubditur:
i *Non time.* Circa quod ſciendum, quòd diuerſi dæmones tentant de vitiis diuerſis, propter quod aliqui dicuntur ſpiritus luxuriæ, aliqui ſpiritus ſuperbiæ, & ſic de aliis, per hoc ergo quod dicitur:

K *A timore*

K *A timore nocturno.* Intelliguntur dæmones tentantes de furto, quod communiter fit de nocte.
l *A ſagitta volante.* Per quam intelliguntur dæmones tentantes de ſuperbia, quæ quærit apparere.
m *A negocio perambulante.* Id eſt à dæmonibus de luxuria tentantibus, Iob. Oculus adulteri obſeruat caliginem. Iob 24.c
n *Ab incurſu & dæmonio meridiano.* Id eſt à ſpiritibus de caſtrimargia tentantibus, quæ fit in prandiis magnis, vbi concurrunt multa fercula & vina: & fiebant communiter hora meridiana.
o *Cadent à latere tuo mille, &c.* Id eſt dæmonum multitudo. ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato, quia ſunt in maiori numero, ſicut Apocal. per 24. ſeniores ſignificatur vniuerſitas Apoc. in variis locis. epiſcoporum, qui ſunt multò plures.
p *Ad te autem non appropinquabit.* ſ. ictus peccati mortalis.
q *Verum. ocu. tu. con.* Quod non eſt ex virtute tua, ſed diuina.

a *Et retri-*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Quoniam tu es Domine ſpes mea. Aug.* Vnus Chriſtus eſt caput E & corpus, de quo loquitur modo vt de capite, modo vt de
*Vbi ſupra.* corpore, non mutata perſona. Ideoque diligenter aduerte, vbi de Chriſto ſecundum caput, vbi ſm membra agat.

b *Altiſſimum poſuiſti. Aug.* In alto eſt refugium Dei, valde in occulto, vt fugiatur à ventura ira. Multi enim ſic faciunt ſibi refugium, ſ. in quo fugiūt à malis temporalibus. Altiſſimū poſuiſti refugium. i. reſurgendo, aſcendēdo altum feciſti refugium, vt tuam ſpem ſequi, quò præceſſiſti. *Aug.* Tabernaculū Dei eſt caro, in qua pro nobis militauit: ad quam leuatam ſuper cœlos, vt ſit illuc directa ſpes noſtra, nō accedunt flagella, vt prius in terra: pro quibus di-
*Act. 9.a* cit: Saule, Saule quid me perſequeris? diſcretio eſt per loca, coniunctio per affectum. Sed nec his flagellū appropiat, ita vt fidem excutiat. ideo de toto Chriſto hoc bene accipitur.

c *Quoniam angelis ſuis &c.* Hoc dixit tentator Domino, quando illum tentauit: hoc obiecit de deitate eius dubitans. Tentatus eſt autem Chriſtus propter nos, vt & in eo tentatorem vincere diſcamus. *Aug.* Sic & baptizari à ſeruo voluit, non pro ſua neceſſitate, ſed pro hominis vtilitate, vt non aſpernemur ba-
*vnquam* ptizari à conſeruis.

d *In manibus portabunt te. Aug.* Manibus angelorum ſublatus eſt Chriſtus in cœlum, non quod ſine eis rueret, ſed quia obſequebantur regi: & melior eſt qui portatur, quàm iumentum portans. Clarificatus autem miſit ſpiritum, die pentecoſtes, vt ī die quinquageſimo à paſcha
*Act. 2.a* agni. i. immolatione, data eſt lex in tabu-
*Exo. 12. & 31.* lis lapideis ſcripta digito. i. ſpiritu Dei. Lex data eſt in pœnam timoris, ſpiritus venit in plenitudine amoris, vt pedes capitis in cœlo ſedentis. i. euangeliſtæ mūdum peragrantes, non offendant in la-
F pidem. i. legem in lapide ſcriptam & ſine gratia in ea teneantur rei, ſed à timore ſoluātur per amorem ſpiritus legem implentes. Ideo ergo portatur in celum ab angelis, ne pedes qui in terra, ſint rei legis, pulſo timore impleuit eos amore, qui vinci non poteſt.

e *Super aſpidem, & baſiliſcum &c.* Poſt humanam infirmitatē diuina virtus oſtenditur, quæ tantis imperat. Et agit de Chriſto ſecundum membra.

f *Et conculcabis. Aug.* Serpentem calcat eccleſia, quæ cauet aſtutiam eius.

g *Leonem. Auguſt.* Apertè ſæuit in martyres. Draco inſidiatur per hæreticos, vt corrumpat
*2. Cor. 11.c* virginem Chriſti. Vnde Apoſtolus: Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.

h *Quoniam in me ſperauit. Aug.* Tertiò verba Dei quibus eccleſiam cōſolatur, cui & hic defenſionem, & in futuro præmia promittit. *Caſſ.* Mandat angelis de te dicens: Quoniam in me &c. Certitudo promiſſionis per promiſſionem Dei.

i *Clamauit ad me. Aug.* Non eſt timendū in tribulatione, fides in te, Deus in te, ſi dormit fides excita eā, & ſaluaberis. Chri-
*Matth. 8.c* ſtus dormiēs in naui excitatus eſt à diſcipulis, & ſaluati ſunt.
*Dan. 3.c* Et ſi nō eripit quando vis, non ideo putes te deſeri. Eripuit tres pueros, nūquid martyres deſeruit? Tres pueros liberauit corporaliter, vt cōfundantur infideles. Martyres liberat ſpiri-
*Pſal. frequēs iſtius pſal. in eccleſia cauſa quæ aſſignatur.* tualiter, vt imitentur fideles. Hunc pſal. per totum annum, & maximè in quadrageſima, & quotidie in cōpletorijs eccleſia frequentat, quia cū Chriſtus ieiunaret, diabolus eum de hoc pſal. tentauit, & eius tētationibus à Chriſto ſuperatis victus abſceſſit, vt & nos, quo tempore diabolus magis nitit ad decipiendum, eo tpe magis nos laboremus ad reſiſtendum.

a ¶ Illo lucido viſu quo merita hominum iudicas.
oculis tuis conſiderabis, & re- a
tributionem peccatorum vide-
a ¶ Ideo non cadit in ſus à dæmonio. b ¶ Chriſtus ſecundum caput.
a bis. Quoniā tu es Domine ſpes b
a ¶ Per hoc ſpes. ¶ Id eſt pro altiſſimis & occultis, vel vitandis vel habendis mihi oſtēdiſti ad te fugiendū, [illegible] declinandis pęnis ęternis & pro aſſe[illegible] bonis ęter[illegible]. b ¶ Intus.
b mea, altiſſimū poſuiſti refu- c
a ¶ Ideo. b ¶ O Domine ò Chriſte. c ¶ Et ad nos.
gium tuū. Non † accedet ad te d
a ¶ Vel ſerpēs, id eſt peccatum.
malum, & flagellum non ap- e
propinquabit tabernaculo tuo.
a ¶ Aſtitit ei angelus confortans eum. ¶ Hoc eſt humanæ infirmitatis indicium.
c Quoniam angelis ſuis manda- f
uit de te, vt cuſtodiant te in om
¶ Et ipſi.
d nibus viis tuis. In manibus por g
a ¶ Vt miſſo ſpiritu ſoluat credentes à reatu legis.
tabunt te, ne † fortè offendās ad h
a ¶ Sed.
e lapidem pedem tuum. Super i
a ¶ Qui venēno & occultè perimit. b ¶ Regē dæmonum qui flatu nocet. ¶ Cū palam venenat.
f aſpidem & baſiliſcum ambula
g bis, & conculcabis leonem &
¶ Q[illegible]
h draconem. Quoniam in me k
¶ V[illegible]
ſperauit liberabo eum, prote- l m
¶ Vere.
gam eum, quoniam cognouit n
¶ Et quoniam.
i nomen meum. Clamauit ad o
me, & ego exaudiam eum, cum p q
¶ Etiā nunc audio iam ſum. ¶ De ſeculo.
ipſo ſum in tribulatione: † eri- r
¶ Poſt. ¶ In cœlo.
piam eum & glorificabo eum. s
¶ Et tūc. ¶ Vita ęterna. ¶ Quia ſufficit quod habebit.
Longitudine dierum † replebo t
¶ Chriſtum in maieſtate.
eum, & oſtendam illi ſalutare u
meum.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et retributio. peccatorum videbis. *Id eſt deiectionem aduerſariorum pro ſuis peccatis. Et ex iſta conſideratione, tanquam gratus Domino, dices quod ſequitur:*

b Quoniam tu es Domine. *Quia in te confido, non in virtute mea.*

c Altiſſimum poſuiſti refugium tuum. *Id eſt prebuiſti te nobis tanquam refugium altiſſimum, ad quod non poteſt accedere malum. Conſequenter Pſalmiſta conuertit verbum ad populum, dicens:*

d Non accedet ad te malum. *Id eſt quandiu pones in Deo ſpem tuam ſicut in refugium, non accedet ad te malum. ſ. mortalis culpa.* G

e Et flagellum. *ſ. temporalis pœna. Non appropinquabit tabernaculo tuo, cuius cauſam ſubdit:*

f Quoniam angelis ſuis mandauit. *Quod patet ex hoc, quod angelus pcedebat caſtra Iſrael in colūna ignis & nubis.*

g In manibus portabunt te. *Id eſt ſuo miniſterio dirigent te in via.*

h Ne fortè offen. ad lap. pe. tuum. *Ambulando per loca ſaxoſa, & abrupta, & hoc eſt, quod dicit in Deut. Adduxit te Dominus per deſertū xl. annis: veſtimentum tuum, quo operiebaris, non defecit, & pes tuus non eſt attritus. & iſtud fuit verificatum in bonis, licet mali aliquando fuerint labore afflicti, ſicut ibidem fuit expoſitum. Hanc autem ſcripturam: Quoniam angelis ſuis &c. allegauit diabolus dictam de Chriſto, ſed ſecundum Hieron. ipſe falſo allegauit.*

i Super aſpidem & baſiliſcū. *Quia Dominus deduxit eos per deſertū, vbi erant animalia venenoſa, & ferocia: & tamen non nocuerunt populo permanēti in bono, ſecundum quod dicitur in Deut. Dominus ductor tuus fuit in ſolitudine magna atque terribili, in qua erat ſerpens flatu adurēs, & ſcorpio ac dipſas. Exponitur hic ſingulare pro plurali, ſerpens. i. ſerpētes, & ſic de alijs, ſicut dicitur in Exo. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarum, & ſecundùm hoc dicitur:* Super aſpidem & baſiliſcum amb. *i. inter talia animalia ſecurè ambulabis, quæ etiam erant in deſerto, ſicut & prædicta quę ſunt expreſſa. Non enim fuerunt expreſſa omnia genera animalium venenoſorum, & ferocium, quę erant in illo deſerto, ſed ſuffecit aliqua exprimere. per quę intelliguntur alia.*

K Quoniam in me ſperauit. *Hic vltimò denunciatur populi exaltatio, quę maximè fuit, quando intrauerunt terram promiſſionis, quam obtinuerunt tempore Ioſue cum gloria & triumpho: & per hoc ſignificabatur ingreſſus terrę viuentiū apertus per Chriſtum. & hoc eſt quod dicit Pſalmiſta loquens in perſona Dei:* Quoniam in me ſperauit. *Populus Iſrael.*

l Liber. eum. *De impedimentis occurrentibus.* H

m Protegam eum. *A gladijs aduerſariorum.*

n Quoniam cognouit nomen meum. *Secundum quòd dicit ſuprà. Notus in Iudęa Deus, in Iſrael magnum nomen eius.*

o Clamauit ad me. *Orando deuotè.*

p Et ego exau. *Dādo ei effectum petitionis ſuę.*

q Cū ip. ſum in tri. *ad exercitium ſuę patientię.*

r Eripiam eum. *Competenti tempore.*

s Et glorificabo eum. *Per adeptionem terrę promiſſionis glorioſè, & perfectius per adeptionem terrę viuentium per illam ſignificatę. prę mium enim non deficit à merito, ſed magis excedit: bonum autem temporale minus eſt bono virtutis, & ideo quandocunque pro opere virtutis promittitur aliquod temporale bonum, per illud intelligitur bonum ſpirituale, quod eſt principale pręmium, ſicut declaratum fuit plenius in Gen. & litera ſequēs huic vltimo concordat, cùm dicitur:*

t Longitudine die. reple. eum. *Quia vita beata non habet terminum.*

u Et oſtendam illi ſa. meum. *i. meipſum, in quo conſiſtit ſalus ęterna in viſione Dei aperta. Moraliter pſal. iſte poteſt exponi de quolibet fideli ſperante in Domino ſpe formata charitate, quę eſt ex gratia, & meritis proueniens, coram quo cum Dei adiutorio exercitus dęmonum cadit debellatus, & ſic finaliter exaltatur in cęleſtibus coronatus.*

## MORALITER.

✱ a *Et retributionem peccatorum videbis.* Id eſt intelliges per oppoſitum, & tunc gratias Deo dices.

b *Quoniam tu es Domine ſpes mea. altiſſimum &c.* Ideo ſecurus eſt qui refugit ad te, propter quod taliter refugienti dicitur:

d *Non accedet ad te malum.* Et ſubditur ratio:

f *Quoniam angelis ſuis mandauit de te.* Quos poſuit cuſtodes hominum, & ſpecialiter electorum.

h *Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Chriſtum, qui Eſa. 8. dicitur lapis offenſionis malis hominibus & incredulis.

i *Super aſpidem & baſiliſcum.* Luc. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. & ſubditur ratio:

K *Quo. in me ſpera. libe. eum. &c. eri. eum.* De huius mundi periculis.

s *Et glorificabo eum.* In cœlis.

t *Longitudine dierum replebo eum.* Per ęternam durationem.

u *Et oſtendam illi ſalutare meum.* Per apertam viſionem.





E *In pſalmo xc. Qui habitat.*

## ADDITIO.

Quòd pſal. iſte ſit ad litterā intelligēdus de multiplici beneficio Dei ſuper populum Iſraeliticum in deſerto, prout poſtil. aſſerit, eſt omnino irrationabile: nam populus ille in tota ſacra ſcriptura nominatur duræ ceruicis, & inobediens Deo, & mandatis eius. de quibus in pſal. xciiij. dicitur: Et dixi ſemper, hi errant corde, &c. Quod non ſolum intelligendum eſt de his, qui conſumpti fuerunt in deſerto, ſed etiam de filijs eorum, qui terram promiſſionis ingreſſi ſunt: vnde poſtquàm dixit Moyſes: Iratusque eſt dominus aduerſus Iſrael: circunduxit eum per deſertū. xl. annis, donec conſumeretur vniuerſa generatio &c. ſubdit: Ecce, inquit, vos ſurrexiſtis pro patribus veſtris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, vt augeretis furorem domini contra Iſrael: non ergo de talibus poſſet verificari, quod in fine pſal. dicitur: Quoniam in me ſperauit, liberabo eum, &c. Hæreditatio enim terræ ſanctæ, & omnia beneficia exhibita illi populo attribuit promiſſionibus patrum, nō autem meritis illius populi duræ ceruicis, vti habetur expreſsè in Deut. Et inde eſt quòd non ſolum ab expoſitoribus catholicis, vt patet in glo. communi, ſed etiam ab expoſitoribus Hebræorū præcipuis iſte pſal. exponitur ad literā de quolibet ſeruo Dei, qui eidē per veram charitatem adhæret, vt patet per Ra. Abenhazra in glo. ſuper pſal. ſimiliter & Ra. Moyſes Aegyptius in ſuo libro notabili apud Hebræos de directione perplexorum. 3. q. c. 5. vbi iſtum pſal. notabiliter allegat, applicando ea, quæ in eodem continentur, cuilibet habenti diuinam cognitionem cum vehementi dilectione, vt ibidem habetur. hoc etiam conſonat huic, quod dicitur in Euangelio. Scriptum eſt enim: Angelis ſuis mandauit de te. vbi licet verum eſt (prout ait Hie.) quod diabolus ibidem falsè allegauit, hoc habet intelligi ex eo, quòd diabolus non cōcludebat propoſitum, ſ. quòd deberet ſe Chriſtus mittere deorſum, quia hoc eſſet manifeſtè contra illud: Non tentabis dominum Deum tuum. cum hoc tamē ſtat, quòd autoritas illa per diabolum allegata intelligenda eſt de quolibet filio Dei: aliàs magis propriè euacuaſſet Chriſtus allegationē
F diaboli dicendo, quòd illa verba intelligebantur non de aliquo ſingulari, ſed de populo Iſraelitico. Sunt etiam alia contra ſententiam poſtil. quæ cauſa breuitatis omitto, Vnde melius videtur dicendū, quòd hic pſal. continuatur cum immediatè præcedenti. licet enim pſalmi cōmuniter adinuicem non continuentur in materia, quandoque tamen aliqui pſal. ad inuicem proximi continuantur, vt in proœmio glo. ſuper Pſalteriū habetur. Quia igitur Pſalmiſta, in vltima parte præcedentis pſal. tractat de tribus primis effectibus gratiæ, vt ibidem dictum fuit. In hoc verò pſal. tractat de alijs duobus effectibus vltimis: quorū vnus eſt perſeuerare in bono gratię, alius verò eſt peruenire ad gloriam, de quo primo effectu tractat vſque ibi: Quoniam in me ſperauit. de ſecundo verò vſque ad finem pſal. Circa primum duodecim facit. Primò enim dicit, quòd etiam ille qui eſt in gratia conſtitutus indiget, vt protegatur à Deo taliter, vt ei perſeuerantia in bono detur, & hoc eſt quod dicit: Qui habitat in adiutorio altiſſimi. hoc eſt dicere: ille qui habitualiter eſt in gratia Dei, quæ eſt verum adiutorium altiſſimi, adhuc indiget, vt in protectione Dei cęli commoretur: vnde notanter in prima parte verſus dixit: Qui habitat in adiutorio, per verbum de præſenti, ad denotandum, quòd talis in gratia eſt præſentialiter conſtitutus. In ſecunda verò parte verſus dixit: Commorabitur, per verbum de futuro, vt intelligatur quòd protectione perſeuerantiæ indiget quò ad futurum, iuxta illud. Qui ſtat, videat, ne cadat. Conſequenter ſecundò dicit, quòd talis. ſ. in gratia cōſtitutus, debet orare pro perſeuerantia prædicta, & hoc cum dicit: Dicet domino ſuſceptor meus es tu, & refugium meum, ſperabo in eum. hoc eſt dicere, quod habitans in adiutorio altiſſimi, modo prædicto dicere debet Deo orando. Suſceptor meus es tu, id eſt ſis tu. Et refugium meum, à tentationibus ſeculi huius: Et quia talis oratio fundari debet, in vera ſpe, ideo dicit: Sperabo in eum. Conſequenter tertiò declarat, quæ ſunt illa in quibus maximè protectione indiget, qui habitat in adiuto. altiſ. ſ. in gratia conſtitutus. de quo dicit, quòd ſunt duo in generatione cōmuniter. ſ. proſpera & aduerſa. Homines enim per proſperitatem ſeculi eleuati, ſemper incidunt in laqueum ſuperbiæ, & de hoc dicit: Ipſe liberauit me de laqueo venantium. Sicut enim animal capitur à venatore per aliquod bonum apparens, puta cibum, vel huiuſmodi, ſic homines à diabolo ſeu à mundo capiuntur per aliqua bona apparentia mundana. De aduerſis autem dicit: Et à verbo aſpero. Solent enim homines propter vitandas aſperitates ſeculi, vtputa detractiones hominum, ſeu inſultationes, vel perſecutiones, à via recta deuiare: à quibus, qui habitat in adiutorio altiſſimi, indiget à Deo protegi per perſeuerantiam. Conſequenter quartò declarat modum protectionis, dicens: Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circundabit te veritas eius. Hic finitur iſte verſus in Hebræo. In quo denotantur duo modi protectionis diuinæ circa exiſtentem in gratia, vt in ea perſeueret. Primus enim modus eſt fouendo eum quaſi per modum naturæ. Sicut enim auis inſtinctu naturæ pullos protegit ab æſtu, & à frigore: ponendo eos ſub ſcapulis, & ſub alis, ſic Deus præſtat auxilium exiſtenti in gratia, ne ab æſtu vitiorum inflammetur, neque etiam à frigore pigritiæ, ſeu hebetudinis, eius fides ſeu G ſpes tepeſcat. & de hoc dicit: Scapu. ſuis obūbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis. Secundus, verò modus eſt quaſi artificialis. Sicut enim homo per ſcutum protegitur à iaculis inimici, ſic Deus per veritatem ſuæ fidei protegit exiſtentem in gratia, ne iacula inimici ei noceant, de quo dicit: Scuto circun. te veri. eius. Quod no-
tabiliter concordat cum eo, quod dicitur 1. Per. Aduerſarius veſter *1. Pet. 5.a*
diabolus circuit, cui reſiſtite fortes in fide. Vnde manifeſtè apparet, quòd ſcutum veritatis diuinæ, quæ eſt fides, debet circundare fidelem ad hoc vt non lædatur ab aduerſarijs, quod Chriſtus nos
docuit in ſua tentatione. In qua cum aduerſarius tentādo circum- *Matt. 4.a*
iret per diuerſa vitia, ſicut per gulam, inanem gloriam & huiuſmodi, Chriſtus circundedit ſe ſcuto veritatis. Quamlibet enim tentationem contra eum commiſſam euacuauit per autoritatem ſacræ ſcripturæ quæ eſt veritas diuina. Primam, ſcilicet tentationem gulę cum dixit: Scriptum eſt: Non in ſolo pane &c. Secundam cum dixit: Scriptum eſt: Non tentabis dominum Deum tuum. Tertiā, cum dixit: Scriptum eſt: Dominum Deum tuum adorabis. Conſequenter quintò dicit: Non timebis à timore nocturno. A ſagitta volante per diem, & continuatur ſic verſus in Hebræo, in quo denotantur ad literam duo genera periculorum, quæ homini quandoque contingunt inſidioſè, ſic vt ab eis non bene valeat præſeruari. Primum eſt quando in nocte occultè inſidiantur inimici, & de hoc dicit: Non timebis à timore nocturno. Secundum eſt, quando etiam in die per artem ſagittandi à longè inimicus inſidiatur: à quibus, qui habitat in adiutorio altiſſimi à Deo protegitur, ne ſubitò, & improuiſa morte decedat. Et per iſta poſſunt intelligi duo genera tentationum: Quorum vnum eſt ex ignorantia, & eſt nocturnum, ex defectu manifeſtationis. Aliud verò eſt ex defectu rectę deliberationis circa ea quæ ſunt manifeſta, & de hoc poteſt intelligi: A ſagitta volante per diem. Conſequenter ſextò dicit: A negotio perambulante in tenebris, ab incurſu, & dæmonio meridiano. Et notandum, quòd vbi dicitur in tranſlatione noſtra, negotio, in Hebręo habetur מדבר mideber ſeu à deber, quæ ſignificat peſtē vbicunq; ponitur, & vbi habemus incurſu, habetur קטב quetheb,
quæ quidem dictio ſignificat morſum peſtiferum. vnde in Deut. *Deut. 32.d.*
vbi dicitur. Morſu amariſſimo ponitur קטב quetheb in Heb. ſimi-
liter in Oſee. Ero morſus tuus ò inferne: loco morſus ponitur קטב *Oſee 13.d*
quetheb. Et eſt ratio. Nam duo genera ſunt morborum peſtilentium: Quorum vnum eſt, quando non apparet ab extrà aliqua cau H ſa peſtifera, & de tali peſte dicitur, quòd ambulat in tenebris. i. in occultis. Aliud genus eſt, quando apparet ſignum: vtputa antrax, ſeu apoſtema in aliquo membro, vel morſus alicuius animalis ve-
nenoſi, vt Num. 21. legitur de ſerpentibus ignitis, qui momorde- *Num. 21.b*
runt populū, de quo morſu periclitabantur, & de iſto dicit: A morſu, & dęmonio meridiano: quia talia ſigna ſunt manifeſta: ſicut ea quæ fiunt in meridie, & ſunt quaſi morſus dæmoniacus, vnde ſenſus eſt, quòd à quacunque peſte liberabitur, qui in protectione Dei cœli commoratur, ne ſubitò & improuiſò decedat. Per iſta etiam poſſunt intelligi duo genera tentationum, quorum vnum eſt, quando perſecutores occultè impugnant. & de hoc dicit: Perambulante in tenebris. Secundum eſt, quando perſecutores publicè, & palam perſequuntur, de quo dicit. Et dęmonio meridiano. Opinio autem Rab Salo. circa deber & quetheb, quam allegat poſtillator, fabuloſa eſt nullius fundamenti in ſcriptura. Conſequenter ſeptimò dicit: Cadent à latere tuo mille, &c. ubi denotat quòd ille qui habitat in adiutorio altiſſimi, ſic ab eo protegitur gratia perſeuerantiæ, quod etiam ſi contingat eum eſſe in aliquo magno periculorum dictorum ſeu præliorum, vbi plurimi periclitantur ex vna parte, & alia: tamen ipſe erit à Deo protectus, & de hoc dicit: Ad te autem non approximabunt. Conſequenter octauò denotat, quòd exiſtentia iuſti (de quo loquitur) in medio horum periculorum poteſt eſſe ſibi vtilis, inquantum ex hoc conſiderat diuinam iuſtitiam circa eos, qui in vtroque latere cadunt, & de hoc dicit: Veruntamen oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis. Conſequenter nonò Pſalmi. reuertitur ad Deum dicens, Quoniam tu es ſpes mea, &c. & eſt ſenſus: Ratio tantæ protectionis eſt, quia tu Deus qui es ſpes mea, poſuiſti refugium tuum altiſſimum, id eſt potentiſſimum. Loca enim quæ ſunt altiſſima, ſunt tutiora ab impugnatione hoſtium. Conſequenter decimò conuertitur ad illū, qui habitat in adiutorio altiſſimi, dicens: quòd erit tutus à quocunque malo, & flagello vniuerſaliter, ne accedat ad eum, vel appropinquet tabernaculo ſuo, ſic vt eum faciat à rectitudine uitæ deuiare, de quo dicit: Non accedet ad te malum, nec flagellum, &c. Conſequenter undecimò dicit: Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, &c. ad denotandum quòd iſta protectio non ſolùm fit à Deo immediatè, ſed quandoque etiam ab Angelis de eius mandato. unde dicit: Quoniam Angelis ſuis Deus mandauit de te, &c. In manibus portabunt te, &c. Conſequenter duodecimò dicit: Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, &c. ad denotandum quòd ſic protegitur à domino iuſtus prædictus, ut etiam calcando ueneno-
ſa animalia ei non nocebunt, quod ſpiritualiter intelligi debet de diabolo, qui in figura ſerpentis apparuit in prima tentatione hu-
mana: propter quod & conculcandus eſt à iuſtis. in Gen. Ipſa con- *Gen. 3.a*
teret caput tuum. Et quia multæ ſunt ſpecies, ſeu indiuidua huius hoſtis, ſimiliter & quàmplurimæ eius uerſutiæ: idcirco nominat



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E eum multis nominibus animalium ferocium & venenoſorum.ſ. aſpidem, & baſiliſcum, leonem, & draconem. Cōſequenter dicit: Quoniam in me ſperauit, &c. vbi tractatur de quinto effectu gratiæ, quod eſt perducere ad gloriam. Circa quod tria facit, quia primo præmittit cauſam huiuſmodi effectuum per modum meriti, & hoc cum dicit: Quoniam in me ſperauit. Vbi notandum, quòd vbi in tranſlatione noſtra habetur, ſperauit, in Hebræo habetur, חשק vechaſſak: quod ſignat amorem non ſolum ſimpliciter, ſed etiam vehementiam amoris, ſecundum quam talis diligens omnino fertur in ſuum dilectum: prout Ra. Moyſes manifeſtè oſtendit libro, & parte, & ca. allegatis. Vnde in Deut. vbi dicitur: Sed in patribus tuis

Deut. 10.c

conglutinatus eſt Deus, vt diligeret eos. vbi tranſlatio noſtra habet: Conglutinatus eſt Deus. In Hebræo habetur idem verbum, ſcilicet chaſſak. Vnde in perſona Chriſti dicit Pſalmiſta: quòd quia ille qui habitat in adiutorio altiſſimi, vehementer dilexit me, ſeu conglutinatus eſt mihi: ideo à me fuit liberatus, & protectus, vt eſſet perſeuerans. Quæ quidem dilectio tam vehementiſſima, nullo modo poſſet adaptari populo Iſraelitico in deſerto exiſtenti, ſed tantùm patribus ſeu viris valde perfectis. Et vt oſtenderet, quòd hæc dilectio non eſt fundata in aliqua vana, ſeu falſa cognitione, idcirco dicit: Quoniam cognouit nomen meum.ſ. per veram fidem. Secundo ad denotandum, ꝙ etiam habens gratiam, & charitatem orare debet pro huiuſmodi protectione, vt in principio pſalmi dictū eſt, vt,ſ. ei perſeuerātia donetur, prout Aug. declarat ſuper illud verbum orationis dominicæ, vbi dicit: Sanctificetur nomen tuum. idcirco dicit: Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. q.d. iſte qui me vehementer dilexit, & ſic non præſumpſit de ſe, ſed adhuc orauit clamando, vt eſſet à me protectus per perſeuerantiam, idcirco eripiam eum & glorificabo eum.ſ. dabo ſibi non ſolum protectionem, vt perſeueret, ſed etiam finalem gloriam. Conſequenter tertiò declarat, in quo conſiſtit illa glorificatio. Pro quo ſciendum, ꝙ beatitudo, quæ eſt vera glorificatio, principaliter conſiſtit in clara viſione Dei: vnde ſecundum Aug. viſio eſt tota merces. de qua dicit: Et oſtendam illi ſalutare meum,ſ. Chriſtū in maieſtate, ſed quia aliquando viſus fuit Deus per eſſentiam, non tamen beatificè, ſicut patet de Paulo in raptu vt ad Cor. idcirco addendum eſt ad hoc, ꝙ

2. Cor. 12.

viſio Dei ſit beatifica, quòd ſit æterna, vnde dicit: Longitudine dierum replebo illum, i. vita æterna, quæ ſufficit ad replendum ſeu ſatiandum affectum humanum. Omnes enim aliæ longitudines citra æternam, non replent perfectè humanam voluntatem, quæ fertur in bonum infinitum. Et notandum eſt, quòd Ra. Abenhazra in

F ſua expoſitione declarans iſtud verbum. Et oſtendam illi ſalutare meum: ſic dicit: Senſus huius eſt, vt delectentur in ſplendore diuino, quod eſt verum ſalutare Dei. Vel etiam ſignat Meſſiam: hæc ille, quæ ſunt verba notandiſſima in teſtimonium fidei. Item notandum, ꝙ iſte pſalmus præcipuus eſt contra tentationes: quæ fidelibus ſæpè contingunt, & ideo frequentatur in eccleſia in temporibus, in quibus magis diabolus nititur ad decipiendum.ſ. in diebus ieiunij, & in completorijs, prout hr̄ in glo. Hebræi etiam vocant eum canticū occaſionū, & licet apud eos incipiat pſalmus ab illo

G loco vbi dicitur: Qui habitat in adiutorio altiſſimi, ſicut apud nos, tamen quandocunq; eum cantant uel recitant in ſuis officijs, incipiunt à parte ultima præcedentis pſalmi.ſ. ubi dr̄: Et ſit ſplendor dn̄i Dei noſtri, &c. & ſic continuant uſq; ad finem.ſ. ubi dr̄: Oſtendā illi ſalutare meum: quod ualdè conſonat huic expoſitioni: quia ab illo loco incipiunt narrare quinq; effectus gratiæ ſupradictos, & continuantur uſque ad finem huius pſalmi, ut dictum eſt.

## REPLICA.

IN pſal. Qui habitat. quia poſtil. eum exponit, ut oſtendat pſal. denuntiare beneficia Dei ſuper populum exeuntem de Ægypto. Burgen. temerè redarguit, dicens illam poſtill. expoſitionem, omnino irrationabilem ex motiuis debilibus in præcedenti correctione ſolutis. In ſpeciali obijcit primò: quia populus Iſrael in deſerto fuit duræ ceruicis & peruerſus. igitur meritò, populi illius non prouenerunt beneficia hic enumerata. Rn̄detur, ꝙ poſtil. non dicit de merito illius populi quo ad illa beneficia, ſed dicit, quòd ſicut in præcedenti pſal. Pſal. petijt à Deo populo exhiberi illa beneficia, ita in hoc pſal. denuntiat ea ſuper populum futura. nihil igitur concludit Burgen. Secundò obijcit Burgen. quòd propter peruerſitatem populi non poteſt ille uerſus de eo exponi: Qm̄ in me ſperauit, liberabo eum. Neſcio rationem. Bur. tā uarius eſt loquendo de populo Iſrael, nunc eum dignificat ultra modū, contendens de eius primatu etiam in eccleſia Chriſtiana, ut patet Gen. ix. hic autem uilificat populum illum ad ultimum, qui tn̄ Deo fuit ualdè peculiaris, & ſpecialiter deſponſatus, ut patet per totum librum Exo. Et de illo populo dicitur: Non eſt alia natio tam grandis &c. Huic populo dictum eſt: Eritis mihi in regnum ſacerdotale gens ſancta populus acquiſitionis in Exo. Et in pſal. cxiij. Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius &c. pſ. Notus in Iudæa Deus, &c. Quicquid tamen ſit, de adoptione huius populi, dicendum eſt, quòd beneficia illi præſtita illi populo & promiſſa etiam in hoc pſal. contenta, non prouenerunt propter merita populi, ſed propter fidē & merita patrum ad ſatisfaciendum promiſsionibus eis factis, & contigerant illi populo in figura noſtri, qui ad illa beneficia ſpiritualiter intellecta aſpiramus non noſtris meritis, ſed merito Chriſti patribus promiſſi, & nobis exhibiti: unde ſi Burgen. fuiſſet memor earum cauſarum diuinæ miſerationis, & beneficiorum: quas per longā digreſsionē aſsignauit ſupra in Exo. in ultimo corruptorio, abſtinuiſſet ab his obiectionibus hic, & in pcedenti pſ. factis, quia illis ibi dictis formaliter contradicunt. Et cū ultimò Burg. obijcit autoritate Hebræorū doctorū aliquorum, qui hunc pſ. exponunt de quolibet ſeruo Dei. Reſpondeo, quòd non ſequitur, illi ſic exponunt,

H igitur alio modo exponi non poteſt. Bur. etiā habet unū argumentum ſibi familiare, ꝙ bonū de quanto communius, de tanto diuinius: igitur expoſitio de pluribus, ſiue de bonis, ſiue malis melior eſt, q̄ de uno uel ſingulis: q̄uis autē ſępe oſtenderim illud argumentum non ualere poſtillatorem, ualet tamen contra facientem.

## GLOS. ORDIN.

a *Pſalmus cantici. Auguſt.* Propter faſtidium animorum eadē diuersè & variè tractantur: nullum enim aliud canticum

Enar ps. 91. in. 8.

tractatur in hoc pſal. quàm in alijs, ſed idem, licet diuerſo modo, id eſt canticum fidei, ſpei, & charitatis. *Aug.* Pſalmus ſpiritualis operatio cantici, quia in eo ſemper debemus cantare Deo gratias agere, exultantes Deo de ſabbatho. i. ęterna requie, de qua loquitur propheta, oſtendens laborare iuſtos ſex diebus, id eſt ſex ætatibus, ſeptima requieſcere, malos econtra hic quieſcere, ibi laborare, vt hic libenter laboremus agentes ſabbathum mentis.

Sabbathum triplex

b *In die ſabbathi. Auguſt.* Triplex eſt ſabbathum. Temporis ſeptimus dies, quo poſt opera ſex dierū cōpleta requieuit Deus. Sabbathum ęternitatis, ęterna requies, pro qua in præſenti bona operari debemus. Sabbathum mentis eſt tranquillitas conſcientiæ ſpe futuri, vt non turbent rebus ſeculi: vnde hic agitur. In hoc ſabbatho cordis primum eſt, vt bona tua Deo tribuas, mala tibi. Peruerſi, & perturbati ſine ſabbatho bona ſibi tribuunt, mala vel ſathanæ, quaſi coegerit, vel fato ſtellarum, quod eſt accuſare Deum, vel apertè Deo, quaſi ipſe voluerit. Econtra docet hic pſal. confiteri domino in vtroque. In peccato, quia tu feciſti. In bono, quia ipſe fecit pſallere nomini, gloriam Dei quærens, non tuam.

## GLO. ORD. PSAL. XCI.

Super ps. 91

BOnum eſt confite. *Caſſio.* Primò agit quomodo bonus imperturbatus agit ſabbathum mentis, ſentiens omnia bene agi à Deo, quod non nouit ſtultus. Aug. Bona præſentia à Deo nobis donata, conſolatio ſunt: cum deſunt, iuſtitia eſt. Conſolatur enim nos Deus, & emendat in vtroque: ergo ſimus ei grati dicentes, bonum eſt confite. &c

a In

b a Pſalmus cantici in die ſabbathi XCI.

a ¶ Propter futurum ſeculū Chriſtiani ſumus: ideo quocunque modo ſe habēt præſentia, grati ſumus conſolationi Dei per blanda, & iuſtitiæ per aſpera dicentes. Bonū eſt confiteri. ¶ Iuſtum & iucundum. b ¶ Vere.

BOnum eſt confiteri domino,

## NICOLAVS DE LYRA.
## PSAL. XCI.

BOnum eſt confiteri domino. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in tranſlatione Hiero. & in tranſlatione communi: Pſalmus cantici in die ſabbathi. Et ſecundum Hebręos Moyſes fecit hunc pſal. decantandum in die ſabbathi, quæ celebris eſt apud Hebræos, in memoriam beneficij creationis, ſecundum quod dicitur in Gen. Et benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, &c. Et diuiditur pſal. iſte in tres partes: quia primo pſal. inducit pro beneficio creationis ad gratiarum actionem, ſecundò oſtendit ingratorum punitionem: ibi: Vir inſipiens, tertiò gratorum promotionem, ibi: Et exaltabitur. Circa primum dicitur:*

*a* Bonum eſt confi. do. *ſcilicet confeſſione laudis diuinæ. & quia talis confeſſio non ſolum fiebat ſimplici verbo: ſed aliquando cum cantu ſolenni, & potiſſimè in die ſabbathi, ideo ſubditur:*

a Et

## MORALITER.

✻ a *Bonum eſt confi.* Pſal. iſtum fecit Moyſes ſecundum Hebręos ad cantandum in die ſabbathi pro beneficio creationis. Alleg. verò poteſt exponi pro ſolennitate diei dominicæ, quæ ſuccedit diei ſabbathi, & primò inducimur ad Dei laudem pro beneficio reſurrectionis inchoatæ in Chriſti reſurrectione, cum dicitur: Bonum eſt confi. oratione ſecreta.

✻ Et



a *In decachordo pſalterio. Aug.* Pſallit, qui cum hilaritate bene

E facit. Qui cum triſtitia, de eo fit, non ipſe facit, & portat pſalterium, non cantat in eo. *Aug.* In decachordo. Si bene loqueris tantùm, canticum eſt ſine cithara. Si operaris, & non loqueris, cithara eſt ſine cantico, & ideo bene loquere, & bene fac.

b *Quia delectaſti. Aug.* Vnde Apoſtolus: Ipſius figmentum ſumus creati in fide, & in operibus bonis: niſi enim te reformaret Deus ad bona opera, non noſſes niſi peccatum: vnde in euangelio: Qui loquitur mendacium, de ſuo loquitur. Omne enim peccatum, mēdacium eſt, quia contra legem & veritatem: ergo qui loquitur mendacium, de ſuo loquit. i. de ſuo peccat qui peccat: ſed qui loquitur veritatē, de Deo loquitur: quia ſolus Deus verax, omnis homo mendax. Hæc eſt bona confeſſio. Sed quid de his qui malè viuūt & florent, tamē perturbatur animus, & perdit ſabbathum, quia videt ſe in decem operibus legis, & mala pati, alium ſine his florere. Vnde ait: Quàm magnificata ſunt.

c *In factura tua. Caſſ. Hieron.* & in decore ipſius mundialis fabricæ, & in obediētia & in diſpoſitione, & in cauſis, & in effectibus, & in operibus manuū, quibus vtor, vel quæ miror.

d *Quam magnificata. Caſſ. Hieron.* ſunt in ſubſtātia, & in forma, & in vi, & in cæteris, nimis profundæ ſunt cogitationes tuæ quibus talia feciſti, & regis.

e *Vir inſipiens &c. Caſſ.* Me delectaſti in operibus, ſed vir inſipiens non cognoſcet & ſtultus: qui ſi ſcit, non cauet ſibi: non intell. hæc, quæ dixit, vel quæ dicit poſt. *Caſſ.* Summum genus ſcientiæ eſt ſcire Deum tanta præſtare, quæ humanus ſenſus non valet attingere. Inſipiens eſt qui cœleſti ſapientia vacuus humanis verſutiis plenus eſt, qui

F non ſcit opera Dei, quia caſu putat omnia agi. Stultus eſt brutus, qui nec ſecularia nouit.

f *Cum exorti fuerint peccatores. Caſſ.* Malos aſſerit perituros, vt metus ſit cæteris. Ordo verborum talis. Q.d. Stultus non intelliget hæc. i. Vt. i. qualiter peccatores intereant in ſeculum ſeculi. i. ſine fine: cum ipſi peccatores exorti fuerint, &c. *Caſſ.* Hic florent breui tempore, vt fęnum in iudicio apparebunt omnibus (quod non hic) non quidem ad gloriam, ſed vt ſemper intereant: tu Chriſte in ęternum permanebis, non vt Iudæi putauerunt te communi, ſcilicet ſorte mori.

g *Tu autem altiſſimus in ęternum Domine. Aug.* Expectas deſuper ex ęterno, quando tranſeat tempus impiorum, vt veniat tēpus iuſtorum, quia ęternus eſt, longanimiter Deus tolerat mala, & videt quid illis ſeruet. Iunge te ęterno, & patienter feres mala, videns infra te omnia, & dices; Quoniam ecce inimi. Si homo citò tranſit vt fœnum, verbum Dei manet in ęternum, ſed ex ſe temporalis, non longanimis, ex ſe vermis, ex verbo ęternus.

a *Et exal-*

¶ Opere.

& pſallere nomini tuo altiſſime. a

a ¶ Prædictis duobus duo alia reddit. Q. bonum eſt confiteri & pſallere. ¶ Ad quam rem? b ¶ Quando bene eſt, lauda miſericordiam. ¶ Quando bene eſt quod eſt miſericordia Dei.

Ad annuntiandum mane miſeri b c

a ¶ Quando male eſt, lauda veritatem, quia iuſte flagellat. ¶ Non crudelitatem.

cordiam tuam, & veritatem tuā d

a ¶ In aduerſis. b ¶ Decem præceptorum quorum obſeruantia ſpiritus hominis viuificatur. c ¶ Spiritu viuificato.

a per noctē. In decachordo pſaltē- e f

c ¶ Verbo. ¶ Cum gaudio in carnis mortificatione & actualibus rebus. b ¶ Opere c ¶ Iam bonum quia hoc in me feciſti.

b rio, cum cantico in cithara. Quia g h i

a ¶ Aug. in eo quod in me facis. ¶ Tu feciſti, ſi bene ago.

c delectaſti me dn̄e in factura tua,

a ¶ Et deinde. b ¶ Si quid boni ago, de te exulto. ¶ Non in mea felicitate.

et in operibus manuū tuarū exul k

¶ Quia.

d tabo. Quā magnificata ſūt opera l

a ¶ Vt mali floreant, boni laborant. Q.d. ideo, quia illi alieni, hi filij.

tua dn̄e, nimis profundę factæ m

a ¶ Sed. b ¶ Alias imprudens qui non prouidet in futuro.

e ſūt cogitationes tuę. Vir iſipiens n

a ¶ Aug. Qui ne cit ſe cedere: ſit hæres dimiſſo exhæredato cui parcitur à flagello.

non cognoſcet, & ſtultus non in- o

a ¶ Scilicet. ¶ Poſtquam. b ¶ Excreuerunt in temporalibus.

f telliget † hæc. Cùm † exorti fue- p

a ¶ In hyeme huius ſeculi virent, in æſtate futuri iudicij areſcent.

rint peccatores, ſicut fœnum, & q

a ¶ Cōſpicui omnibus. ¶ Alias, proſperati fuerint. ¶ Aug. illos florentes & florentes ad tempus. b ¶ Idest qui nō rectè ſentiunt de Deo in corde & imitantur florem illorum, ita intereunt cum illis in ęternū.

apparuerint omnes qui operan- r

tur iniquitatē. Vt intereant in ſe- s

¶ Sine fine.

g culum ſeculi: tu autem altiſſimus t

a ¶ An intereunt? ¶ Blaſphemi & amici mundi, inimicus eſt Dei: qui adulterat amore ſeculi.

in æternum dn̄e. Quoniam ecce u

a ¶ Repetit. b ¶ Quia iam video.

inimici tui dn̄e: qm̄ ecce inimi-

a ¶ Qui modo florent. b ¶ A grege dn̄i ſeparati.

ci tui peribunt, & diſpergent oēs

G

*f* In decachordo pſalterio &c. *i. decem chordarum.*

*g* Cum cantico &c. *Quod fiebat voce humana.*

*h* In cithara. *Quia varijs inſtrumentis vtebantur in canticis diuerſis: Et ratio motiua huius cantus tangitur, cùm dicitur:*

*i* Quia delectaſti me Domine in factura tua. *Quia creaturæ à Deo productæ ſunt cauſa exultationis & delectationis homini. Tum quia creaturæ corporales factæ ſunt in obſequium. Tum quia per gradus creaturarum animus hominis eleuatur ad Deum cognoſcendum, & amandum, veruntamen quia homo rationes creaturarum non poteſt perfectè attingere, ſecundum quod dicit Eccleſia. Cunctæ res difficiles, nec eſt qui poſſit eas explicare ſermone, ideo ſubditur admiratiuè.*

Eccleſ. 1. b.

*l* Quam magnificata ſunt opera tua Domine. *Et ex hoc apparet magnitudo diuinæ potentiæ.*

*m* Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. *Quia diuina ſecreta non poſſunt attingi ab aliqua creatura virtute propria, & non ſolum prout ſunt in Deo, ſed etiam prout ſunt in effectibus mirabilibus. Nullus enim vnquam per rationem inueſtigare potuit in particulari qualitatem magnetis, quæ ferrum attrahit. & ideo dicitur, quòd hoc habet à tota ſpecie, quia proprietas illa ſequitur ſpeciem magnetis, ſed quæ ſit illa, ignoratur, & idem eſt de virtutibus aliarum rerum occultis, & conſideratio talium debet inducere hominem in admirationem, & laudem conditoris.*

*n* Vir inſipiens non cognoſcet. *Hic conſequenter oſtendit ingratorum punitionem. & primò tangit eorum vitium, dicens:* Vir inſipiens non cognoſcet. *Dicitur autem inſipiens ille qui non ſapit beneficium ſuæ creationis: & iſte meritò tanquam ingratus repellitur à beneficio diuinæ illuſtrationis. & ideo ſubditur:*

Diuiſio.

† exorientur

*o* Et ſtultus non intelliget hæc. *Id eſt intra ſe non legit diuina beneficia meditando, ex quo meretur à Deo puniri, propter quod ſubditur:*

*p* Cum exorti fuerint peccatores ſicut fœnum. *Quod citò areſcit & deficcatur.*

H

*q* Et apparuerint. *Modico tempore florentes temporali proſperitate.*

*r* Omnes qui operantur iniquitatem &c. *Quos Deus aliquando permittit proſperari temporaliter propter aliquod modicum bonum ipſorum, quod non merentur ęternam mercedem, ſed tantum temporalem. ideo ſubditur:*

*s* Vt intereant in ſeculum ſeculi &c. *i. æternaliter propter ſuas iniquitates, quod procedit ex alto Dei conſilio. ideo ſubditur:*

*t* Tu autem altiſſimus in ęternum Domine &c. *Et per conſequens potens, prout & quando & quandiu placuerit tibi, iniquos multipliciter punire, ideo ſubditur:*

*u* Quoniam ecce inimici tui Domine, quo. ecce ini. tui perib. &c. *Et patet ſententia ex dictis.*

a Et exal-

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et pſallere nomini tuo altiſſime. *Id eſt ad gloriam nominis tui, ad quam debet talis laus ordinari, non ad lucrum temporale principaliter, licet miniſtri Dei ſecundariò poſſint intendere ad victum ſuum & veſtitum ſecundum decentem ſtatum.*

*b* Ad annunciandum mane. *i. tempore proſperitatis.*

*c* Miſericordiam tuam &c. *Quia quicquid proſperi habemus, venit ex Dei miſericordia.*

*d* Et veritatem tuam. *i. iuſtitiam tuam.*

*e* Per noctem. *i. tempore tribulationis, quia quicquid aſperi nobis contingit, ex veritate diuinæ iuſtitiæ procedit. Vel poteſt hoc referri ad ſolennitatem ſabbathi, in qua ſacerdotes & Leuitæ non ſolùm canebant diuinas laudes de die, ſed etiam de nocte pro aliqua eius parte. Et quia non ſolùm canebant laudes diuinas vocibus humanis, ſed etiam muſicis inſtrumentis, ideo ſubditur:*

*f* In de-

## MORALITER.

✻ a *Et pſallere nomini tuo altiſſime.* Voce publica.

b *Ad annunciandum mane miſericordiam tuam &c.* Nam de die dicuntur aliquæ laudes diuinæ & aliquæ de nocte.

f *In decachordo pſalterio.* Per hæc inſtrumenta in noſte ſignificantur bona ſpiritualia, vt per pſalterium decachordum, impletio decem mandatorum, & per citharam triangularem ſanctæ Trinitatis fides, quæ requiritur in debitè laudantibus Deum.

i *Quia delectaſti me in factura tua &c.* i. in humanitate Chriſti in vnitate ſuppoſiti tibi coniuncta.

K *Et in operibus ma. tuarum exul. &c.* Nam in creaturis relucet bonitas diuina, & ſic ſunt deuotionis, & lætitiæ cauſa. ideo dicitur:

l *Quam magnificata ſunt opera tua Domine nimis &c.* Nullus enim poteſt ea ad plenum inueſtigare.

n *Vir inſipiens &c.* Hæc eſt pars ſecunda, in qua ponitur ingratorum punitio, cùm dicitur: *Vir inſipiens non cognoſcet.* i. non ſapiens ęterna: quia non cogitat niſi temporalia: nec per conſequens appetit: quia non amatur niſi cognitum.

p *Cum exorti fue. pecc. ſicut fæ. & app. om. &c.* i. ad tempus modicū.

s *Vt intereant in ſeculum ſeculi; quoniam ecce inimici tui peribunt.* Cum diabolo & angelis eius.



✻ a *Et exal-*

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

F a *Et exaltabitur. Aug.* Et ſi ipſi peribunt, quæ tibi ſpes qui pa teris? exaltabitur. aliquando vnicornis ſuperbiam ſignificat, ſicut ibi, & à cornibus vnicornium humilitatem meã. Aliquando exaltationem vnitatis, ſicut hic, quia vnicornis exaltabitur, omnes hæreſes peribunt.

Sap. 11.

b *Et deſpexit. Aug.* & ideo iam nunc deſpexit, & audiet à veritate intus.

c *Et ab inſurgentibus. Caſſiod.* Vel, inſurgentes in me, malignantes audiet in nouiſſimo, quando ſe increpabunt, dicentes: Quid nobis profuit ſuperbia & diuitiæ? Sap. 5. b

d *Auris mea. Augu.* Stantis ad dexteram, audiet in futuro hoc: ſcilicet. Ite maledicti in ignem æternum. A quo malo auditu iuſtus non timebit. Ecce hoc iſtis, Quid de iuſtis? Matt. 25. d

e *Iuſtus vt pal.* illi vt fœnum. Iuſtus vt palma, pro altitudine, & quia radix aſpera, pulchra coma in ſummo, & fine, & tardè fructum facit, ita & iuſtum hic aſpe at labor, quẽ in ſupernis pulchritudo immortalitatis coronabit, & quaſi tardè poſt longos labores mercedem operum recipiet. Iuſtus vt palma. *Caſſiod.* Tertia pars. Iuſtos florere, vt hac promiſſione deuotè gaudeant.

f *Cedrus. Auguſt.* Palma & cedrus, hę arbores nõn areſcunt æſtate vt fœnum.

g *In atrijs domus. Caſſiod.* Atrium initium manſionis. domus interior. In atrijs ergo florebunt, id eſt in ipſo reſurrectionis initio dum audient: Venite benedicti patris mei.

h *Adhuc multiplicabuntur. Caſſiod.* Eccleſia magis incipiet eſſe vbertima, cum ad finẽ ſeculi erit perducta. tũc enim paſſionibus electorum citò implebitur numerus beatorũ. Et accipitur hic aliter ſenectus quàm ſuprà. Matt. 25. c

F i *Annuncient. Caſſiod.* Hic vel dum præmia capient annunciabunt, quòd iuſtus qui ſuis promiſſa complet.

K *Et non eſt ini. in eo. Augu.* Vt hic permittat pati pro ſe, quos non ibi ornet. Et rectus qui remunerat, non iniquus vt fraudet præmio, ſed benignus vt accumulet.

¶ Sunt inimici.

a qui operátur iniquitatem. Et exalta a

a ¶ Fortitudo vnitatis quæ tunc ſublimis erit. b ¶ Monarcha, mens.

bitur ſicut vnicórnis córnu meũ:

a ¶ Quando? ¶ Totum quod patitur eccleſia, iuuentus eſt nouiſſima ſunt ſenectus, quæ in lętitia erunt.

ét ſenectus mea in miſericordia b

a ¶ Aug dum in aliquo probat, & inuenit inimicos qui viſi ſunt amici.

b † vberi. Et † déſpexit oculus meus c

a ¶ Operantes mala. b ¶ De.

c inimicós meos, & áb inſurgen- d

tibus in me malignantibus audiet

¶ Præſcia & præcauta.

¶ Quid?

d e auris mea. Iuſtus vt palma florebit, e

a ¶ Imputribilis, ſola immortalitatis candidus. b ¶ Candidatio interpretatur.

f † ſicut cedrús Libáni multiplicabi- f

¶ Ideo. ¶ Nunc. ¶ Eccleſia.

g tur. Plantati in domo domini, in g h

¶ Cęlt.

atrijs domus Dei noſtri florebunt.

a ¶ Nonne iam hic florent? b ¶ Hic aliquid, ibi plus.

h Adhúc multiplicábuntur in ſene- i

a ¶ Interim. b ¶ Alias, tranquilli. Ecce ſabbathum non eos mouet fęnum. Cedrus enim & palma nec in tempeſtatibus curuantur, ſed tranquillę ſunt.

cta vberi, ét bene pátientes erunt k

a ¶ Quid? ¶ Qui dicit non rectè omnia agit, fœnum: qui in ſabbatho eſt, contra annuntiat.

i vt annuntient: Quóniam rectus l

k dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo.

## NICOLAVS DE LYRA.

Diuiſio ¶ *a* Et exaltabitur. *Hic conſequenter deſcribitur gratorum promotio. & primò quantum ad temporale dominium, ſecundo quantum ad diuinum obſequium, ibi: Plantati. Circa primum dicitur: Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum. quod fuit impletum tempore Ioſue, quando triginta & vnus reges fuerunt à populo Iſrael debellati, vt habetur in Ioſue.* Ioſue 12. a

*b* Et ſenectus mea. *In Hebræo habetur: Et linitio mea in oleo ramoſo. i. abundanti: & hoc fuit impletum tempore Dauid, qui fuit linitus, id eſt vnctus in regem oleo ramoſo, id eſt abundanti: quia ter fuit inunctus, primò per Samuelem. ſecundò ſuper tribum Iuda, & tertiò ſuper totum Iſrael, & ad eandem ſententiam reducitur litera Hierony. quæ talis eſt: Et ſenectus mea in oleo vberi: & vocatur tempus Dauid ſenectus reſpectu temporis ſub Ioſue, quia multi anni fuerunt intermedij. Ad eandem ſententiam reducitur litera communis. Et ſenectus mea in miſericordia vberi, quia Dauid ſuſcepit vnctionem regni à Deo non ſolùm pro perſona ſua, ſed etiam pro filijs ab eo deſcendentibus: & hoc proceſſit ex magna Dei miſericordia, quæ per oleum deſignatur in ſcriptura.* 1. Reg. 16. c 2. Reg. 2. a 2. Reg. 5. a G

*c* Et deſpexit oculus meus inimicos meos &c. *Quia Dauid confidens de Dei adiutorio, inſultum Philiſthinorum & aliorum aduerſariorum ſuorum reputauit pro nihilo.*

*d* Et ab inſurgentibus &c. *Quaſi dicat talis rumor tangit aures meas tantummodo, & non cor. quod contingit in Dauid non ex ſuperbia vel præſumptione de virtute propria, ſed ex diuina confidentia.*

*e* Iuſtus vt palma florebit, &c. *vocat Moyſes ipſum Dauid iuſtum, quia Deo acceptus fuit, & floruit in fama & virtute, & etiam in ſublimitatis honore. ideo ſubditur:*

*f* Sicut cedrus Libani mul. *Quia cedrus valdè inaltatur.*

*g* Plantati &c. *Hic conſequenter deſcribitur exaltatio populi quantum ad cultum diuinum, qui tempore Dauid valdè fuit augmentatus per ipſum, quantum ad ordines ſacerdotum, & Leuitarum, vt habetur. 1. Paralipome. & hoc eſt quod dicitur: Plantati in domo domini i. ſacerdotes, & Leuitæ ad diuinum cultum ibidem deputati.* 1. Para. 23. d

*h* In atrijs domus Dei no. flo. *Quia in atrio ſacerdotum hoſtias immolabant, & in alijs atrijs legem docebant.*

*i* Adhuc multiplicabuntur in ſe. vberi. *Quia non ſolùm in iuuentute multiplicabantur in bonis operibus, ſed etiam in ſenectute.*

K Et bene patientes erunt. *id eſt bona recipientes à Deo. Secundum enim Philoſophum beneficiatus dicitur, bene paſſus à benefactore. Et hoc ſonat litera Hiero. clarius, quę talis eſt: Adhuc in ſenectute fructificabunt pingues, & frondentes erunt, id eſt ex pinguedine gratiæ bona opera producentes.*

*l* Vt annuncient quoniam rectus dominus. *Hic incipit verſus vltimus in Hebræo & in translatione Hierony. quæ ſic habet:* H *Annunciantes quia rectus dominus, & eſt ſenſus, quòd non ſolum in iuuentute ſed etiam in ſenectute annunciarent populo conſtanter iuſtitias domini rectas.*

## MORALITER.

✱ a *Et exaltabitur.* Hæc eſt tertia pars in qua ponitur gratorum retributio, cum dicitur: Et exal. ſicut vnicor. cornu meum. i. poteſtas ad repellendum malum.

b *Et ſenectus mea in mi. vberi.* i. in plenitudine ſpiritualiũ bonorũ.

c *Et deſ. oc. me. ini.* Dęmones & homines malos.

d *Et ab inſurgenti. in me au. auris mea.* ſ. corporis ſed non cordis, quia non terrebor ab eis.

e *Iuſtus vt palma florebit.* Quæ eſt aſpera in ſtipite, & dulces fructus habet in ſummitate, & ſic iuſtus incipit ab aſperitate pęnitentiæ, & conſummat in dulcedine conſolationis diuinæ.

f *Sicut cedrus Libani mul.* Cedrus. n. eſt arbor altiſſima & fęcunda, ideo ſignificat iuſtum perfectum in vita contemplatiua & actiua.

g *Plantati in domo do.* i. radicati in fide formata charitate.

h *In atrijs domus Dei no. flo.* i. in eccleſia militante viuent honeſtè.

i *Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi, &c.* De bono in melius procedentes vſque in finem.

K *Et bene patientes erunt &c.* Quia patientia conſummat, Iacobi primo a. Patientia opus perfectum habet. Iac. 1.

l *Vt annuntient.* Illud quod ſequitur: Quoniam rectus domi. &c.

*In pſal. xcj. Bonum eſt confiteri domino, & pſallere &c. vbi dicitur in poſtilla: Et ſecundum Hebræos Moyſes fecit pſal. iſtum.*

### ADDITIO I.

Dictum eſt ſuprà, quòd non omnes Hebræi ſunt illius opinionis, imò plurimi eorum attribuunt iſtum pſalmum, ſicut & omnes alios ipſi Dauid: & quia frequens repetitio vnius, & eiuſdem eſt faſtidioſa, idcirco de cætero non intendo aliquid addere circa autoritatem pſalmorum, niſi aliquid noui allegetur in ſequentibus.

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtilla: Vir inſipiens. Hic conſequenter oſtendit &c.*

### ADDITIO II.

Hoc quod dicit Pſalmi. Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc videtur pertinere propriè ad defectum cognitionis ſeu intelligentiæ: nõ autem ad defectum gratitudinis, prout dicit poſtillator, de quo in littera huius pſalmi nõ videtur fieri aliqua mentio: vnde circa hoc aliter videtur dicendũ. Pro quo ſciendum eſt, quòd Pſalmiſta in præcedenti verſu non ſolùm profitetur productionem rerum à Deo, de qua dicit: Quàm magnificata ſunt opera tua domine, ſed etiam prouidentiam & gubernationem rerum ab ipſo Deo, de quibus dicit: Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. Ad perfectionem enim prouidentiæ pertinet omnia intima & particularia conſiderare, quod requirit profundas cogitationes, & ideo dicit: Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. ſ. circa res gubernandas. ſed ſicut fuerunt aliqui, vt Platonici: qui diuinam prouidentiam amouerunt à ſingularibus generalium, & corruptibilium, propter eorum inſtabilitatem vt Auguſt. narrat. viij. de ciuitate Dei, ſic etiam fuerunt multi, qui amouerunt prouidentiam diuinã circa res humanas: propter hoc, quod videbant in hoc mundo quàmplurimos iniuſtos florere, & proſperari: ſimiliter & iuſtos ſæpè magnas pati aduerſitates, ex quo concludebant, quòd talium prouidentia ſeu gubernatio non pertineret ad Deum, qui ſummè iuſtus eſt. Et iſte erat error dicentium de Deo in Iob. Super cardines cœli perambulat, & noſtra non conſi-



A derat, & quia talium ratiocinatio eſt ſtulta, idcirco dicit Pſal. Vir inſipiens non cognoſcet hæc. i. non cognoſcet, quod cogitationes Dei circa rerum humanarum gubernationem ſunt profundę & validæ. Et reddens cauſam quare ſtultus hoc non intelligit, ſubdit: Cum exorti fuerint peccatores ſicut fœnum. i. multiplicantur in hoc ſeculo, pluſquàm alij, iuxta illud Eccl. 1. d. Stultorum infinitus eſt numerus. Et apparuerunt omnes, qui operantur iniquitatem, hoc eſt, quod non ſolum multiplicantur numero, ſed etiam proſperantur florentes, & hoc eſt motiuum inſipientis, & ſtulti prædicti: quo nititur amouere diuinam prouidentiam ſeu gubernationem ab huiuſmodi rebus humanis, quod quidem Pſal. reprobat, cum dicit: Vt intereant in ſeculum ſeculi, hoc eſt dicere, talis multiplicatio, & proſperitas non eſt reputanda, eò quod tales licet modo floreant, interibũt tamen in ſeculum ſeculi. ſ. in vita futura. Cuius ratio eſt, quia Deus qui eſt altiſſimus & potentiſſimus, in æternum non permittit talia impunita. vnde ſequitur: Tu autem altiſſimus &c. quoniam ecce inimici tui &c. vſq; ibi: Qui operantur iniquitatem. Conſequenter tractat Pſal. de iſtis qui licet quandoq; ſupprimantur, finaliter tamen quaſi triumphaliter eleuãtur. de quibus dicit: Exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum. Cuius ratio eſt, quia dicitur 1. Ioh. 5. a. Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum fides noſtra. Et quia quandoq; cõtingit, quod magna pars vitæ iuſti ſit in tribulatione, dicit quod etiam tales in ſenectute ſæpe reflorent: & de hoc dicit: Et ſenectus mea in miſericordia vberi: qui quidem iuſti ſæpe videntes punitiõnem malorum lętantur ex manifeſtatione diuinæ iuſtitiæ eo modo quo dicitur: Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam. Et de hoc dicit: Deſpexit oculus meus &c. Et quia quandoq; hæc vindicta nõ videtur, ſed auditur, ideo dicit: Et ab inſurgentibus in me malignãtibus audiet auris mea, ſupple vindictam, ſeu punitionem eorum. Conſequenter oſtendit per exemplum differentiam quam poſuerat inter iuſtos, & impios dicens: Iuſtus vt palma florebit &c. q. d. ſicut inter plantas ſunt quædam quæ citò non florent & citò areſcunt, ſicut fęnum & huiuſmodi: & ſunt quædam aliæ quæ non ita citò florent, ſed paulatim, & tales ſolidę & rectæ creſcunt in altum ſicut palma & cedrus. Sic inter homines quandoq; contingit, quod impij exorti ſunt ſicut fęnum, quod modicæ durationis eſt: iuſtus autem ſicut palma & ſicut cedrus. Et ideo ſicut aſſimilauit primò peccatores fęno, di. Cũ exorti fuerint peccatores vt fęnum, ſic modo aſſimilat iuſtos palmæ & cedro, &c. di. &c. Iuſtus vt palma &c. Eſt etiam alia differentia inter plantas ex loco vbi plantantur, quia quædam loca ſunt magis apta ad fructificandum quã alia: & ideo dicit de iuſtis: Plantati in domo domini hoc eſt dicere: non ſolum iuſti habent excellentiam ex parte ſui, ſed etiam ex loco vbi plantantur: Quia in domo domini. Et in atrijs domus Dei. ſ. in gratia & virtutibus, quæ pertinent ad iuſtos in quibus Deus habitat. Conſequenter quia circa punitionem impiorum oſtenderat quod erant in æternum puniendi, & hoc cum dixit: Et intereant in ſeculum ſeculi: nunc autem dicit, quod iuſti in alia vita principaliter præmiabuntur: & hoc eſt, quod dicit: Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi: vnde per ſenectã rectè poſſet intelligi vita futura, quæ vltimum locũ tenet in duratione humana, quæ quidem ſenecta in viris iuſtis vberrima eſt, iuxta illud: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Et notanter dixit: Adhuc q. d. non ſolum in hac vita quandoq; præmiantur iuſti, ſed principalius in futura. vnde notanter ſubdit. Et bene patientes erunt, quia in actibus beatificis iuſti ſolum paſſiuè ſe habent. viſio. n. in qua principaliter conſiſtit beatitudo, ſimiliter & gaudium ſeu lætitia, quæ talem viſionem conſequuntur, non niſi quædam paſſiones ſunt. De viſione. n. manifeſtum eſt, quod videns nihil agit in viſam rem, ſed econtra. De gaudio verò, & lætitia, ſeu delectatione patet per Aug. 14. de ciui. Dei, qui eas numerat inter cæteras paſſiones animæ. vnde propriiſſimè, & valde notabiliter dicit: Et bene patientes erunt, & quia iuſti in illa vita beata ex conſequenti habent quandam actionẽ. ſ. laudare Deũ, iuxta illud Eſa. Super muros tuos Ieruſalem. idcirco dicit, Vt annuntient quoniam rectus dominus noſter, & non eſt iniquitas in eo: vbi li vt, cum dicitur: Vt annuntient, tenetur non cauſaliter, ſed conſecutiuè. Et eſt ſenſus, quod tales in ſenecta vberi bene patientes modò prædicto continuè annuntiabunt rectitudinem diuinæ iuſtitiæ, circa præmium bonorum: & quod non eſt in eo iniquitas, ſ. circa punitionem malorum: licet. n. multa alia de attributis eſſentialibus diuinis, & eius effectibus circa creaturas ſunt laudanda, tamen de rectitudine iuſtitiæ, & de amotione iniquitatis facit mentionem, vt concludat inſipientiam ſtulti ſupradicti, qui diuinam gubernationẽ amouebat ab humanis actibus ex iniuſtitia quæ in eis apparebat, vt ſupra dictum eſt oſtendens quod in alia vita finaliter demonſtratur quod rectus eſt dominus &c. Si autem obijciatur contra prædicta de hoc quod dicitur Eccl. Vniuerſa æquè veniunt iuſto, & impio, bono, & malo, mundo, & immundo, &c. Ex quo patet, quod iſta bona temporalia indifferenter ſe habent ad bonos & ad malos. quod etiam ſæpe videtur per experientiam. Cuius oppoſitum videtur annuere Pſal. in quibuſdam verſibus huius pſal. vt dictum eſt. Ad hoc dicẽdum ſecundum Tho. prima ſecundæ. q. vi. ar. vi. in cor. q. quod Deus tãtum dat iuſtis de bonis temporalibus, & etiam de malis, quantum eis expedit ad perueniendum ad vitam ęternam. Malis autem quandoq; permittit euenire bona temporalia, vt in eis inuoluantur in pęnam peccatorum: vnde Pſal. in hoc loco loquitur de iuſtis quibus Deus aliquando exhibet bona tẽporalia, vt inde adiuuentur ad conſecutionem ſpiritualium eo modo quo dicitur in Pſal. Timentes autem dominum non minuentur omni bono. Notandũ etiam, quod iſte pſal. propriè pertinet ad diem ſabbathi. In ipſius. n. exordio tractat de ſabbatho legali, quod ad memoriam creationis rerum fuit principaliter à Deo inſtitutum, vt patet in Exo. de quo dicit: Delectaſti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. & ſic reddit gratias de creatione rerum, ad quod ſabbathum illud inſtitutum fuit. In fine autem pſal. tractat de ſabbatho vltimo & finali, in quo eſt vera requies animarum, & in quo ſancti bene patientes laudes diuinas indeſinenter annuntiabunt: de quibus dicit: Adhuc multiplicabuntur &c. & bene patientes erunt. vt annuntient &c. vt ſupra expoſitum eſt.

Eccl. 1. d. — 1. Ioh. 5. a — Pſal. 57. b — Aug. 14. de ciui. Dei. — Eſa. 62. b — Eccl. 9. a — Th. pr. ſec. q. vi. ar. vi. in cor. q. — Pſal. 33. b — Exo. 20. b — B — C — D

### REPLICA.

Circa pſal. Bonum eſt confiteri. Et dominus regnauit, decorem indutus &c. diuerſificantur poſtillator, & Burgen. in applicatione, non in ſententiæ veritate.

### GLO. ORD.

a *In diem &c. Aug.* In die ante ſabbathum. i. ſexto die quo factus eſt homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, factis omnibus, quæ erant valde bona, requieuit ſabbatho, præſignans, quod requieſcemus in Deo, ſi faciamus bona opera, quæ cum labore fiunt, in quo deficeret homo, niſi ſpes quietis teneret. Et quia hæc opera finem habent, ſextus dies, quo fiunt, habet veſperam, ſabbathum non habet. Vel ſexto die fecit Deus hominem, ſexto ſeculo venit reformare In ſexto die non legitur fundata terra, ſed myſticè dicitur, cum homo fundatur immobilis fide, tũc fit homo ad imaginem Dei, quod ſignificat ſextus dies.

a ¶ Vita ¶ Diuina. ¶ Fit. b ¶ Chriſto.

a Láus cantici ipſi Dáuid, in

a ¶ Sexta ſextam diem, ceſt Deo, eo quod fecit ſexta ante ſeculi ſignificata per ſextum diem.

diém ante ſabbathum, quan-

a ¶ Homo in fide ¶ Non ad terram. ¶ Eccleſia.

do fundatá eſt terra XCII.

¶ Chriſtus. ¶ Rex innotuit.

b Dominus regnauit, a b

### GLO. ORDINAR. PSAL. XCII.

Dominus re- &c. *Caſ.* Laus Chriſti hic cantatur demonſtratiuo genere. Primus locus laudis à pulchritudine eius. Secũdus à fortitudine, ibi: Indutus. Tertius ab operibus, ibi: Etenim Quartus à poteſtate, ibi: Parata. Quintus à laudibus vniuerſitatis, ibi: Eleuauerunt. Sextus à veritate dictorũ, ibi: Teſtimonia. Sept à laude domus, ibi: Domum tuam. Exp. pſa. 92.

☞ a *Decorem*

## NIC. DE LY. PSAL. XCII.

¶ Dominus regnauit &c. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in translatione communi: Laus cantici ipſi Dauid in die ante ſabbathum, quãdo fundata eſt terra. Et fuit iſte titulus appoſitus ab aliquo doctore pro ſua voluntate, ſeu imaginatione, quia in Hebræo, & in translatione Hier. nullus omnino eſt titulus, nec iſte pſalmus factus fuit à Dauid ſecundum Hebræos, ſed magis à Moyſe, vt ſupra dictum eſt. Et dicit Ra. Sa. quòd pſal. iſte loquitur de tempore Meſſie, cui ſubijcienda ſunt regna mundi: & tunc Iudæi hoc videntes, dicent: Dominus regnauit: decorem indutus eſt &c. Quòd autem dicit hunc pſal. loqui de regno Chriſti, verum eſt, quia de ipſo prophetauit Moyſes, ſecundum quod dicit ſaluator. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi de me enim ille ſcripſit. & Lu. 24. d. dicitur: Et incipiens à Moyſe, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant. Quòd autem dixit Chriſtum venturum, eſt falſum & erroneũ, quia iam diu eſt quòd venit, & regna mundi ſibi ſubiecit per fidem eius in omnibus regnis publicatam, quam aliqui in omnibus regnis ſuſcipientes venerunt ad Chriſti obedientiam, & ſic litera huius pſal. iam impleta eſt in regno Chriſti. Et ſecundũ hoc pſal. iſte diuiditur in tres partes. quia primò deſcribitur regni Chriſti inchoatio. ſecundò eiuſdem impugnatio, ibi: Eleuauerunt flu. tertiò eius confirmatio, ibi: Mirabiles. Circa primum dicitur,* Diuiſio.

*a* Dominus, *ſ. Ieſus Chriſtus verus homo, verus Deus.*

*b* Regnabit. *quia in ſua reſurrectione poteſtatem ſuper omnem creaturam accepit: propter quod dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* Matt. 28. d

¶ a Decorem

## MORALITER.

✱ a *Do. re.* Sicut dixi in expoſitione literali, pſal. iſte eſt prophetia de regno hominis Chriſti, quod incepit quodammodo in ſua reſurrectione, propter quod tunc dixit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. Et ſic expoſui, nec occurrit mihi alius ſenſus ſpiritualis conuenientior hic ponendus. Ibidem



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Decorem indutus. Aug.* Chriſtus decorus his, quibus placent
E bona, fortis contra detractores: ſic fit homo immobilis per
Vbi ſupra. ſe & eſt orbis qui non commouebitur. Decorem induit.
Vbi ſupra. Caſſ. pulchritudinem ſuę maieſtatis oſtendit his quibus pla
Matt.17.a cebat, vt in monte Thabor coram tribus diſcipulis reſplen-
Iohan.18.a duit: Fortitudinem, vt qũ venientes eum capere, corruerunt. Amicis ergo decorem, inimicis fortitudinem oſtẽdit, his præcinxit ſe, vt quaſi expeditus, & prõptus eſſet ſubiugando ſibi mundum. Sedet ad dexteram patris, vel infidelibus extunc. i. ab incarnatione quando homines docuit.

† induit

b *Præcinxit.* non ait: Cinxit, vel ſuccinxit, vel accinxit, ſed pręcinxit. Cingimur enim operaturi, accingimur pugnaturi, ſuccingimur ituri, pręcingimur miniſtraturi. *Aug.* Cinctio ergo opera ſignificat, quia cingit ſe aliquis operaturus. Accingeris, quando aliquid tibi adiungis. vnde: Accingere gladio tuo circa femur. i. in carne vigeat gladius. i. ſpiritus Dei in veritate ſermonis. Sed cingeris, cum ante te aliquid ponis. Fragilis eſt ſuperbia, & omnis fortitudo eſt de humilitate. Loquens ergo de fortitudine di-
Iohan.13.a xit, pręcinxit ſe humilitate, vnde: Pręcinxit ſe lintheo, & lauit pedes diſcipulorum: quia tũc humilis dãs exemplum humilitatis, humilitatẽ docuit, ſicut ipſe dixit: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Vt detrahit
Matt.11.d quis tibi abſenti, quod quia non ſentis, non eſt tibi opus fortitudine. Detrahit etiam præſenti, vbi opus eſt, vt præcingas te fortitudine. i. patientia, ne iraſcaris. quia melior eſt, qui vincit iram, quam qui capit ciuitatem. Præ-
Prou.16.d cinxit. à cœtu angelorum aſcendẽs
† excellis vel ſtrenuitate operandi.
F c *Etenim firmauit. Aug.* decorem, & for
† creditur titudinem induit, vt fundaret terrã: vnde addit: Etenim firmauit.

d *Extunc. Aug.* vel ex illo, tempus gratiæ deſignat: fortè intelligit hoc ex die ante ſabbathum. i. ſexto tempore huius mũdi, quo dominus venit: Sed ne putes tunc cępiſſe, quando natus venit, addit, à ſeculo tu es.

a ¶Primus locus à pulchritudine. ¶Quantum ad eos quibus placebat & cum laudabant b ¶Secundus locus à fortitudine. ¶Quantum ad eos quibus diſplicebat, & qui ei detrahebant.

a decorẽm † indutus eſt: indutus eſt b

b dominus fortitudinem, & † præ- c

a ¶Tertius locus ab operibus. ¶In toto orbe parauit, qui non commouebitur. ¶In toto orbe ſunt ſtabiles, ſunt & mobiles paleæ. b ¶Fide.

c cinxit ſe. Etenim † firmauit orbem d

a ¶Credens in Chriſtum, paratus non mouebitur linguis laudantium, ne frangi linguis vituperantium. b ¶Vlla concuſſione. b ¶Quartus locus, à poteſtate. Caſſ. Eſt ab incarnatione, quando veniens Chriſtus homines docuit.

terræ, qui non commouebitur. Pá- e

a ¶Anima tranquilla humilis. vnde: Spiritus meus requieuit ſuper humilem & quietum. ¶Q. ia ſedes ad dexterã patris ſcilicet, vel infidelibus. b ¶Tamen ab eterno.

d rata ſedes tua ex tunc, à ſeculo f

a ¶Prope. b ¶Quintus locus à laude vniuerſitatis. ¶Fortiter & alte locuti ſunt: primo timuerunt. c ¶Apoſtoli. ¶Impleti miſſo ſpiritu: Vel dum firmaret orbem terræ. philoſophi leuauerunt contra Deum vocem contradictionis. & fluctus perſecutionum. Concitatos à vocibus aquarum, ideſt, populorum.

tu es. Eleuauerunt flumina domi- g

a ¶Dicentes vocati ad concilium. Non poſſumus non loqui, quæ vidimus & audiuimus.

e ne, eleuauerunt flumina vocem ſuã. h

f Eleuauerunt flumina † fluctus ſuos, i

à vocibus aquarum multarum.

a ¶Aliæ ſunt preſſuræ quibus cepit iraſci & perſequi fideles. b ¶Seculi. c ¶Sed. ¶Ambulat ſuper altitudines maris, ideſt ſuper capita poteſtatum & regum terrenorum quos ſubiugat, & premit, vt ſit pax eccleſiæ.

Mirabiles elationes maris, mira- k l

a ¶Ergo. ¶Sextus locus à veritate dictorum.

g bilis † in altis dominus. Teſtimo- m

a ¶Ratione aſtorum miraculis.

nia tua † credibilia facta ſunt nimis, n

a ¶Septimus locus à laude domus. ¶Quid de his omnibus factum domus quam decet ſanctitudo, ideſt, aduentus tui benedictio quod eſt decus eccleſię æternũ. b ¶Per totum orbem, qui non commouebitur.

domum tuam decet † ſanctitudo. o

a ¶Si multi cadunt, domus ſtat multo tempore

domine in longitudine dierum.

e *Eleuauerunt flu. vo. ſuam. Aug.* quia diſcipuli audientes eleuauerunt vocem omnes vnanimes ad Deum dimiſſi à concilio Iudæorum. Apoſtolis aũt leuantibus vocem multi crediderunt, & impleti ſpirituſancto, & ipſi clamauerunt: vnde à vocibus aquarum multarum: Mirabiles elationes mari, id eſt ſeculi, quod cœpit iraſci, vel perſequi.

f *Ele. flu. flu. vo. Caſſ.* Hoc deeſt in alijs, & in editione ſeptuaginta, quã Aug. exponit: A vocibus aquarũ multarum factæ ſunt mirabiles elationes maris. Aquæ ſunt gentes, quæ Deũ laudant: vnde mare. i. ſeculum, multum aſcendit, cum in mãdatis Dei firmatur. Sed vt hæc omnia ad Deum referantur, qui facit omnia bona, addit, mirabilis in altis dominus.

g *Teſti. Aug.* Quia mirabilis elatio maris, & mirabilis in altis dominus: Teſtimonia tua ſunt nimis credibilia, quia illud totum ante dixerat. ſ. In me pacem, in mundo preſſuram habe-
Iohan.16.g bitis. Cum ergo viderent preſſuras, ſperabant & coronas ex prædictione. *Caſſ.* Teſtimonia. Vel ita, Seculum firmatum eſt in mandatis Dei, & gentes laudant. Et cum hæc ita ſint: Teſtimonia prophetarum facta ſunt nimis credibilia, ideſt facta ſunt vera. i. in Chriſto impleta. Cantatur, iſte pſalmus in matutinis laudibus ante alios, quia Chriſti laudem & laudis locos pleniſſimè, licet breuibus uerbis continet.

## NICOL. DE LYRA.

G ¶ a Decorem indutus. *Indumentum eius diuinitatis eſt vel fuit humanitas Chriſti, ſecundum quod dicit. In ſimilitudinem hominum factus eſt, & habitu inuentus vt homo: & hoc indumentum ante reſurrectionem fuit paſſibile & mortale & deturpatum in paſſione, ſecundum quod dicitur.* Non eſt ei ſpecies, neq; decor, *ſed in reſurrectione fuit glorioſum, & ſic decoratũ.*

b Indu. eſt domi. forti. *quia iſtud indumentum factum eſt immortale & immortale, & impaſſibile.*

c Et præcin. ſe, *quia tanquam fortis præcinctus in inferno detentos potenter eduxit, & ad cæleſtia deduxit, ſecundum quod dicit ſuprà. Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem, accepiſti &c.*

d Etenim firmauit orbem. *i. ſtabilem fecit, quamuis ſit de nihilo virtute ſuæ deitatis. q. d. non eſt mirum, ſi fecit prędicta, cum ſit tanta virtutis.*

e Parata ſe. tua extunc. *quia à creatione cœli empyrei parata eſt ſedes hominis Chriſti ibidem ſuper angelos.*

f A ſeculo tu es. *ſecundum quod dicitur in Hebr. Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula.*

g Eleua. flu. do. *Hic conſequenter deſcribitur impugnatio regni Chriſti, quod primò fuit impugnatum per principes ſacerdotum volentes impugnare Chriſti reſurrectionem, & aſcenſionem, & Chriſti regni prædicationẽ, vt habetur Act. 4. & in pluribus alijs locis, poſtea per imperatores Romanos, & alios tyrannos, qui vbique terrarum extirpare nitebantur populum Chriſtianum, vt ſic de Chriſti regno non eſſet amplius memoria in terra, & hoc eſt quod dicitur: Eleua. flu. i. potentes huius mundi, qui per flumina deſignantur, vt magis patebit.*

h Eleua. flu. vo. ſuam. *quod fuit impletum quando imperatores Romani, & alij tyranni voce publica pręcipiebant Chriſtianos vbique exterminari.*

i Eleuauerunt flumina fluctus ſuos &c. *id eſt perſecutiones ſuas atroces contra Chriſtianos, per talem parabolam loquitur Eſa. Adducet dominus ſuper eos aquas fluminis fortes, & multas regem Aſſyriorum.* H

k Mirabiles ela. ma. *Hic conſequenter deſcribitur regni confirmatio, quę facta eſt per duo ſpecialiter. Primum eſt, quia inter perſecutiones atrociſſimas tyrannorum maximus creuit numerus Chriſtianorum: vt patet ex geſtis apoſtolorum, & martyrum, & chronicis temporum, & hoc eſt, quod dicitur: Mirabiles elationes maris, &c. i. perſecutiones poteſtatis ſecularis contra fidem catholicam.*

l Mirabilis in altis dominus, &c. *qui fecit eam maximè creſcere in perſecutionibus. Secundum fuit multitudo, & magnitudo miraculorum in teſtimonium veritatis prędicatę per apoſtolos, alioſq; Chriſti diſcipulos, ſecundum quod Mar. vltimo d. dicitur: Illi autem profecti prędicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, ideſt miraculis ſola diuina virtute factis, & ideo erant teſtimonia certa veritatis, cum Deus non poſſit eſſe teſtis falſitatis, & hoc eſt, quod dicitur,*

m Teſtimonia tua. *per opera ſola diuinę virtuti poſſibilia.*

n Credibilia facta ſunt ni. &c. *ideſt magis quàm prima principia ſcientiarum acquiſitarum, quia illa accipiuntur ex experientia ſenſuum, qui poſſunt falli, & deludi, vt frequenter repertum eſt: ſed veritas diuina non poteſt fallere, neque falli.*

o Domum tuam decet ſanctitudo domine in longitudine dierum. *quia domus Dei, quę eſt eccleſia militans, permanebit in ſanctitate fidei vſque ad finem mundi, & in eccleſia triumphante non recipitur aliud, niſi ſanctum, ſecundum quod dicitur in Apoc. Non introibit in eam aliquid coinquinatum, et durabit in ęternum.*

*In pſal. 92. Dominus regnauit. vbi dicitur in poſti. Et præcinxit ſe.*

### ADDITIO I.

¶ Impugnatio regni Chriſti principaliter eſt duplex. Nam aut per falſam ſeu hæreticam doctrinam. & de hoc propriè dicitur: Eleuauerunt flumina vocem ſuam. quia tales aduerſarij per verba, quæ vocibus exprimuntur, propriè impugnant doctrinam Chriſti. Impugnatur etiam per perſecutiones atroces, ſeu tyrannicas, & de hoc intelligitur: Eleuauerunt flumina fluctus ſuos, quia non ſolum vocibus, ſed tumultuoſis perſecutionibus eam impugnant.

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtil. Etenim firmauit orbem terræ.*

### ADDITIO II.

¶ Continuando expoſitionem huius pſal. ad literã de regno Chriſti poſtil. ait, & bene ſecundum hoc cum dicitur: Etenim firmauit orbem terræ, qui non commo. melius exponitur de fundatione eccleſiæ, quæ orbis terrę dicitur, iuxta illud Sap. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Quæ quidem expoſitio correſpondet autoritati Pſalmiſtæ per poſtil. alleg. ſ. Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Ibidem enim ſubditur immediatè. Accepiſti dona in hominibus



A hominibus: per illa enim dona ſpirituſſancti data à Chriſto in hominibus fuit eccleſia fundata, iuxta illud Prouer. Sapientia ædificauit ſibi domum &c. Et infrà: Excidit columnas ſeptem. Vnde ſicut Pſalmiſta in illa autoritate: Aſcendens in altũ poſtquàm fecit mentionem de eductione captiuitatis ab inferno, ſtatim ſubiunxit Chriſtus de fundatione eccleſiæ modo prædicto: Sic pari forma in hoc loco poſtquàm fecit mentionẽ de hmõi deductione, cum dixit: Et præcinxit ſe, ſcilicet fortitudine, ad deducendum detentos in inferno. ſtatim ſubdit de fundatione eccleſiæ, dicens: Etenim firmauit orbem terræ.

*In eod. pſal. xcij. vbi dicitur in poſtil. Mirabiles. Hic conſequenter deſcribitur regni Chriſti confirmatio.*

### ADDITIO III.

Littera Hebraica in hoc loco ſic ſonat: Plusq̃ voces aquarũ multarum. Et quàm mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus, id eſt mirabilior, & totũ eſt vnus verſus in Hebræo, cuius ſenſus eſt, quòd mirabilior eſt dominus. i. Chriſtus fortitudine indutus in altis, quàm voces aquarũ multarum, & elationes maris, quæ ſunt duæ impugnationes regni Chriſti ſupradictæ. Et ratio eſt, quia Chriſtus vincit omnes prædictas perſecutiones, ſic vt eccleſia per ipſum firmata non commoueatur: quod cedit in magnum teſtimonium fidei, & ideo ſubdit: Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. & quæ ſint illa teſtimonia, declarat dicens: Domum tuam decet ſanctitudo, &c. ſcilicet, quòd domus Dei quæ eſt eccleſia, non obſtantibus impugnationibus prædictis remanet in ſua ſanctitate vſque in finem ſeculi duratura, iuxta illud Matt. Ego autem vobiſcum ſum, &c. & de hoc dicit: Domine in longitudine dierum, prout in poſtilla. C

Fidei teſtimonium magnum
Matt.28.d

## GLOS. ORDIN.

a *Pſalmus Dauid. Aug.* Infirmis, qui & murmurant corde in Deum. vel verbis, videtur Deus hic præſentia negligere, vbi indiſcretè bona, & mala bonis, & malis dantur, & amplius bona malis, mala bonis. Vel, videtur ęquè bonos, & malos habere, vel amplius malis fauere: propter hoc homines, vel agũt malè apertè ſimiles leoni. Vel ſi timore hominum non audent, intus habent ſimiles lupo, & inuenta occaſione nõ mali fiunt, ſed quod erant, produnt. Lupus, & leo non ſimiliter nocent, ſed ſimiliter cupiunt. Æqua voluntas, ſed ille timet canem, iſte non timet, hos murmurãtes corde vel erumpentes in dicta, vel in facta, curat hic pſalmus totus docens patientiam.

b *Quarta Sabbathi. Aug.* Quo die fecit Deus luminaria, ſolem in poteſtatem diei, & lunam, & ſtellas in poteſtatem noctis: hi ſunt ſancti, qui lucent in me
B dio nationis prauæ, ſine murmuratione fixi in cęlo: vnde deſpiciunt, quę in terra fiunt. Primò aſſumens propheta quęrimoniam infirmorum, cur peccatores glorientur, præmittit, vnde ſaluetur: quia dominus eſt in eos vindicaturus. vnde monet ad patientiam.

a ¶Eſt. b ¶Habitus. ¶Id eſt agens de patientia ſanctorum, qui ſignificantur per luminaria facta quarta ſab.

a b Pſalmus Dauid quarta ſabbathi XCIII.

a ¶Non pertinet vindicare in malos, ſed vere vindicat, quia.

c Eus vltionum domi a b

a ¶Repetit, vt amplius confirmet. b ¶Alias: fidenter. ¶In carne loquens, nulli pepercit vitia omnium increpando ſecuri. Quid ergo in iudicio faciet? vtique qui iudicandus non pepercit eis in verbo, iudicaturus non parcet in facto, & ſi quis fidenter egit, occiderunt eum Iudæi: Exaltare, vt iam contra te nihil poſſint.

d nus, Deus vltionum liberè egit. c

Exaltare qui iudicas terram, red- d e

a ¶Non his qui pęnitent. b ¶Reddes. ¶Sed quando, quærit pro te, vt in illo inueniat quod neſcis.

de retributionem ſuperbis. Vſq;- f g

a ¶Caſſ. Repetitio dolorem expectationis ſignificat, quia bonis grauis eſt iactantia malorum.

quo peccatores domine, vſq; quo h

a ¶Non modo placebunt.

e peccatores gloriabuntur? † Ef- i

a ¶Palam dicent. b ¶Contra Deum dicentes: Non curat hæc, vel placent ei, quæ facimus.

fabuntur & loquentur iniqui-

a ¶Exaggerat. b ¶Etiam.

tatem, loquentur omnes qui o-

a ¶Non ſolum loquuntur. b ¶Hanc ſcilicet. c ¶Iuſtos in quos volunt ſuperbire.

perantur iniuſtitiam. Populum k

tuum domine humiliauerunt,

## GLOS. ORDINARIA.

## PSAL. XCIII.

D*Eus vltionum do.* Ne feſtines alium puniri, ſi te lęſit, ſicut nolles puniri alio rogante, quem lęſiſti, & ſi ille peccat in te, ne pecces deterius blaſphemans Deum, nec optes vindictam, quæ ſi venerit, forſan te prius inueniet.

d *Liberè egit. Aug.* Tempore infirmitatis, vt quando in templo docuit tanquàm poteſtatem habens: quia nec veritati eius, nec poteſtati eius poteſt obuiari: Et quia ita tunc, nũc, Exaltare: quia Vſquequo peccatores.

e *Effabuntur. Caſſ.* Exponit eorũ pctã. Effabuntur, oẽs prauas cogitationes efferũt, vel publicas pſuaſiones. Et lo. ſũt iniq. i. priuatas pſuaſiones, ne qđ tẽpus vacuum ſit à culpa procedit exaggerando. Loquentur omnes qui operantur, &cæt. Effa-

*& ideo quantum mihi videtur, ſaluo meliori iudicio, dicendum, quòd in hoc pſalmo Moyſes intendit reuocare populum Iſrael à quodam errore peſtifero currẽte tempore ſuo. Circa quod ſciendum, quòd circa diuinam prouidentiam aliqui errauerunt dicentes, quòd iſta inferiora corruptibilia propter eorum variabilitatem non ſubiacent diuinæ prouidentiæ, & maximè actus humani, quia non videbant, qualiter infallibilitas diuinæ prouidentiæ ſtet cum libertate arbitrij, in quorum perſona dicitur in Iob. Nubes latibulum eius, circa cardines cęli perambulat, nec noſtra conſiderat. Et iſte error eſt valdè periculoſus, vel pernicioſus: ex hoc enim ſequitur, quòd homines ſine freno currãt ad vitia, pro bonis, vel malis ſuis actibus non expectãtes pęnas aliquas, vel prę mia: propter quod fuit cura ſanctis hominibus hunc errorem extirpare. Quod autem iſte error cucurrerit tempore Iob, patet: quia allegatur li. Iob. ca. prædicto quaſi currẽs illo tempore, & per conſequens tempore Moyſi, qui fuit ei cõtemporaneus: quia Eliu Buzites, qui fuit vnus de quatuor amicis Iob contra eum diſputantibus, ſecundum communem opinionem dicitur fuiſſe Balaã, de quo certum eſt, q; fuit contemporaneus Moyſi. Ex quo ſequitur, q; Moyſes, & Iob fuerunt contemporanei, & per conſequens error prædictus currebat tẽpore Moyſi, & aliqui de populo Iſrael erant hoc errore infecti, quia erant ad mala proni, vt patet ex libris Moyſi, propter quod Moyſes videtur feciſſe hunc pſal. ad reuocandum eos ab errore prædicto, quod facit oſtendendo punitionem malorum manifeſtè factam à Deo, quod verũ non eſſet, niſi eius prouidentia ad iſta inferiora, & ad actus humanos ſe extenderet. Et ſecundum hoc pſalmus iſte in duas partes diuiditur, quia primò oſtenditur propoſitum in punitione Aegyptiorũ, quam filij Iſrael viderant. Secundò in punitione Iudæorum, quam ipſi experti fuerant, ibi: Quis conſurget mihi. Prima in tres: quia primò prædictus error in Aegyptijs fuiſſe oſtenditur, ſecundò à filijs Iſrael excluditur, ibi: Intelligite inſipiẽtes in populo, & tertiò ex dictis quodam correlarium concluditur ibi: Beatus homo. Circa primum dicit Moyſes.* D

Iob.22.b
Num.22.
† Reſpondent
Diuiſio

a Deus vltionum. *i. punitionum iuſtè procedentium.*

b Domi. *Quia eſt iudex ſuperior omnibus.*

c Deus vltio. li. eg. *Quia non eſt ſubditus alicui legi, & ideo poteſt parcere à pęna, ſecundum quod ſibi placet cuicunque delinquenti, nec facit in hoc iniuſtitiam alicui, & ideo ſuper punitionem malorum deprecandus eſt, propter quod ſubditur deprecando:*

d Exaltare. *Oſtendendo tuam potentiam.*

e Qui iudicas terram. *Inferendo peccatoribus pęnam.*

f Redde retributionem ſuperbis. *i. Aegyptijs ex ſuperbia nolentibus obedire tuis mandatis de dimiſſione populi Iſrael, vt patet in Exo. Et ſciendum, quòd Moyſes in hoc loco loquitur pro tempore, in quo filij Iſrael in Aegypto detinebantur, per quem modum prophetæ frequenter de præteritis loquuntur, ideo ſubditur:* Exo. 5 vſque ad 15.

g Vſquequo pecca. do. *i. Aegyptij idololatriæ dediti.*

h Vſquequo peccatores gloria. *Detinentes populũ in ſeruitute vili.*

i Effabuntur & loquentur ini. *Sicut Pharao dixit. Quis eſt Deus, vt audiã vocẽ eius, & dimittam Iſraẽl? Neſcio dñm, & Iſrael nõ dimittã.* Exod. 5. a

k Populum tuum humiliauerunt. *In operibus duris luti, & lateris.* Exo. 1. b

¶ a Et hæ-

## NIC. DE LYRA. PSAL. XCIII.

D**Eus vltionum.** *Huic pſal. prẽmittitur talis titulus in tranſlatione communi: Pſalmus Dauid quarta ſabbathi. Sed videtur appoſitus ab aliquo expoſitore, quia in Hebręo, & in trãſlatione Hier. nullus penitus eſt titu. nec ex litera huius pſal. aliquid apparet, vnde debeat appropriari ad decantandum in quarta die ſabbathi. i. quarta die à ſabbatho, quæ eſt tertia dies creationis mundi, in qua diſtincta fuerunt elementa, Item ſecundum Hebræos Dauid non fecit hunc pſal. ſed Moyſes, vt dictum eſt. De materia verò huius pſal. dicunt Hebræi, quòd loquitur de captiuitate iſta, in qua ſunt modo per diuerſas partes orbis diſperſi, in quibus ſuſtinent opprobria multa, & afflictiones maximas à Chriſtianis, à quibus expectant liberari per regem Meſſiam venturum, & ideo dicunt, quòd Moyſes hoc prævidens in ſpiritu fecit hunc pſal. interpellans diuinam vindictam ad populi Iſrael liberationem. Sed hoc fundamentum eſt erroneum, quia aduentus Chriſti iam tranſijt in præteritum, ſicut frequenter dictum eſt, & ideo*

## MORALITER.

* a *Deus vltionum.* Pſalmum iſtum fecit Moyſes ad reprobandum errorem, qui tunc currebat. ſ. quòd Dei prouidentia ad actus humanos ſe non extendit, quod eſt valde pernicioſum: quia tollit meritum, & demeritum, pœnam futuram, & præmium, & ſic ſenſus literalis eſt ſimpliciter moralis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E Effabuntur,alias:Reſpondent. Auguſt. id eſt habent,quod reſpondeant iuſtè arguenti dicentes: Cur non facerem quodlibet? Ergo felix, iuſtus vel ſer miſer eſt. Et hoc reſpondendo loquuntur iniqui dicentes,Deum non curare hæc. *Vbi ſupra.*

*Vbi ſupra.* a *Viduam & adue.Caſſiod.* Hos Deus tuetur, & præcepit adiuuari,& ita maius crimen. Vel,typicè per viduam illi ſignificantur, quibus error maritus mortuus. Aduenas dicit, & qui nō quærunt hic manentem ciuitatem. Et pupillos, ſine patre diabolo, & matre concupiſcētia.

b *Nec intelliget. Aug.* Quaſi non attendet iſta, negligit iſta, nec attēdit, vt videat, non me curat Deus, quid agam.

c *Intelligite.Caſſiod.* Secunda pars contra blaſphemos inuehitur, oſtēdens Deum hæc ſcire, & curare,prudēter, & iuſtè de malis, quibus foditur fouea,& bonis, qui patientes efficiunt diſponendo. Quod conſilium ſuum malis incognitum,ſuis amicis aperit.

d *Stulti. Caſſiod.* Qui apertè blaſphemant dicētes Deum non videre. Vel ita: Vos inſipientes,id eſt neſcij intelligite, qui iam bene viuendo eſtis in populo.i. in numero bonorum. Et vos ſtulti,id eſt improuidi, & ſi ſcitis, aliquando ſapite.

e *Qui corripit. Aug.* Quotidie pro originali. nonne arguet pro ſuperadditis? Vel: Qui erudit *A*. Propter quā eruditionem miſit filiū ſuum Deus, & ante ipſum, & poſt ſeruos.i.Apoſtolos, & prophetas. Non ergo iudicabit quibus ſermonē præmiſit. Magiſter in ſchola erudiens committit tibi, vt reddas, ſic Deus exiget, quod ſeminauit.Qui enī modò accipimus, poſtea ſtatuemur ante magiſtrum,vt reddamus rationem de omnibus.vnde Apoſtolus:Oēs aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſqſq; &c. *Ro.14.b* † *vir*

f *Dominus ſcit. Aug.* Tu verò neſcis cogitationes Dei, quoniam iuſtæ ſunt, ſed amicis factis prodit Deus conſilium ſuum,cur malis parcit. F

g *Quoniam vanæ ſunt. Auguſt.* Talium cogitationes vanę ſunt quod ipſi per ſe non poſſunt ſcire,ſed dominus nouit eſſe vanas. † *malignos*

h *Beatus homo. Caſſiod.* Iſti ſunt vani, ſed beatus, qui cęleſti doctrina firmatur. Et hi,qui ſic erudiunt,ſunt quaſi luminaria in cęlo. Lex enim Dei cœlum eſt,in quo luminaria fixa.i.ſancti meditando in lege,ne moueri queāt. De hoc cœlo alibi dicitur: Extendit cęlū ſicut pellem Hic enim liber Dei, vt pellis extenditur, vt in eo legatur, quod modo neceſſe eſt diſcituris hominibus: cùm autem in futuro omnes ſcient Deum cę.vt li.pli.

*Eſa.34.a* i *Et de lege tua &c. Auguſtinus.* Ex lege diſce patientiam, donec fodiatur: non eſt tuum ſcire quomodo, & cur fod tur illi.

K *Donec &c. Auguſt.* Felicitas malorum fouea eſt:labor bonorum flagellum patris, fęlicitas eſt fouea,quia cùm parcit Deus per impunitatem fit homo elatus, & cùm putat ſe altum, cadit.

l *Fodiatur fouea. Auguſt.* Ecce conſilium Dei,ideo parcit malis, vt fodiatur fouea eis. Adhuc foditur & tu iam vis ſepelire eum, nimis feſtinas.

m *Peccatori &c. Aug.* Nō omni,ſed ſuperbo,vt ſup.Redde retributionem ſuperbis.i.non publicano confitenti,ſed Phariſęo.

a ¶Veterem ita populum. ¶Hæc eſt populus. ¶Non perdiderunt.

& hæreditatem tuam vexauerunt. a b

a ¶Fere, iuum.

a Viduā & aduenam interfecerunt, c

a ¶Ecce blaſphemiam.

& pupillos occiderūt. Et dixerunt: d

a ¶Aug.Hoc dicit: quia modo tacet non vindicando, & putat ei placere. b ¶Vel ſi videt, non apponet cor,id eſt non curat.

b Nōn videbit dominus, nec intel- e

a ¶Id eſt Chriſtianos,de quo non deberent hæc dicere. b ¶Vos mali ita dicitis. ¶Sed o peccatore.

c ¶Aug. Qui eſtis quorum pedes nutant amulando proſperantes in malis.

c liget Deus Iacob. Intelligite † inſi- f

a ¶Caſſ. Qui publicè docent quod male didicerunt. ¶In numero populorum. b ¶Improuidi & ſi ſcitis. ¶Neſcij.

d pientes in populo, & ſtulti aliquan g

a ¶Illud. ¶Artifex rerum nulli creatorarum tantum tribuit, quantum in ſe eſſe cognoſcit. b ¶Qui tibi fecit vnde audias, non habet vnde audiat:

do ſapite. Qui plantauit aurem, h

a ¶Non dico non habet aurem, quia virtutes has habet, ſed non membra.

nōn audiet: aut qui finxit oculum,

¶Quique conſiderat.

e nō conſiderat? Qui † corripit gētes, i

a ¶Ipſe neſcit qui te ſcire ſa. i. ? quaſi: Abſit hoc.

non arguet: qui docet hominem k l

a ¶Vt eſcit. quia b ¶Etiam.

f ſcientiam? Dominus ſcit cogita- m

a ¶Ideo has reſineunte vt comprehendatis cogitationes Dei, quia ſapientes ſunt, quas comprehendis, qui eſt in firmamento cęli.

g tiones hominum, quoniam uanæ n

a ¶Vt puerum per tribulationes

h ſunt. Beatus † homo quem tu eru- o

a ¶Non de vanitate.

i dieris domine,& de lege tua docue p

a ¶Vt adultum. b ¶Vt patienter ferant quicquid hic agitur, ſicut luminaria cęli placidè peragunt curſus ſuos quicquid in terra agatur, vel ab hominibus in ea, id eſt contra ea dicatur.

c ¶Quibus florent mali, laborant boni.

k ris eum. Vt mitiges † ei à diebus q

l m † malis, donec fodiatur peccato- r

a ¶Sit ei fouea fodiatur, quid mihi qui laboro. ¶Mitiges. b ¶Vt abiectum. ¶Etſi exercet,vt det hæreditatem.

ri fouea. Quia non repellet domi- s

nus plebem ſuam, & hæreditatem t

¶Vt inauditam.

ſuam non derelinquet. Quoad vſ- u

a ¶Modo iuſti:& ideo iudicaturi. b ¶Tunc iudices? Sed ne dubites qui ſunt iſti exurit & ſoluit omnes qui recto corde, qui ſine errore.

que iuſtitia conuertatur in iudi- x

a ¶Alias, & qui habent eam id eſt iuſtitiam ſunt omnes recto corde. id eſt hoc volunt quod Deus vult ſcilicet expectare malos, & huiuſmodi. Sed quomodo ego ero rectus cui tot obſunt:

cium, & qui iuxta illā? omnes qui y z

c Viduam & adue. interſe. &c. *i.perſonis quibus deberent compati, non pepercerunt,quod patet ex hoc,quòd pueros natos ſtatim in flumine proijci præceperunt,& ſic nullam crudelitatem exercere contra populum Iſrael horruerunt. Et cauſa huius ſubditur:* G

d Et dixe. *Corde ſuo tenendo, & ore proferendo.*

e Non vi.do. *Quia tenebant, quòd diuina prouidentia non ſe extenderet ad iſta inferiora, vt prædictum eſt, & ſic ſine freno timoris Dei faciebant horribilia.*

f Intelligite. *Hic conſequenter hunc errorē excludit à populo Iſrael, qui diu moratus fuit cum Aegyptijs, & ſic plures eorū erāt infecti erroribus, & vitijs. Quod patet ex hoc, quòd poſt vocē domini loquentis eis in mōte Sinai citò declinauerunt ad idololatriam per fabricationē vituli,& adorationem.& ideo errorem talium arguit Moyſes,dicens:Intelligite inſipientes in populo &c. id eſt vos de populo Iſrael,qui eſtis infecti errore Aegyptiorum, intelligite efficaciam diuinæ prouidentiæ ad omnia ſe extendentis.*

g Et ſtulti aliquando ſapite &c. *id eſt ex quo eſtis ſeparati ab Aegyptijs, veritatem circa diuinam prouidentiam cognoſcite. Sapientia enim eſt cognitio de diuinis.*

h Qui planta.aurem non audiet &cæt. *Quaſi diceret,hoc eſt abſurdum, quòd homines corruptibiles cognoſcant iſta inferiora, & Deus ignoret: quia quicquid perfectionis eſt in iſtis inferioribus,totum præexiſtit eminentius in prima cauſa: propter quod Philoſophus.1. de Anima arguens contra Empedoclem,ducit eum ad inconueniens, quòd Deus aliqua ignoraret, quæ inferiores cognoſcūt.ſ. litem,quia dicebat ſimile ſimili cognoſci, iſta autem inferiora dicebat compoſita ex amicitia,& lite, ſed in ſuperioribus lis non habet locum,nec per conſequens cognitio litis.*

i Qui corripit gen. *id eſt qui Aegyptios Gentiles corripuit nobis videntibus terribiliter puniendo.*

K Non arguet. *Similiter opera veſtra mala.q.d.imò.* H

l Qui docet ho.ſcien.&c. *i.Deus,à quo eſt omnis ſcientia,quaſi dicat, quomodo ignorabit illud,quod homo ſcit?*

m Dominus ſcit cogi. ho. &c. *q.d. etiam cogitationes intra mentem latentes ipſe cognoſcit vſque ad minima.*

n Quoniam vanæ ſunt &c. *i. ad malum pronæ: ſecundum quod dicitur in Gen. Senſus, & cogitatio cordis humani in malum prona ſunt.*

o Beatus homo quem tu erudieris domine &c. *Hic quoddam correlarium concluditur ex dictis, ex quo enim cogitationes hominum vanę ſunt, & ad malum pronę, citò declinant ad errores: niſi adſit diuina correctio.ideo dicitur. Beatus homo,quem tu erudo. ipſum illuſtrando in mente.*

p Et de lege tua do. eum. *i. docueris eum ad ſequendum dictamen legis naturalis, quę eſt quędam impreſſio diuinę legis in nobis,& cum hoc inſtruxeris eum de lege à te data in monte Sinai, & de lege per te dāda in Euangelio: de cuius datione futura habuit Moyſes notitiam: propter quod dicit ſaluator. Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan, & mihi.*

q Vt mitiges &c. *id eſt diuinę vltionis peccata punientis.*

r Donec fodia. pec. fouea. *id eſt mors corporalis, per quam corpus ponitur in foſſa terrę, & mors ęternalis, per quam ponitur anima in fouea gehennę vſque ad diem iudicij,in quo ſimul corpus, & anima ponentur in gehenna.*

s Quia non re.do.ple.ſuam. *i.mandatis ſuis obedientem.*

t Et hære.ſu.non dere. *Quę in fidelibus adherētibus ſibi conſiſtit,quos in pręſenti fouet per gratiam, & in futuro per gloriam,ideo ſubditur.*

u Quoadvſque iuſtitia. *ſ.diuina.*

x Conuer. in iu. *i. ponatur in executione in extremo iudicio, in quo omnia reducentur ad debitum ordinem iuſtitię.*

y Et qui iuxta illum. *i. qui tunc ſecurè poterunt expectare terrorem diuinę iuſtitię, reſpondet:*

z Omnes qui recto ſunt corde &c. *Propter quod ſaluator loquens de extremo iudicio dicit Apoſtolis. His autem fieri incipientibus reſpicite, & leuate capite veſtra,id eſt exhilarate corda veſtra, vt exponit beatus Gregorius,& Sapientię quinto.a.dicitur:Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt &c.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et hæreditatem tuam. *i.filios Iſrael qui ſunt hæreditas tua, ſecundum illud: Hæreditas autem mea Iſrael.*

*Eſa.19. Exo.1.b* b Vexauerunt. *Intantum quòd vitam eorum ad amaritudinem perduxerunt.*

e Vi.

¶ a Quis



A riſæo. Superbus eſt,qui non humiliatur ad pęnitentiam:deinde qui ſibi dat bona,ſi qua habet,vel ſi ea Deo tribuit,inſultat eis,qui non habēt,& ſe ſuper eos extollit. Ergo prius humiliare ad pœnitendum,poſt ſi bene viuis, age gratias ei à quo habes,nec alium deſpicias.

a *Quis conſurget.Caſ.* Tertia pars,vbi dicit quòd fluctuatio ſit iuſtis, & fluctus ſeculi.i.mala per iniquos,vt puncti clament ad Deum,& nihil aliud eis placeat,& tūc gratior ſit liberatio. *Augu.* Quis conſurget,quaſi,vndique multi ſuadent mala, neſcientes quomodo iuſtè hæc mundana regat Deus. Sed quis conſurget?quaſi fluctuo, propè vincor,quocūque reſpicio, occurrūt mihi mala,ſed vnde vincam? Niſi quia Dominus.

b *Stabit.Caſ.* in acie patiens. Sed quia ille vincit, qui vim ſuſtinet, perdit, qui ferit.

c *Niſi quia Dominus. Caſ.* Vanis perſuaſionibus poterat decipi, niſi Dominus liberaret.

d *Adiuuit.* Sicut Petrum liberauit dominus ſuper aquam ambulātem, ne mergeretur,qui Domino dixit: Dñe ſi tu es,iube me venire ad te. *Auguſt.* vt Chriſtus ſua poteſtate calcat capita ſuperborum,& fluctus ſeculi, ita iuſſu eius Petrus,ideſt eccleſia,ſed ex humana infirmitate titubat, & clamat: Domine, pereo,& miſericordia manum porrigit, ſicut Dominus Petro di.Modicæ fidei cur dubitaſti. Pericula dulciorem faciunt libertatem? vnde ſubdit:conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

e *In corde. Aug.* ſalubres cogitationes ſignificat, vt ſcilicet æternas retributiones cogitaret, mala tēporalia deſpiceret.

B f *Nunquid adhęret. Aug.* nemo iniquus ſedet tecum: Et cùm nihil his tecum, ad quid ergo fiunt? vt de eis pungas, & puncti ad te clament: & demum hi pereāt.quę his tribus verſibus ſubſequentibus oſtenduntur.

g *Sedes iniquitatis.Caſsiod.* Eſt poſſeſſio mundi cum amore, quæ non hæret Deo,qui ſuos præcipit hæc fugere.

h *Qui fin. Auguſtinus.* ex hoc intelligo, quòd non hæret tibi iniquus, quia nec nobis pepercisti. Modò incipit iudicium à domo Dei, & ſi flagellantur filij, quid debent ſperare ſerui nequiſſimi? Si initium à nobis, quis finis eorum,qui non credunt euangelio? Et item: Si iuſtus vix ſaluabitur,impius, & peccator vbi parebunt? Fingis formas. Dolor enim alius formatus,alius informis. Formatus,qui erudit,& emendat, & ille dolor eſt præceptum.Sed alter eſt informis.

i *Dolorem. Auguſtinus.* id eſt de dolore, vel labore præceptum nobis facis,vt ipſe dolor, vel labor præceptum ſit nobis. Labor pretium eſt regni Dei,quo ipſum venale ematur. Ideo præcipit Deus laborem, & dolorem, vt non ſit homo ſine timore, ne amet aliquid aliud, oblitus veri boni. In tranquillo enim dormit Chriſtus,& tunc ſurgit fluctus, in quo excitatur.

K *Et factus eſt mihi Dominus in refugium, & Deus meus &c. Auguſtinus.* Quare? quia ſi non periclitareris, non quæreres refugium,pungeris dolore,vt quæras remedium,recedit ſpes ſeculi,& venit ſpes Dei.

a recto ſunt corde. Quis † conſurget a

¶Pro me. ¶Dæmones.

mihi aduerſus malignantes, aut b

a ¶Quaſi nullus.Niſi do.&c. b ¶Perſeuerabit.

b quis † ſtabit mecum aduerſus ope-

a ¶Homo non poteſt,ſed Dominus,quod per effectū oſtendit.

c rantes iniquitatem? Niſi quia Dñs c

a ¶Aug.Iam nutabat,iam prope conſentiebat malis. ¶Pene conſenſit vel conſenſerat impijs.

d adiuuit me, paulominus habitaſ- d

a ¶In fouea quæ paratur peccatoris. b ¶Aug. Ecce quò confeſſionem ama Deus, confitere motum & euadis. ¶Caſ. motus eſt cul̄pa iudici non negatur,liberat.

ſet in inferno anima mea. Si dice- e

a ¶Contra motionem miſericordia.

b Et. ¶Contra mala ſeculi conſolatio,quę tunc lętior.

bam, motus eſt pes meus: miſeri- f

cordia tua Domine adiuuabat me.

a ¶Multi dolores, & amari ſed multæ conſolationes & ſuaues non deſunt laboranti.

Secundum multitudinem dolo- g

e rum meorum in corde meo,† con- h

a ¶Et ſi corpus vritur.

ſolationes tuæ lætificauerunt ani-

¶Sed.

f mam meam. Nunquid adhæret ti- i

a ¶Id eſt facis. ¶Alias formas. b ¶A laſlabor [illegible].

g h i bi ſedes iniquitatis, qui fingis do- k

a ¶Aug. Ita fingis de malis nos exerces, & erudis, ¶Quia vera non poſſunt:falſa crimina obijciunt.

lorem in præcepto. Captabunt in l m

a ¶Cum animam non poſſunt.

aīam iuſti,ēt ſanguinem innocentē

a ¶Quod ſceleribus commiſit.

k condēnabūt. Et factus eſt mihi Do- n

a ¶Vt ſecurus ſim.

minus in refugium, & Deus meus

a ¶Aug.Ne in ſpe deficiamus,ſed peccata conſequamur b ¶Nondum venit res. c ¶Hoc ſine omnis dubitatio curatur: nam non negligit Deus, ſed opportuno tempore retribuit.

in † adiutorium ſpei meæ. Et red- o

det illis iniquitatem ipſorum, & in p

a ¶Non ſecundum quod de eis nobis præſtat, ſed ſecundum quod intenderunt. b ¶A ſuo regno ſeparabit, vbi incomprehenſibilis miſeria.

malitia eorum diſperdet eos, di- q

¶Iniquam. ¶Qui periit.

ſperdet illos dominus Deus noſter.

*ſuper femur ſuum,& occidat vnuſquiſque fratrem & amicum & proximum ſuum,&c. & ſubditur: Et ceciderunt in die illa quaſi 23. millia,& hoc eſt quod dicit hic Moyſes loquens in perſona propria de præterito per modum præſentis, vel futuri, quod frequenter fit in prophetis,dicens:* C

a Quis conſurget mihi aduerſus malignantes. *id eſt aduerſus incitantes multitudinem populi ad fabricationem vituli.Fuerunt enim ibi aliqui incitantes alios, & iſti fuerunt peſſimi.* † *exurget*

b Aut quis ſtabit mecum &c. *id eſt aduerſus ſequentes prædictorum inſtigationem.*

c Niſi quia do.ad. me, *i. niſi mihi affuiſſet Dei auxilium ſpeciale.*

d Paulo.ha.in infer.anima mea. *ideſt vita mea. Et accipitur hic infernus pro foſſa, vel ſepultura,& eſt ſenſus,fuiſſem mortuus,& ſepulturæ traditus: vnde litera Hebraica ſic habet: Habitaſſet i taciturnitate anima mea, quia per mortem aufertur loquela: Aaron enim timore mortis, quæ ſibi imminebat à populo, fecit vitulum, & libenter populus Moyſen interfeciſſet, quando contriuit vitulum in puluerem,niſi fuiſſet repreſſus diuina virtute timorem ei incutiente: vnde ſubditur,* *Exodi 32. e*

e Si di.me.eſt pes meus. *ideſt ex quo diſpoſui diſcedere de monte Sinai ad præceptum Domini dicentis mihi, Vade,deſcende,peccauit populus tuus quem eduxiſti de terra Aegypti.* † *exhortationes* *Exodi 32.b*

f Miſericordia tua Do. ad.me. *i. vitæ fui certificatus, quòd per tuam miſericordiam me protegeres à populi furore, ideo ſubdit:*

g Secun.mag.dolo. *ideſt quos ſuſtinui propter peccata populi in adoratione vituli:propter quod dolore,& iracundia motus Moyſes proiecit tabulas, & fregit eas ad radices montis.* *Ibidem e.*

h Conſolatio.tuæ. *quādo poſt multam precum inſtantiam dominus preces Moyſi acceptauit, & nouas tabulas teſtamenti ſibi dedit.* D *Exodi 34.*

i Nun.adhæ. *Hic ponitur ſecunda punitio notabilis Hebræorum: ex qua oſtenditur, quòd diuina prouidentia ſe extendit ad regimen actuum humanorum, & iſta punitio fuit quando populus territus verbis exploratorum voluit reuerti in Aegyptum, reputans, quòd non poſſet implere Dei præceptum de tranſitu ad terram promiſſionis propter multitudinem,& magnitudinem populorum ibidem habitantium, & propter hanc rebellionem exploratores,qui populum terruerant, percuſſi fuerunt morte repentina à Domino, & ſententia mortis diffinita fuit à Domino ſuper omnes, qui numerati fuerant in exitu de Aegypto à 20.annis,& ſuprà: ita quòd mortui ſunt in deſerto omnes præter Ioſue,& Caleb filium Iephone,& ex iſta punitione,& præcedenti, debuerant filij Iſrael ab errore ſupradicto reuocari, & hoc eſt, quod dicitur: Nunquid adhæret tibi ſe. ini. ideſt habitatio in malo.* *Num.14.a*

K Qui fingis. *ideſt falsò dicis te præceptum Domini non poſſe adimplere de ingreſſu terræ ab eo promiſſæ. Et quia ex ſua obſtinatione in malo voluerunt Moyſen,& Aaron,Ioſue, & Caleb lapidibus obruere. ideo ſubditur,* *Num.14.b*

l Captabunt. *ſcilicet captiuauerunt.*

m In animam iuſti. *ideſt iſtorum volentes eos interficere:ſed quia defenſati fuerunt protectione diuina,ſecundum quod ibidē dicitur: Cumque clamaret omnis multitudo,& lapidibus vellet obruere, vel opprimere, apparuit gloria Domini, &c.ideo ſubditur:*

n Et fa.eſt mi.Do.in refu. *i.mihi,& alijs tribus mecum exiſtentibus.*

o Et red.il.ini.ip. *quia exploratores, qui terruerant populum, ſtatim percuſſi fuerunt morte repentina.*

p Et in malitia. *quia alij eis acquieſcentes vagabundi fuerunt per deſertum, quouſque proſtrata ſunt ibi cadauera eorum,vt ibidem habetur, & ideo ſubditur,*

q Diſperdet il. *cuius prouidentia ad omnia ſe extendit quantumcunque minima.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Quis conſurg. *Hic conſequenter oſtendit diuinam prouidentiam ſe extendere ad actus humanos per punitionem Hebræorum, qui licet pluries fuerint puniti in deſerto,tamē fuit ibi duplex notabilis punitio: vna pro adoratione vituli,alia pro rebellione communi, qua populus voluit in Aegyptum reuerti. Secunda ponitur ibi: Nunquid. Circa primam ſciendum,quòd prima punitio facta eſt de præcepto Moyſi. vbi dixit:Si quis eſt Domini, iungatur mihi, & poſtea ſubditur: Ponat vir gladiū ſuper*

*In pſ.93.Deus vl.vbi dicitur in poſt.Et ideo quantùm mihi videtur.*

## ADDITIO.

¶ Error iſte circa diuinam prouidentiā nō ſolum tempore Moyſi, vel Iob cucurrit,ſed ēt in alijs varijs,& diuerſis,& quaſi in omnibus tēporibus occurrit:præſertim in his,qui fide carent,qui nō ſolum diuinam prouidentiam negant,ſed etiam ipſum Deum aſſerunt non eſſe, iuxta illud: Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus. tempore etiam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

E re etiam prophetarum, qui longè poſt Moyſen fuerũt, in ipſo popu lo Iſraelitico hic error manifeſtè viguit, legitur .n. in Ezech. de Iſrae litis idola colentibus, dixerunt: Dominus non videt nos, dereliquit Dominus terram. In quo expreſsè negabant prouidentiam diuinã circa iſta inferiora: vnde non oportet pſalmum iſtum appropriare illis, qui fuerunt tpe Moyſi. Superfluum ẽt videt Moyſi ad reuocandum hũc errorem aliquem pſalmũ ordinare, cum in tota lege Moſaica hoc docetur duplici modo. Primò hiſtorialiter, vt patet de primis parentibus à Deo punitis propter tranſgreſſionem præcepti, Similiter & de Cain à Deo punito propter fratricidium. Similiter de generatione diluuij à Deo deſtinata propter peccata, Item de Sodomitis diuina iuſtitia ſubmerſis. & ſic de aliis quamplurimis in pentateucho contentis. Ex quibus oſtenditur, quod Deus per ſuam prouidentiam iuſtiſſimam punit reprobos, & premiat bonos. Secundò patet hoc ex lege Moſaica, & ex præceptis diuinis, quæ in ea dantur, quæ omnia dantur in timore, & amore diuino, & in penis, & premiis à Deo promiſſis, ſeu comminatis hominibus ſecundum diuinam prouidentiam, vt patet cuilibet intuenti. Non ergo videtur hic pſalmus ex hoc Moyſi appropriari, ſicut nec Ægyptiis, ſed melius videtur dicendum ſecundum glo. cui etiam concordant præcipui expoſitores Hebræorum, ſcilicet quod iſte pſalmus loquitur generaliter contra omnes malefactores poſtponentes diuinum timorem ex incredulitate diuinæ prouidentiæ, ſiue ſint de populo Iſraelitico, ſiue de aliis nationibus. De Manaſſe enim rege Iuda, de quo legitur. Quod impleuit Ieruſalem ſanguine innocentum ab ore vſque ad os, propriè poſſunt verificari, quæ dicuntur in hoc pſalmo, ſcilicet Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt. Quòd autem hoc feciſſet ex incredulitate diuinæ prouidentiæ, patet 2. Paralipo. vbi de ipſo Manaſſe poſt eius pœnitentiam legitur: Cognouit Manaſſes, quoniam Dominus ipſe eſt Deus. Ex quo patet, quòd ante hoc non cognoſcebat Dominum eſſe Deum, nec per conſequens prouideri humano generi, & ſic de multis aliis tam paganis, quàm infidelibus, ſeu hæreticis, & etiã falſis Chriſtianis contingit ſæpe in multis, & in diuerſis partibus, & non tantum in vno tempore, ſeu in vna generatione, vel regione determinata, & ideo dicit Pſalmiſta: Vſquequo peccatores Dñe, vſquequo gloriabuntur? Quod exponẽs Ra. Abenhazra dicit, & bene, ꝙ per iterationem ly vſquequo, intelligitur aſſiduitas huius peccati, & eius frequentia in multis, & variis temporibus. Ad quam ſententiam facilè adaptatur lra, prout continetur in poſtilla, ſpecialitate mutata ad generalitatẽ. Et notandũ, ꝙ licet in hoc pſalmo nullus ponatur titulus in Hebraico, nec in transla. Hieronymi: tamen verum eſt, quòd iſte pſalmus inter Hebræos legitur in qualibet quarta feria. Ratio autem quare quartæ feriæ approprietur, habetur in gloſſa, vide ibi.

Ezech. 8. e — Gen. 3. c — Gen. 4. d — Gene. 6. per totum. — Gen. 19. e — 4. Reg. 21. c — 2. Par. 33. e

*In eo. pſ. 93. vbi dicitur in poſtil. Quoadusque iuſtitia, ſ. diuina.*

## ADDITIO II.

¶ Hebraica litera in hoc loco non habet illud relatiuũ qui, ſed ſic, & iuxta illã oẽs, qui recto ſunt corde, & intelligitur planè nõ admiratiuè, ſed ſic: Quoadusq; iuſtitia. i. diuina, conuertatur ad iudiciũ. ſ. in executione extremi iudicii. Et quoadusq; iuxta illã. ſ. iuſtitiã, ſunt omnes, qui recto ſunt corde. vnde ly, & cum dicitur: Et iuxta illam, iterum reperit ly quoadusque, ſicut in ſcripturis ſępe contingit, &c.

## REPLICA.

Circa pſalmum: Deus vltionum, diuerſificantur, quia poſtil, applicat peccata, & eorum pęnas correſpondẽtes ad ſpãles populos, & ad ſpecialia tpa. Burgen. autem, & Gloſſa magiſtralis generaliter applicant ad omnia tempora, &c. quæ applicatio vr̃ moralis: quia ſic in tota ſacra ſcriptura ſpecialia vitia reprehenduntur, & punita deſcribuntur, quatenus talis punitio cunctis ſit morale exemplum, ne ad ſimilia vitia defluãt, & ſimilem punitionem incurrant. Nec eſt inconueniens Moyſen, vel quencunque certis ſcripturis generaliter aliquid facere, & per decantationem carminis, vel pſalmi ad ſpecialia applicare, & per ea ſoluuntur obiectiones Burgen. in propoſito.

## GLO. ORDIN.

a *Caſ. Laus.* Deuotionem. Cantus hilaritatem ſignificat.

Expoſ. pſ. 94

## GLO. ORD. PSAL. XCIIII.

Ibidem. Venite, exultemus. *Caſio.* De tẽpore gratię, quo intratur in requiẽ, propheta laudes Dei deſcribens, primò inuitat Iudæos, quos præuidebat poſſe reſiſtere Chriſto.

c *Faciem eius &c. Auguſ. Caſ.* conſpectũ venturi iudicis, ne quid tunc in nobis ſit diſcutiendum.

d *In confeſſione. Aug.* illũ laudantes, nos accuſantes. quæ ſunt vota diſtincta. de quibus alibi: Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerũt labia mea. Diſtinguit ergo, qui Deum laudat, & ſe accuſat. Gemina enim confeſſio eſt, ſcilicet laudis, & peccati, & confeſſio peccati ad laudẽ pertinet ignoſcentis, de qua laude pſalmus agit.

Enar. pſ. 94. tom. 8 — Suprà 25 c

e *In pſalmis iubilemus. Aug.* Quę dicimus in pſalmis, vel facimus, ſentiamus in iubilatione.

f *Super omnes Deos. Aug.* vel magis deos homines dicit, ſuper quos Rex eſt, non ſuper dęmonia.

a *Quoniam*

a ¶Iſta. b ¶Deuotionis, & hilaritatis. ¶Fit. ¶Ideſt Chriſto.

a Laus cantici ipſi Dauid XCIIII.

a ¶Qui longe eſtis per diſſimilitudinem. b ¶Mente.

Venite, exultemus Do- a b

a ¶Non in ſeculo voce. ¶Q. gaudium tantum ſit quod verbis dici non poſſit, quod tamen intus cõceptũ, vox extra teſtatur. ¶Ieſu.

minò: iubilemus Deo ſaluta- c

a Quia venturus eſt. ¶Ne inimicus accuſando præueniat.

ri noſtro. Præoccupemus fa- d

c d ciem eius in confeſſione, & in e

a ¶Auguſt. Hęc ſunt, quę pertinent ad laudem cantici huius. ¶Summa poteſtate.

e pſalmis iubilemus † ei. Quo- f g h

niam Deus magnus Dominus,

f & rex magnus ſup omnes deos:

ctum fuit à Dauid, ad quod ſequitur, quòd eſt autor totius pſalm. *Dicit etiam ibidem Apoſtolus, quòd pſalmus iſte non loquitur de ingreſſu terræ promiſſionis, qui iam ante annos multos tranſierat tempore Ioſue, ſed de ingreſſu terræ viuentium aperiendo per Chriſtum tempore gratiæ, quia per ſuam benedictam paſſionem amouit impedimentum. Et ſecundum hoc pſal. iſte in tres partes diuiditur: quia primò populus maximè Hebraicus ſecũdum intentionem Apoſtoli ad Chriſti laudem inducitur, ſecundò ad hoc multiplex ratio adducitur, ibi: Quoniam Deus magnus. tertiò principalis intentio concluditur, ibi: Hodie ſi vocem eius audieritis. Circa primum dicit Dauid pręuidens Chriſti aduentum, in quo erat exultandum: vnde in eius natiuitate angeli exultauerunt. Facta eſt cum angelo multitudo cęleſtis exercitus, vel militiæ laudantium Deum &c. & multò fortius homines debebant exultare. Tum quia venit in natura humana aſſumpta, non in angelica, ſecũdum quod dicitur ad Hebr. Nuſquam angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ. Tum quia venit ſatisfacere pro peccato generis humani, non angeli, quod eſt irremediabile. Dicit igitur:*

a Venite. *nõ paſſibus corporis, ſed affectibus mentis per fidem, & deuotionem.*

b Exulte. Do. *non ſolùm interius, ſed etiam exterius deuotionis ſigno, quod notatur, cùm dicitur: Exultemus, & iubilemus. quia exultatio dicitur, quaſi extra ſaltatio: Quod ſit quãdo mentis deuotio reſultat exterius in ſenſibili ſigno. Similiter iubilus dicitur cordis gaudium ita intenſum, quòd non poteſt interius contineri, quin appareat in ſigno exteriori.*

c Deo ſa. no. *id eſt ad laudem Ieſu Chriſti, qui eſt Deus verus, & noſtra ſalus, propter quod fuit ſic nominatus. Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim interpretatur Saluator.*

d Præoccupe. fa. eius in con. *ſuæ deitatis, et humanitatis. Et dicit: Pręoccupemus. i. tentationem diaboli ab hac confeſſione nitentis nos impedire, anticipemus.*

e Et in pſalmis. *id eſt laudibus deuotis.*

f Iubilemus ei &c. *Hic conſequenter ad propoſitum multiplex ratio adducitur, & primò ex regia dignitate, cùm dicitur:*

g Quoniam Deus magnus Do. *quaſi diceret, bene debemus iubilare Chriſto, quoniam ipſe eſt Deus, & per conſequens magnus Dominus.*

h Et rex magnus ſu. om. deos. *i. ſanctos angelos, & prophetas Dei amicos, qui in ſcriptura dicuntur dij participatiuè. Secundò ex eius poteſtate, cùm dicitur:*

¶ a Quia

## NICOLAVS DE LYRA.

## PSALMVS XCIIII.

Venite, exulte. Do. *Huic pſal. nullus omnino titulus pręponitur in Hebræo, nec in transla. Hiero. iuxta Hebræum. Et ſecundũ Hebręos iſte pſal. factus eſt à Moyſe circa finem vitæ ſuæ, qñ mortui fuerant in deſerto oẽs, qui poſt exitũ de Aegypto numerati fuerant à viginti annis, & ſuprà, præter Caleb, & Ioſue, vt dictum eſt præcedenti pſalm. In quo Pſalm. inducit filios mortuorum, de quibus dixit Dominus: Quòd ingrederentur terram promiſſionis loco patrum ſuorum ad Dei laudem, & obedientiam, ne ex rebellione, & inobedientia impedirentur ab ingreſſu terræ promiſſionis, ſicut & patres eorum. Et litera huius pſalmi ad hoc faciliter poteſt applicari. Sed Apoſtolus ad Hebr. 3. & 4. ponit magnam partem huius pſal. ſcilicet ab illo loco: Hodie ſi vocem eius audieritis, vſque ad finem, dicens, quòd hoc dictum fuit*

Num. 14. d — Heb. 3. & 4. per totum.

## MORALITER.

a *Venite exultemus.* Pſalmum iſtum literaliter expoſui de ingreſſu terræ viuentium, quo priuantur mali Chriſtiani, propter quod non eſt hic alius ſenſus ſpiritualis ponendus.



a *Quoniam non repellet Dominus plebem ſuam. Aug.* Id eſt Iudeos, qui propriè ſua plebs: cuius ſi rami fracti, tamen ipſa arbor oliua manet, de qua Apoſtoli, & multi alij, & ipſe Chriſtus: inde Apoſtolus teſtimonium accepit.

b *Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt. Caſſiod.* Poſt magnitudinem domini prædictam venit ad clementiam.

c *Mare. Auguſt.* Mundus, cuius fluctus termino arctat Deus, non permittens nos tentari ſuprà id, quod poſſumus, qui fluctus etiam prouentum nobis faciũt, Deo id agente: nec ſcandala tibi nocent, quæ menſuram à Deo accipiunt.

d *Venite, adoremus, & procidamus. Caſſiodor.* Prius rudes vocauit ad exultationem, iã oſtenſa gloria Dei, vocat ad pęnitẽtiam, quod durius eſt.

e *Ploremus ante Dominum. Aug.* Si fortè de peccatis, quæ vos longè fecerunt, ſoliciti eſtis, plorate: lachryma extinguit flammam peccati, quæ in conſcientia ardet.

f *Qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter. Aug.* Ecce magna fiducia: à te enim deficere potes, tu te reficere non potes: ille reficit, qui te fecit.

g *Et nos populus paſcuæ eius. Aug.* Eleganter ordo verborum mutatus. Non dixit oues paſcuæ, & populum manus eius: vt ipſos intelligas oues, qui ſunt populus, oues manus, non quas emimus, quia ſunt, & oues, quas non fecimus: ſed ipſe gratia ſua nos oues fecit.

h *Hodie ſi vocem eius audieritis. Caſſiod.* Nos autem populus, & oues: Sed his omnibus proponitur conditio, ſi vocem eius audieritis, quam vocem ſubdit: Hodie.

i *Nolite obdurare corda veſtra. Caſſiod.* Iam ipſe Chriſtus monet, ne obdurẽtur, ne contingat eis, vt patribus.

K *Sicut in irritatione ſecundum diem tentationis in deſerto. Caſſiod.* Maieſtas Chriſti loquentis, obſtinatos terret per patrum ſimilitudinem: vt vel ſic molleſcerent. Vel in perſona prophetę ſub alia diſtinctione legi poteſt ſic. Q. quia populus, oues Dei ſumus. Ergo: Hodie. i. ſemper. Si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Sicut patres veſtri fecerunt. In irritatione, in perſona Chriſti loquitur hic propheta. Irritatione dico facta Secundum diem, id eſt in die. Tentationis factæ in deſerto: tunc ſimiles illis eritis, ſi duri fueritis. Culpa parentum repetitur, vt vindicta timeatur.

l *Quadraginta annis offenſus fui &c. Aug.* Per quadraginta annos omnia ſecula ſignificat. Conſtat enim ex denario, qui eſt primus limes numerorum, & ideo plenitudinem ſignificat, & ex quaternario, qui ad quatuor tempora refertur. Vnde & Dominus in huius numeri ſacramento quadraginta diebus ieiunauit, quãdo tentatus eſt, & quadraginta diebus cum diſcipulis ſuis poſt reſurrectionem fuit, ſignificans ſe nobis adeſſe conſolatorem, & adiutorem in huius peregrinationis, & tentationis tempore, ſicut ipſe ait: Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.

¶Vacat in pleriſque.

a quoniam non repellet Do-

a ¶Lapis angularis. & alios in ſe coniungit.

b minus plebem ſuam. Quia a

¶Id eſt gentes.

in manu eius ſunt omnes

a ¶Terrenæ poteſtates quæ prius aduerſæ: vel angeli.

fines terræ, & altitudines

a ¶Item ideo iubilemus.

montium ipſius ſunt. Quo- b

a ¶Dominio. b ¶Mundus. c ¶Hoc addit vt ſcias ſubeſſe.

c niam ipſius eſt mare, et

a ¶Aridam terram quæ recipit imbrem & fructificat, quam non ſinit fluctus operire.

ipſe fecit illud, & † ſiccam c

manus eius † formaue- d

a ¶Tanta facit, ergo venite. ¶Prius. ¶Auguſt. Repetit præmiſſam admonitionem. Quaſi commemoratis à me laudibus nolite longè ſtare.

b ¶Quod plus eſt.

d runt. Venite, adoremus: e

a ¶Cum humilitate. ¶Corde.

e & procidamus, & plore- f g

a ¶Qui opus ſuum non ſpernit.

f mus † ante Dominum qui h

a ¶Ideo adoremus.

b ¶Qui adorandus eſt.

fecit nos, quia ipſe eſt Do- i

g minus Deus noſter. Et k

a ¶Nos autem quid ſumus, vt ſecuri ei ploremus, & procidamus. Ecce.

nos populus paſcuæ eius,

a ¶Ergo. ¶Tempore gratiæ.

h & oues † manus eius. Ho- l m

a ¶Aug. Qui per ſe nunc loquitur, qui olim per ſeruos, ideo ne ſitis duri ſicut tunc.

die ſi vocem eius audieri-

a ¶Quaſi qui non credit, lapideus eſt.

i tis, nolite obdurare corda n

¶Facta.

k veſtra. Sicut in † irrita- o

¶In die. ¶Tunc ſimiles illi.

tione ſecundum diem ten-

tationis in deſerto. Vbi p

a ¶An poſſem. b ¶Iam ne ſitis taſium filij.

tentauerunt me patres ve-

a ¶Quid poſſem. b ¶Oculis, ſed non crediderunt.

ſtri, probauerunt & uide- q

a ¶Virtus magnæ. b ¶Caſſ. Myſticus numerus, Chriſtus quadraginta diebus ieiunans, & quadraginta poſt reſurrectionem cum Apoſtolis cõuerſatus, fecit vt totus crederet mũdus, Iudei vero nec beneficiis xl. annorum acquieuerunt.

l runt opera mea. Quadra- r

a ¶Alias proximus in ſignis & virtuti.

ginta annis offenſus fui ge-

a ¶Arguendo per miniſtros.

nerationi † illi, et dixi: s

a ¶Serio, vel corde eius dato, quaſi per quod non deberent oberrare.

Semper † hi errant corde. Et t

a ¶Præcepta data per Moyſen.

† iſti non cognouerunt vias

a ¶Immutabiliter ſtatui in ira, quia irat aliquando placidus, ſicut iurauit Dominus Dauid ueritatem. ¶Per ſeipſum minas confirmat ut promiſſa.

meas, † Vt iuraui in ira mea. u x

a ¶Illi duri, alij enim introibunt. ¶Apoſiopeſis, quaſi non intrabunt.

Si intrabũt in requiẽ meam. y z

† aridam — † finxerunt Diuiſio. — † acerbatione Num. 14. a

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Quia in manu eius ſunt omn. fin. terræ. *i. in eius poteſtate, qua poteſt eos ad nihilum redigere, quod probat conſequenter dicens:*

b Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud. *Congregans aquas in vnum locum.*

c Et ſiccam. *Id eſt partem terrę aridam.*

d Manus eius formauerunt. *Per hoc enim, quòd congregauit aquas in vnum locum, qui dicitur Oceanus, apparuit pars terrę aquis diſcooperta, & hoc propter habitationem hominum & animalium. Tertiò adducitur ratio ex beneficijs humanę naturæ collatis ſpecialiter, inter quę primum eſt creatio hominis ad imaginem Dei, quod non conuenit alijs corporalibus creaturis, & in recognitionem huius dicit:*

e Venite adoremus. *Adoratione latriæ.*

f Et procidamus. *Humiliter adorando.*

g Et ploremus. *Peccata noſtra confitendo.*

h Ante Dominum, qui fe. nos. *Ad imaginem & ſimilitudinem ſuam.*

i Quia ipſe eſt Dominus Deus noſter. *Dans ſe nobis per ſuam benedictam incarnationem. Secundum beneficium eſt diuinę gubernationis, quæ ſpeciali modo ſe extendit ad humanam naturam vltra bruta animalia, propter quod dicit Apoſtolus. Non eſt cura Deo de bobus. & quantum ad hoc dicitur:* 1. Cor. 9. b

k Et nos populus paſcuæ eius. *Quia nobis prouidet ſpeciali modo, poteſt etiam hoc referri ad populum Hebraicum, quem Deus pauit manna quadraginta annis in deſerto, & ad populum catholicum, quem in eccleſia paſcit quotidie Euchariſtiæ ſacramento.*

l Hodie. *Hic conſequenter cõcluditur intentum principale, quod ſecundum Apoſtolum eſt inducere populum maximè Hebraicum ad obediendum Chriſto humiliter, & deuotè, ne impediatur ab ingreſſu terræ promiſſionis propter rebellionem ipſorum. Et circa iſtam concluſionem primò ponitur monitio. ſecundò adducitur exemplum, ibi: Sicut in irritatione. & tertiò pœna illata exprimitur. ibi, quadraginta annis. Circa primum dicitur:* Hodie. *i. tempore gratię, quod vocatur dies, dicit: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, &c. vbi per noctem intelligitur vetus teſtamentum, & per diem nouum.* Rom. 13. b

m Si vocem eius audieritis. *Et accipitur hic ſi, pro quia: quia vox Domini audita eſt in lege noua, quę data eſt à Deo in carne apparente: vetus autem teſtamentum fuit datum per angelum loquentem in perſona Dei, ſecundum quod dicitur in Act. Hic eſt Moyſes &c. & ſubdiur: Hic eſt qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai.* Act. 7. a

n Nolite obdurare corda veſtra. *Legem euangelicam repellendo: obduratio enim cordis humani in malo non prouenit primò ex parte Dei, ſed ex parte liberi arbitrii hominis à Deo ſe auertentis, & ideo conſequenter iuſtè Deus retrahit gratiam ſuam cor mollificantem, & ſic in infidelitate, & malo obduratur.*

o Sicut in irritatione. *Hic conſequenter ad propoſitum adducitur exemplum de illis, qui territi verbis exploratorũ rebelles fuerunt Dom. no, & Moyſi, & voluerunt reuerti in Aegyptum. & hoc eſt quod dicitur:* Sicut in irrit. ſecũ. di. ten. in deſerto. *i. nolite obdurare corda veſtra, ſicut fecerunt in deſerto. In irritatione ſecũdum diem tentationis. Vocatur autem illud peccatum irritatio Domini, quia viderant tot mirabilia eius in tranſitu maris rubri, & aliis mirabilibus, quòd nullo modo debebant dubitare de impletione promiſſionis diuinæ: ſed quod abſque difficultate introduceret eos in terram promiſſionis.*

p Vbi tentauerunt me patres veſtri. *Multoties. Vnde dicitur: Iam tentauerunt me per decem vices.* Num. 14. [illegible]

q Probauerunt & viderunt opera mea. *Id eſt tot viderunt opera mea mirabilia, quòd nullo modo deberent facere talia.*

r Quadrag. an. off. fui gen. ill. *Hic conſequenter ponitur pœna debita, quia quadraginta annis fuit populus Iſrael impeditus ab ingreſſu terræ promiſſionis, in quibus omnes mortui fuerunt in deſerto, qui viderant mirabilia Dei, et increduli fuerant, & hoc eſt quod dicitur:* Quadra. an. off. fui gener. ill. *Retardans eos ab impletione promiſſi.* Ibidem.

s Et dixi: Semper hi errant corde. *Et talis error erat affectatus, & ſic non alleuiabat, ſed magis aggrauabat.*

t Et iſti non cognouerunt vias meas. *i. præcepta mea, in quibus debebant ambulare, & hoc malitia ipſorum eos excæcante.*

u Vt iuraui. *i. irreuocabiliter diffiniui.*

x In ira mea. *i. in effectu vindictę meę.*

y Si intrabunt. *Id eſt non intrabunt.*

z In requiem meam. *i. in terram promiſſionis, in qua dedit Deus filijs Iſrael quietem. Et quia illa fuit figura quietis bonorũ in patria, quia omnia in figura contingebant illis. Ideo per hoc intendit Dauid inducere populum, maximè Hebraicum, ne per rebellionem ad Chriſtum prohibeantur ab ingreſſu terræ viuentium, vbi eſt quies beatorum.* 1. Cor. 10. c

¶ Cantate

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Pſalmus Dauid. Caſſ.* In veteri teſtamento legitur, quod domus E Dei. i. templum à Babylonijs deſtructum, poſt ſeptuaginta annos captiuitatis (quando filij Iſrael permittente Cyro Rege redierunt Ieroſolymam ſub Zorobabel, & Ieſu ſacerdote magno) reædificatum eſt, per quam reædificationem intelligitur ſpiritualis reædificatio templi, de quo dicit Apoſtolus: Templū Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Hoc templū per peccatum à diabolo ſubuerſum eſt, & homo in lege peccati, & mortis captiuatus, ſed per Chriſtum reædificatur toto orbe, & homo à captiuitate ne pereat, liberatur, de qua ſpirituali, non illa actuali agit hic pſalmus.

Expo. pſ. 95.
1. Cor. 3. d

a ¶Prophetæ qui hic loquitur.

Pſalmus Dauid, quando domus

a ¶Toto orbe. b ¶Quæ ſub diabolo fuit poſt peccatū, ſicut actualis ſub Zorobabel poſt captiuitatē Babylonis.

ędificabatur poſt captiuitatē XCV.

a ¶Ad oēs gētes communiter loquitur. b ¶Patri. c ¶Quod cantat qui amat. ¶Exuentes veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum.

CAntate Dn̄o canticū no- a b

a ¶Filio. b ¶Omnes homines. vnde domus ędificatur.

uum, cantate Dn̄o omnis terra. Cā- c d

a ¶Spiritui ſancto. b ¶Vt dicatis ſalutare. c ¶Quod eſt Ieſus.

d tate Dn̄o, & benedicite † nomini e

a ¶Sic creſcit ędificatio. ¶Ad prælatos loquitur. b ¶Continuè vel de filio in patrem. vel de veteri teſtamento in nouum.

e f eius: annunciate de die in diem ſa- f

a ¶Vbi? b ¶Prætermiſſis Iudęis pro contumacia.

lutare eius. Annunciate † inter g

a ¶Non veſtram. b ¶Non quibuſdam gentibus.

gentes gloriam eius, in omnibus h

¶Potentia.

populis mirabilia eius. Quoniam i

a ¶Etſi homo Chriſtus. b ¶Bonitate ¶Nō poteſt dici.

g magnus Dominus, & laudabilis ni- k

a ¶Aduerſis ſibi & ſuis, qui territus fuit inter homines. b ¶Quos colebant gentes, dum in captiuitate erant.

mis: terribilis eſt ſuper omnes deos. l

¶Laus per comparationem

†Quoniam omnes dij gentiū dęmo

a ¶Quia parum erat eſſe ſuper dæmonia. b ¶Vbi habitare non poſſunt dæmonia ad libitum.

h nia, Dominus autem cœlos fecit. m

¶Caſſ. Hæc eſt vtilitas quæ venit omnibus cantantibus. ¶Aug. Confitendo de fœdo fit homo pulcher. Si amas pulchritudinem, cōfitere vt ſic ſis pulcher ſanctus, & ideo prius dicit: Confeſſio: & poſt, pulchritudo.

i Cōfeſſio & pulchritudo in cōſpectu n o p

lomonis ſtetit 410. annis, & tempus captiuitatis durauit ſeptuaginta G annis. Item per hoc, quòd ſubditur: Annunciate inter gentes &c. Gentiles nō fuerunt admiſſi ad illam reædificationem, ſed magis repulſi. Pręterea in Hebræo, & in translatione Hieron. nullus penitus eſt titulus, & ideo prædictus titulus videtur appoſitus ab aliquo expoſitore, ſecundum imaginationem ſuam literam huius pſalmi ad dictum ędificium applicante. Rabi Salomon verò dicit, quòd hic pſal. loquitur ad tempus futurum. & vocat tempus futurum tempus Meſſiæ, quia ipſe, & alij Iudæi dicunt eſſe futurum, & tunc ędificabitur eis templum nobiliſſimum, in quo fient iſtæ laudes, & oblationes, quæ videntur tangi in hoc pſalmo, cum dicitur in principio: Cantate Domino &c. & poſtea in medio ſubditur: Tollite hoſtias &c. Sed iſtud ſecundum eſt erroneum, ſcilicet quòd Chriſtus ſit venturus in mundum, & reędificaturus materiale templum, ſicut frequenter ſuperius expreſſum eſt. Sed primum eſt verum, quòd iſte pſal. loquitur pro tempore Chriſti, quod propriè incepit à principio prædicationis euangelij, & extunc incepit templum reędificari per Chriſtum non ex lapidibus inſenſibilibus, ſed ex Chriſti fidelibus, qui ſunt lapides viui in ędificio cæleſtis Ieruſalem collocandi. Et ſecundum hoc pſalmus iſte diuiditur in duas partes: quia primò pſal. inducit ad Chriſti præconium. & ſecundò ad eius debitum obſequium, ibi: Confeſſio. Prima in duas: quia primò inducit ad actum præconij. ſecundò ad diuulgationem euangelij, ibi: Annunciate &c. Circa primum dicit:

a Cantate Domino. *Id eſt Domino Ieſu Chriſto, qui eſt Rex Regum & Dominus dominantium.*

b Canticum nouum. *Ad nouum enim teſtamentum pertinet canticum nouum, ſecundum quod dicitur: Nouus Rex, noua lex, noua lex, noua gaudia: vnde & angeli nouum canticum cantauerunt in natiuitate Chriſti. Gloria in altiſſimis Deo &c.*

c Cantate Domino omnis terra. *Id eſt omnes habitatores terrę, quibus aduentus Chriſti fuit cauſa letitię.* H

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. XCV.

b CAntate Domino. *Caſſ.* Præmonuit Iudæos in præcedenti pſalmo, vt depoſita duritia, Chriſtū crederent: ſed quia erat manſura, nunc omnes gētes monet. Secundus pſal. de vtroq; aduentu. Primum ad prælatos loquitur, vt ipſi cantent, & annuncient.

Ibidem.

Enar. pſ. 95. to. 8. c *Canticum nouum. Aug.* Vetus cantat cupiditas, nouum charitas, quæ ipſa eſt nouum cāticum. Cantare eſt ędificare. Paries dealbatus eſt hypocriſis, quæ foris lucet, intus lutum eſt, de iſto dr̄ pariete non cōiuncto aliis, ſed ſingulariter erecto, vbi ſi oſtiū facias, quiſquis intrauerit, foris eſt.

† 26. q. 2. c. quisquis. d *Domino, & benedicite nomini eius. Hier. Caſſ.* Ter domino, ad diſtinguendam perſonarum Trinitatem: quia laus Chriſti honor eſt Trinitatis. Et eſt figura epimone, id eſt crebra repetitio ſententiæ, quæ exaggerat in laudem, vel vituperationem.

F e *Annun.* ad prælatos loquit. annūtiate, quia ſic creſcit ędificatio domus.

f *De die in diem ſalutare eius. Aug.* Vetus, & nouum teſtamentum dies ſunt, qui ęterno Sole clareſcunt: illud prænunciat, hoc factum indicat. *Hieron.* Annunciat ergo de die in diem, qui vtriuſq; teſtamenti autoritate vtitur. In annunciatione Saluatoris illa duo teſtamenta tanquam duo dies vnam lucem faciunt. Non lucet vnum ſine altero. Ideoq; in Leuitico: Omne animal, quod findit vngulam, & ruminat, mundū eſt. i. quod duas vngulas habet, quia mundus eſt, qui duo teſtamenta ſeruat, quibus affectuum noſtrorum pedes à vitiorum ſpinis muniuntur.

Super pſ. 95. tomo 7.
Leuit. 11. a

g *Magnus Dominus. Aug.* Paruulus factus, quia vos parui, intelligite magnum, & eritis in illo magni.

h *Cælos fecit. Aug.* Apoſtolos, & angelos: vnde ſi cęlos fecit, & angelos, tunc & Apoſtolos, qui dæmonibus imperant.

i *In conſpectu eius.* Tales enim confitentes. i. & iuſti ipſum conſpiciunt, & conſpiciuntur ab eo,

a *Sancti*

d Cantate Domino. *Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem excitationem ſicut ſolet fieri in canticis.*

e Et benedicite nomini eius. *Gratias agendo de tanto beneficio.*

f Annunciate de die in diem ſalutare eius. *Id eſt continuate huiuſmodi laudem.*

g Annunciate inter gentes gloriam eius. *Hic conſequenter Pſalmiſta inducit ad prædicationem euangelij, quæ facta eſt non ſolum Iudęis, ſed etiam Gentilibus per orbem diſperſis. & hoc eſt quod dicitur hic:* Annunciate inter gentes gloriam eius. *i. gloriam ſuę reſurrectionis, & aſcenſionis, & alia ad fidem pertinentia.*

h In omnibus populis mirabilia eius. *Id eſt opera miraculoſa Chriſti, quę annunciauerunt Apoſtoli, alijq; Chriſti diſcipuli non ſolum verbo, ſed etiam facto, facientes miracula in nomine, & virtute Chriſti, ſecundum quod dicit Marc. Illi autem profecti prędi. vbique Domino cooper. & ſer. confir. ſequentibus ſignis.*

i Quoniam magnus Dominus. *q. d. non eſt mirum, ſi talia fiunt virtute eius, quia magnus eſt in potentia, cuius magnitudinis non eſt finis.*

K Et laudabilis nimis. *Quia tranſcendit limites cuiuſcunque creatę virtutis, propter quod dicit Eccleſ. Magnificate eum, quantum poteſtis: maior eſt enim omni laude.*

l Terribilis eſt ſuper omnes deos. *Quia terribilis eſt dæmonibus, qui pro dijs colebantur in idolis à Gentilibus, ideo ſubditur: Quoniam omnes dij gentium dæmonia.*

m Dominus autem cœlos fecit. *Non autem dij gentium.*

n Confeſſio. *Hic conſequenter Pſalmiſta inducit ad obſequium Chriſti debitum, & ſecundò adducit ad hoc motiuum, ibi: Commoueatur. Ad debitum autem obſequium Chriſti primò requiritur interior, & exterior munditia: quia ipſe eſt ſanctus ſanctorum, Dan. & quantum ad hoc dicitur:* Confeſſio. *Qua tolluntur immunditiæ interiores.*

o Et pulchritudo. *i. munditię exteriores appoſita.*

p In conſpectu. *i. in cultu ipſius. hoc dicitur ad excludendum immunditias, quę fiebant in cultu Gentiliū, ſicut in ſacris Priapi viri, & mulieres*

*incedebant*

## NIC. DE LY. PSAL. XCV.

CAntate Domino. *Huic pſalmo præmittitur talis titulus in translatione communi: Pſalmus Dauid, cum domus ędificabatur poſt captiuitatem. Et ſecundum iſtum titulum Dauid fecit hunc pſalmum. ſecundum autem Hebręos Moyſes fecit hunc pſalmum, vt dictum eſt ſuprà pſal. 89. Sed hęc varietas autoris non multum refert ad propoſitum, quia vterque ſcilicet Moyſes & Dauid ſpiritum propheticum habuit, & de Chriſti myſterijs prophetauit: vt patuit per prædicta. Sed de materia huius pſalmi, à qua dependet intellectus literalis, eſt magis curandum. Et ſecundum titulum iſtum pſalmus iſte eſt diuinarum gratiarum actio, ſeu diuina laudatio de reędificatione templi poſt captiuitatem Babylonicam tempore Zorobabel. Sed hoc dictum impugnat Hieronym. per hoc, quod dicitur in principio huius pſalmi: Cantate Domino canticum nouum, &c. quod non legitur tunc factum, ſed magis cantauerunt canticum antiquum, ſecundum quod dicitur in Eſd. Steterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cum tubis, & Leuitę filij Aſaph in cymbalis, vt laudarent Deū per manum Regis Dauid, id eſt per cantica ab eo facta, vt ibidem fuit dictum. à tempore verò Dauid vſque ad illam reædificationem fluxerunt quingenti anni, vel circiter, quia primum templum fundatum quarto anno Salomonis*

Materia pſ.
1. Eſd. 1. b
1. Eſd. 3. c

## MORALITER.

✱ a *Cantate Domino.* Pſalmus iſte ad literam loquitur de primo aduentu Chriſti, quo venit in mundum ad iudicium diſcretionis per prædicationem ſuam, & diſcipulorum ſuorum, & ſic expoſui literaliter: propter quod non videtur mihi nunc alia ſpiritualis expoſitio requirenda.



a *Sanctimonia, & magnificentia. Auguſtinus.* Quaſi dicat qui vult A eſſe magnificus, & potens vt ſunt angeli, prius ſit ſanctus: quod fit ex eo ſanctificante. Non enim per te potes eſſe ſanctus. Eo ergo ſanctificante aliquis fit ſanctus, & ita magnificus.

b *Afferte Domino. Caſſiodorus.* Secunda pars vbi ad ſubditos loquitur. Domino. Non ſit ſpes in homine, nō in bapiſta. Maledictus enim qui ponit carnem brachium ſuum. Patriæ. vt nullus excipiatur indigena, vel peregrinus.

c *Gloriam. Caſſiodorus.* Quando bene conuerſatur homo, in quo glorificatur Deus.

d *Honor.* cùm de bonis gratia refert. vnde: Non eſt inuentus qui daret honorem Deo, niſi hic alienigena.

e *In atria. Caſſiodorus.* Atria, prophetæ vel apoſtoli, quibus itur ad Dominū, de atrijs prophetis, vel apoſtolis venitur in atrium catholicæ eccleſiæ, vbi maieſtas adoratur. *Auguſtinus.* Vel, introite in atri. i. in doctrinam prophetarum & apoſtolorum.

f *Adorate in atrio ſan. eius.* i. in eccleſia catholica, vel per atria prophetiam, per atrium euangelium.

g *Commoueatur.* Omnibus admonitis moueri optat. q. d. introite & adorate vos boni. Terra autem &c.

h *Vniuerſa terra. Caſ.* non pars aliqua: Ne quis ergo dicat: Ecce hic Chriſtus, ecce illic. ſubdit: Etenim correxit orbem terræ, &c.

i *Dict. Caſ.* Quod regnauit, & correxit, & iudicauit.

K *Regnauit.* Alia litera: Regnauit à ligno. *Auguſt.* crucis. quo tranſit homo mare, & fit orbis qui non mouetur.

l *Populos in æquitate.* Alij addunt. Et gentes in ira tua. *Caſ.* populos ergo. i. bonos iudicabit in æquitate. gentes B verò. i. malos, in ira ſua.

m *Tunc exultabunt. Caſſiodorus.* Hieron. Tunc quando corriget, vel hæc omnia de ſecundo aduentu. Mare ſeculi, & plenitudo eius commo. ad gaudium in ſecundo aduentu, quod erit, quia gaudebūt campi & omnia quæ in eis, vt in litera. Tunc. i. in ſecundo aduentu exultabunt omnia ligna ſyluarum, ideſt gentes conuerſæ, quæ fuerunt inuentæ in campis ſyl. à facie Domini, quoniam venit. i. veniet iudicare terram.

n *Quoniam venit. Auguſtinus.* Primò venit in eccleſia, in nubibus. i. apoſtolis, & impleuit totum orbē. vnde: Amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus, cui aduentui qui credit, exultabit in vltimo aduentu.

a *Orbem*

¶Eſt inde ſcilicet ex cantu.

a eius, † ſanctimonia & magnificen- a b

a ¶Et hæc ſanctimonia eſt. b ¶Aug. Hoc ergo debent gentes facere, quibus annunciatum eſt.

b tia in ſanctificatione eius. Affer- c

a ¶O vos. b ¶Non nobis, vt qui annunciauerunt, non ſibi ſed Domino annunciauerunt.

te Domino patriæ gētiū, afferte Do-

c d mino gloriā & honorē, afferte Do- d

a ¶Non nomini hominum. b ¶Non vacui intretis.

mino gloriā nomini eius. Tollite e

a ¶Sacrificium Deo ſpi. con. ſuperbus inanis intrat. b ¶Qui intrat ædificatur. c ¶Prophetica, vel quæ ſunt in terra, ideſt ſitis conformes populo eius.

e hoſtias, & introite in atria eius: ado

a ¶Euangelico, vel quod eſt in cęlo. ¶In catholica eccleſia.

f rate Dominū in atrio ſancto eius. f

a ¶Vt conuertatur ad pœnitentiam, vel à facie, ſubmoueatur. b ¶A pręſentia gratiæ. c ¶Amatores ſeculi.

g h Cōmoueatur à facie eius vniuerſa g

a ¶Vt hoc ſit. ¶Vos boni. b ¶Chriſtus victo diabolo.

i terra: dicite in † gentibus, quia Do- h

a ¶Innotuit rex mundo qui ſemper regnat apud patrem. b ¶Eccleſiam toto orbe, vbi fit ædificatio. ¶Poſt reſurrectionem.

k minus regnauit. Etenim correxit i k

a ¶Aug. Cur ergo dicit hæreticus, non ſolum motum, ſed & diminutum.

orbem terræ, qui non commouebi l

a ¶Poſt. b ¶Aug. etiam dolebunt, qui æquitatem eligere noluerunt.

l tur: iudicabit populos in ęquitate. m

a ¶Vnde. b ¶Qui narrant gloriam Dei. c ¶Quam complent cęli.

Lætentur cęli, & exultet terra, n o

a ¶Seculum. Aug. Omne ſeculum concitatum eſt contra eccleſiam, cum dilataretur toto orbe: Vel. commoueatur in melius, vel ad gaudium in ſecundo aduentu.

b ¶A maximo ad minimum.

y Et adorate in monte ſancto eius, quoniam ſanctus Dominus Deus noſter. *Id eſt in monte Sion, qui iam erat diuino cultui applicatus: quia ibi erat arca teſtamenti ad myſterium à Leuitis, & ſacerdotibus celebrandum, vt prædictum eſt. Myſticè exponitur pſalmus iſte de Regno Chriſti, quod accepit in ſua reſurrectione, & aſcenſione. Quod quidem regnum principes Iudęorum irati, conati ſunt deſtruere, & poſtea principes Romani voluntariè ſubmiſerũt colla Regno Chriſti à tempore Conſtantini, & Iudæi in ſeruitutem Chriſtianorum principum ſunt redacti. Hoc igitur Dauid in ſpiritu pręuidens per regnum ſuum figurari introduxit Chriſtum regnantem, dicens: Dominus regnauit &c. & ad eius laudem inducit populum catholicum ad hoc adducens exempla antiquorum patrum, qui de regno Chriſti lætitiam habuerunt, & deuotione lætati ſunt. Vnde & Saluator dicit de Abraham: Abrahã pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit, & lętatus eſt. Hanc autem expoſitionem in particulari non proſequor, quia diffusè tradita eſt in gl. ſuper pſal. quę vbique habetur, & in expoſitionibus aliorum doctorum.* H

## NIC. DE LYRA.

¶ a Tu paraſti directiones. *i. præcepta moralia, quę dirigunt in finem vltimum. Matth. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* (Matth. 19. c)

b Iudicium. *Id eſt pręcepta iudicialia.*

c Et iuſtitiam. *Id eſt ceremonialia, quæ dicuntur iuſtificationes in ſcriptura veteris teſtamenti.*

d In Iacob tu feciſti. *Ad hæc enim tria genera pręceptorum reducuntur omnia mandata quæ dedit populo Iſrael in monte Sinai: ideo ſubdit Dauid:*

e Exaltate. *i. quantùm poteſtis laudibus extollite.*

f Dominum Deum noſtrum. *Pro recognitione ſuorum beneficiorum.*

g Et adorate ſcabellum pedum eius. *i. ante ſcabellum pedum eius: & iſtud ſcabellum dicebatur arca teſtamenti, quæ erat ſub propitiatorio, ita quòd propitiatorium erat quaſi ſedile Dei, & arca teſtamenti tanquam ſcabellum illius ſedis, ſicut dictum fuit in Exo.* (Exo. 25. b)

h Quoniam ſanctum eſt. *Dicebatur enim arca ſancta, eò quod ſancta continebat, ſcilicet tabulas digito Dei ſcriptas, & virgam Aaron, & vrnam auream manna plenam.*

i Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. *Hic ad propoſitum adducitur exemplum ſanctorum patrum, cùm dicitur:* Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius. *Hoc eſt, fuerunt inter ſacerdotes Deum colentes: quod patet de Aaron, quia fuit ſummus ſacerdos, ſimiliter Moyſes officio ſacerdotali vſus eſt in conſecratione Aaron, & filiorum eius, vt dictum fuit in Exo.* (Exo. 25. aat; Leuit. 8. a)

K Et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. *Pręerat enim cuneo prophetarum Dominum colentium.* (1. Reg. 19. d)

l Inuocabant Dominum. *Humiliter & deuotè.* (Exo. per totũ, & alibi.)

m Et ipſe exaudiebat eos. *Sicut patet de Moyſe & Aaron in Exo. & in pluribus alijs locis, & de Samuele in Reg.* (1. Reg. 7. c. & 12. c. d)

n In columna

## MORALITER.

✠ a *Tu paraſti directiones.* i. inſtinctus ad bonum pręuenientes hominis liberum arbitrium. Et mutatur hic modus loquendi de tertia perſona ad ſecundam, quod fit frequenter in ſacra ſcriptura, & maximè metricè compoſita, qualis eſt liber pſalmorum.

b *Iudicium, & iu.* i. habitum iuſtitiæ, & eius exercitiũ feciſti in ſupplantatore vitiorũ. Et quoniam ex hoc Deus eſt laudandus, ſubdit:

e *Exaltate Dominum Deum noſtrum.* i. excellenter laudate.

g *Et adorate.* i. humanitatem Chriſti, quæ inquantum vnita eſt diuinitati, latria eſt adoranda: ſecundum ſe verò hyperdulia.

i *Moyſes & Aa.* Per Moyſen, qui interpretatur extractus ab aquis, ſignificantur religioſi, qui debẽt abſtrahi à delitiis mũdanis. Per Aarõ, qui montanus interpretatur, prælatorũ ſtatus intelligit̃. Per Samuelem, qui fuit miniſter in domo Dñi, intelliguntur ſacerdotes, & clerici: oẽs iſti laudare debent nomen Dñi præ cæteris Chriſtianis.

n *In columna nubis loquebatur ad eos.* Id eſt in gratia ſpiritus ſancti figurata per columnam ignis & nubis, quia illuminat in via morũ, & obumbrat contra tentationis ęſtum.

o *Cuſtodiebant teſtimonia eius.* Id eſt præcepta decalogi, & conſilia ſaltem aliqua.

q *Domine Deus noſter tu exaudiebas eos.* Quia preces eorum erant exaudibiles ex diſpoſitione ſubiectorum.

r *Et vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.* Id eſt peccata quæ non ſunt ex Deo, ſed ab inuentione humana. Et quia ea citò punit, ſignũ eſt miſerationis diuinæ. 2. Mach. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij indicium eſt. Ideo ſequitur:

s *Exaltate Dominum Deum no.* Ipſum quantum poteſtis laudando.

y *Et adorate in monte ſancto eius.* i. in loco diuino cultui conſecrato.

A *In pſal. 98. Dominus regnauit. vbi dicitur in poſtilla: Circa primum dicit: Dominus regnauit.*

### ADDITIO PRIMA.

¶ Non videtur propria expoſitio, quam facit in hoc loco poſtil. de hoc quod dicitur: Dominus regnauit, id eſt regnare me fecit: quia eadem ratione cum Saul regnauit, poſſet dici: Dominus regnauit: quia Dominus fecit eum regnare, vt patet in Reg. vbi Samuel dicebat Sauli: Me miſit Deus vngere te in Regem. Sed cùm dicitur: Dominus regnauit, propriè debet intelligi de regno Chriſti, in cuius regno Dominus verè & propriè regnat: qui quidem eſt Dominus qui ſedet ſuper cherubim, vt ſtatim pſal. declarat, vnde expoſitio huius pſal. de Chriſto, prout gloſ. & doctores communiter tenent, non eſt myſtica, ſed literalis. C (Reg. 10. a)

*In eo. pſal. vbi dr̃ in poſt. Et vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.*

### ADDITIO II.

¶ Licet plerunque Deus corrigit ſeu punit iuſtos, nõ tamen dicitur vlciſcens, niſi contra aduerſarios tantùm, vt patet diſcurrenti per ſcripturas. Et ideo melius videtur dicendum, quòd Deus fuit vlciſcens in adinuẽtiones Moyſi, & Aaron, eò quòd iniurias contra eos illatas per Dathan & Abiron & eorum complices vindicauit & ſic magis propriè continuatur cum eo quod præmiſerat, dicens: Domine tu exaudiebas eos. (Num. 16. e)

## GLO. ORDIN.

a *Pſalmus in confeſſione.* Confeſſio gemina eſt, vna eſt laudis, altera peccatorum. Confeſſio laudis conuenit perfectis. Cõfeſſio peccatorum incipientibus: vnde in hoc pſalmo propheta monet ad cõfeſſionem. *Caſſ.* Docet hic pſal. & Deum inceſſanter laudare, & peccata noſtra inceſſanter plangere: quia nec in malis eſt deſperandum, nec in bonis debet animus eſſe eleuatus. *Caſſ.* Primò perfectis præcipuum genus confeſſionis, id eſt laudem indicit.

### GLOS. ORDINARIA. PSAL. XCIX.

b IVbilate Deo. *Aug.* Si vox iubilat exterius, cor intelligat interius. Sonus enim cordis eſt intellectus. Iubilus eſt ſonus lætitiæ ſine verbis: quia eis lætitia animi non poteſt explicari, hic fit à bonis in confeſſione, à malis in confeſſione, cum de terrenis adeò gaudent. Iuſti verò gaudent vidẽtes mundo corde, quis Deus quãta, & quo ordine, & quàm mirificè fecit.

c *Omnis terra. Aug.* Ad laudem monens. Non vnum angulum terræ hortatur: ſed ſicut vbique nouit ſeminatam benedictionem, ita vndiq; exigit iubilationem. B

d *Seruite Domino in letitia. Aug.* Hęc ſeruitus non eſt amaritudinis, nec indignationis, ſed felicitatis & libertatis. Seruum ergo te faciat charitas, quia liberum te fecit veritas. Vnde Dominus: Si manſeritis in verbo meo verè diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis veritatẽ, & veritas vos liberabit.

e *In lętitia.* Quia liberati, non murmurantes vt in deſerto. vnde præmium ſubdit:

f *Introite in conſp.* Magnum eſt in conſpectu tanti gaudere.

g *Ipſe fecit nos. Auguſt.* Omne bonum noſtrum ex eo non ex nobis. *Caſſ.* Vel ne quis putet creationem noſtram patribus deputandam, qui ſunt miniſtri, ſed Deus autor.

h *Introite. Caſſ.* Secundò intraturis ſecundum genus confeſſionis, nec dubitetur, quia miſericordia eſt ei.

i *Portas eius. Aug.* In portis initium eſt. A cõfeſſione incipite ad miſericordiam Dei intrare nõ à vobis facti, laudate eum à quo facti. de hoc alibi: Incipite Domino in confeſſione, & cum intraueritis in atria, confitemini in hymnis i. laudibus. Cum intratis, vos reprehẽdite. cũ intraueritis, illum laudat.

☞ a *In gene-*

a ¶E[illegible]. ¶Id eſt agit de cõfeſſione. ¶Laudis vel vtrãq;.

Pſalmus in confeſſione XCIX.

¶Non alij. a ¶Non pars, quia vbique benedictio ſeminata eſt.

IVbilate Deo omnis ter

a ¶Gratum redempti ſeruos eſſe. b ¶Non neceſſitate, ſed charitate.

ra, ſeruite Dño in † lę ti-

a ¶Aug. In conſcientia vbi Deus viuet, foris lingua exaltare facile eſt.

tia. Introite in conſpectu eius in ex-

a ¶Aug. Quis hoc neſcit, ſed de crucifixo hoc dicit contra Iudæos.

ultatione. Scitote, quoniam Domi

a ¶Omnia per ipſum facta ſunt. Ex ipſo eſt vnde coronamur, ex nobis vnde damnamur.

nus ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos, &

a ¶Sumus. ¶Alias: Nos autem populus. b ¶Ipſe paſtor.

non ipſi nos. Populus eius & oues

a ¶Scripturarum in quibus ſaginantur fidelium mẽtes. b ¶Non foris ſteris vbi hoſtes: extra lupus inuenit.

paſcuæ eius, † introite portas eius

a ¶In. ¶Amplitudinem cœleſtis beatitudinis gratiæ plenitudine percepta. ¶Laudibus.

in confeſſione, atria eius in hymnis,

¶Scilicet. ¶Nunc & in futuro.

† confitemini illi. Laudate nomen

a ¶Dum laudatur dulceſcit.

eius quoniam ſuauis eſt Dominus,

a ¶Et hic liberat, & in futuro coronat.

in æternum miſericordia eius, &

nis homo à Deo recipit ſpeciale beneficium, ſcilicet rationem, & intellectum, per quod eſt capax ipſius Dei, quod alijs creaturis inferioribus nõ conuenit, propter quod ad laudem Dei tenetur aſſurgere, & hoc eſt, quod dicitur:

a Iubilate Deo omnis terra. *Id eſt habitantes in omni terra.*

b Seruite Domino in lætitia. *Quia non placent Deo ſeruitia coacta, ſed voluntaria, & hæc ſunt delectabilia.*

c Introite in conſpectu eius. *Hic conſequenter inducitur populus Hebræus ſpecialiter, qui offerebat hoſtias pacificas ad oſtiũ atrij ſacerdotum, ita quòd videbat oblationem ſui ſacrificij, & quantum ad hoc dicit:* Introite in conſpectu eius. *Id eſt ad locum vnde conſpici poterat diuinus cultus in altari holocauſtorum, quod non permittebatur Gentilibus.* († iucunditate.)

d In exultatione. *i. in mentis deuotione. cuius ratio ſubditur:*

e Scitote quoniam Domi. ipſe eſt Deus. *id eſt creator omnium. Quod declaratur in homine, cum dicitur:*

f Ipſe fecit nos. *Dãdo animam intellectualem, quę non educitur de potentia materiæ. vnde dicit Philoſophus libro de animalibus, quòd intellectus eſt ab extrinſeco. & ſic per creationem quæ ſoli Deo competit, qui eſt virtutis infinitæ, quę ad creationem requiritur, eò quod inter ens, & nihil, nulla eſt proportio, & ex hoc ſequitur, quod ſit creator omnium, quia virtus infinita multiplicari non poteſt, ſed eſt vna tantum.* (Ariſt. lib. 4 Anim.) D

g Populus eius. *Hic inducitur miniſtrorum cœtus ſpecialiter: quia in oblatione hoſtię pacificæ ſacerdotes & Leuitę intrabant ad altare, illi ad offerendum, iſti ad cantandum, & quantum ad hoc dicitur:* Populus eius, & oues paſcuæ intro. *Licet enim Hebræi eſſent populus Dei, tamen ſacerdotes & Leuitę ſpeciali modo dicebantur eius populus, quia ad eius obſequium deputati erant.*

h Et oues paſ. eius. *Quia de oblationibus, & decimis Deo oblatis erant nutriti, & ſuſtentati, eò quod deſeruiebant diuino cultui, ideo ſubditur:*

i Introite portas eius. *Ad altare diuini cultus.*

K In confeſſione. *ſ. laudis diuinæ, offerendo ſacrificia & cantando cantica, & ad hoc pertinet quod ſubditur:*

l Atria eius. *id eſt introite in atria eius, quia altare holocauſtorum erat in atrio ſacerdotum, quod dicebatur atrium interius: & ſic per alia atria, vbi laici erant, tranſibant prius.*

m In hymnis. *i. laudibus ad hoc factis à ſanctis prophetis.*

n Confitemini illi. *Confeſſione laudis.*

o Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus. *i. citò placabilis hoſtijs, & laudibus deuotis.*

p In ęternum miſericordia eius. *Quia ſemper paratus eſt indulgere pœnitentibus.*

¶ a Vſque in

## NIC. DE LY. PSAL. XCIX.

¶ IVbilate Deo omnis terra. *Huic pſal. pręmittitur talis titulus in Hebręo. Pſalmus ad confitendum, & in translatione Hiero. & in iſta, qua communiter vtimur, dicitur pſal. pro confeſſione, & idem penitus importatur. Ex hoc autem titulo non apparet autor pſal. ſed à Iudæis dicitur fuiſſe Moyſes, ab Auguſtino verò ipſe Dauid: ſed de hoc non eſt magna vis, quia autor eius, quicunque fuerit, ſpiritum ſanctum habuit. ſed ex titulo prædicto ſatis apparet, ad quid pſal. iſte factus fuerit. ſ. vt cantaretur in oblatione hoſtię pacificę, de qua habetur in Leuit. quę offerebatur Domino pro aliquo beneficio ab eo obtinendo, ad quod præexigitur diuina placatio, vel pro beneficio obtento, ad quod debet ſequi gratiarum actio, & propter hoc talis oblatio dicebatur quædam confeſſio diuinæ laudis, & ſimiliter pſalm. iſte, qui decantabatur in oblatione eius. Et diuiditur in tres partes. In prima ad Dei laudem inducuntur omnes generaliter, in ſecunda populus Iudaicus offerens ſpecialiter, ibi: Introite in conſpectu eius. Tertiò miniſtrorum cœtus ſingulariter, ibi: Populus eius. Circa primum ſciendum, quòd omnis homo*

## MORALITER.

✠ a *Iubilate Deo.* Secundum Hebræos Moyſes fecit hunc pſalmum in oblatione hoſtiæ pacificæ per Leuitas decantandum. *Myſticè* verò poteſt exponi, vt ſit laus decantanda in oblatione euchariſtiæ, quæ eſt hoſtia pacificans omnia quæ in cœlis ſunt, & in terris. Coloſſ. Et ſic dicitur: *Iubilate Deo omnis terra.* Ideſt habitatores omnis terræ, (Myſticè. Coloſſ. 1. c)

b *Seruite Domino in lętitia.* Id eſt in mentis deuotione, & idem repetitur, cùm dicitur:

c *Introite in conſpectu eius, in exultatione.* Et ſubditur cauſa:

e *Scitote quoniam Do. ipſe eſt Deus.* Creator noſter latria colendus.

g *Populus eius, & oues paſcuæ eius.* i. vos populi Chriſtiani.

i *Introite portas eius.* Scilicet eccleſię militantis, quia vobis aperuit portas eccleſiæ triumphantis.

K *In confeſſione atria eius.* Laudis diuinæ.

o *Laudate nomen eius, quoniam ſuauis eſt Dominus.* Proprium enim eius eſt miſereri & parcere.



✠ a *Et vſque*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *In generatione.* *Aug.* In vna quæ parit mortales, in altera quæ ęternos.

E

† in ſeculũ ſeculi

a ¶Id eſt in omnem generationem, vel in terrena & cœleſti eſt eius veritas implens promiſſa.

a vſque in † generatione & generationem veritas eius.

## NIC. DE LYRA.

a Vſque in generatione. *Fideliter adimplendo promiſſa. Moraliter poteſt exponi pſal. iſte, vt ſit inuitatio ad Dei laudem, populi communis & miniſtrorum eccleſię in oblatione eucharíſtię, quę cum diuinis laudibus debet offerri Deo patri: quia hęc eſt hoſtia verè pacifica, per cuius oblationem ſummus ſacerdos Ieſus Chriſtus pacificauit omnia, quæ in cœlis, & in terris ſunt.* G

## MORALITER.

* a *Vſque in generatione.* Quia ſemper implet promiſſa.

## GLO. ORDIN.

Super pſal. 100.

a *Pſalmus ipſi Dauid.* *Caſſ.* Pſalmus iſte continet formam perfectæ ſantitatis, vt centeſimus numerus perfectus eſt.

b *Ipſi Dauid.* Vt totum, quod hic docetur, virtutibus Chriſti applicetur, nihil terreno regi. Hic docemur bona appetere, mala renuere, quæ eſt perfecta conuerſatio vitæ.

## GLOS. ORDINARIA. PSALMVS C.

c *Miſericordiam & iudicium.* *Caſſ.* Cãtat hic Chriſtus, & nos in illo. *Caſſ.* Prius de miſericordia, & iudicio ꝓponit. Miſericordiam & iudicium. *Caſſ.* Hęc duo mutua ſocietate iunguntur: in his breuiter omnia opera Dei includit. Et hic eſt præmiſſa cauſa, quare ſic ſe habet, ſicut poſtea ſubdit. *Aug.* De miſericordia, & iudicio. Nemo de miſericordia præſumat ad impunitatem, quia eſt ei iudiciũ: nemo immutatus in melius iudiciũ timeat, quia præcedit miſericordia. Semper hæc ſimul in eo ſunt: ſed per tempora ſecũdũ effectus diſtinguuntur, miſericordia nunc, iudicium in futuro.

Enarr. pſal. 100. in. 8. † perambulabo &c. in futuro.

d *Pſallam & intelligam.* *Aug.* Hoc dat pſallere, vt intelligã mente, quod oculis non patet. i. credam, quod Dñs veniet, quẽ iſte tũ deſiderat, qui veniet in via immaculata. *Caſſ.* quia mũdum tranſiuit ſine peccato: vel ego pſallã, & intelligam, exiſtens in via immaculata, quãdo &c. Vel pſallam, hilariter operabor, & per hoc intelligam.

F

e *Quando venies ad me.* In ſecundo aduentu, vel obitu cuiuſque. Vel, quãdo venies ad me per carnẽ in primo aduentu, quia in via immaculata.

f *Perambulabam.* *Caſſ.* Secundò quæ ſit via immaculata exponit. *Aug.* Perambulabam. Quæ eſt via immaculata? ea ab innocentia incipit, & in illa conſummatur, & non eſt opus multis verbis. Innocens eſto, & perfeciſti iuſtitiam. Sed duobus modis nocet homo, videlicet ſi facit miſerum, etſi deſerit miſerũ. Innocens eſt, qui nec ſibi, nec alij nocet. *Caſſ.* Perambulabam. Q. Tranſitoria non quæſiui, ſed cucurri viam mundi exiſtens in medio domus tuæ. Innocẽtia hoc poteſt, vt faciat habitare in medio domus Dei, quaſi honorabile exemplum aliorum.

g *Non proponebam ante oculos meos.* *Caſſ.* Innocentiam per partes exponit. Primò, quia nihil habet cum malis, dicit: Non proponebam, vſque: Oculi mei. poſt ꝙ pars ei cum iuſtis, & ꝙ verſutias diaboli de corde fugat, ibi: In matutinis. *Auguſt.* Non proponebam. Quaſi: perambulabam in innocentia: hac vtique dicit totus Chriſtus, quòd non proponebam, id eſt, non diligebam rem iniuſtam.

h *Non adhæſit.* *Caſſ.* Exponit pręuarica. Cor prauum, qui pręuaricatur corde declinantem, hæreticum qui à catholicis diſſentit, & qui à rectis ſemitis deuiat, nõ agnoſcebam: quia etſi ſignati nobiſcum ſacramentis, non tamen veri ſunt.

a *Superbo.*

a b Pſalmus ipſi Dauid C.

¶Quæ modo. ¶In futuro.

c Miſericordiã & iudicium a

a ¶Ad tuum honorem, qui vtroq; laudabiliter vteris. b ¶Et. ¶Hieron. Aug. Pſallere eſt in hilaritate operari, & intelligere non potes, niſi in via immaculata, ſed in ea intelligitur quando ad nos veniat Deus.

d cantabo tibi Dñe: pſallam & intel- b

a ¶Id eſt quia. ¶Quia quaſi ope tua pſal. & intelligam.

e ligã in via immaculata, quando ve- c

a ¶Ante etiam quam intelligerem. ¶Alias, deambulabam. ¶Aug. Anguſtiã patitur omnis malitia, ſola innocentia lata eſt vbi deambuletur.

f nies ad me. † Perambulabam in in- d e

a ¶Exemplo omnium. b ¶Id eſt eccleſiæ, vel cordis, in quo quis è habitat bene cõſcius, alij foras pelluntur, quaſi à fumo vel ſtillicidio vel mala vxore, & in magis extra quieſcunt qui intus nõ bene poſſunt.

nocentia cordis mei, in medio do- f

a ¶Id eſt non diligebam. ¶Id eſt nec complacuit mihi iniuſtitia alterius. facientis præuaricationem.

g mus tuæ. Non proponebam ante g

a ¶Sed. ¶Exponit rem iniuſtam. ¶A me expuli præuaricatione, ſed non homines.

oculos meos rem † iniuſtã, facientes h

a ¶Qui legem Dei non faciunt, etſi in eccleſia ſint. b ¶Non conſenſi non reſtis.

h præuaricationes † odiui. Non adhę- i k

a ¶Tortum. ¶Quod habet qui non vult omnia quæ Deus vult, etſi timet infirmus, quod præſignauit timens Ieſus. tamen ſubdat ſe Deo dicens: fiat tantũ voluntas tua, vitet malum quantum poteſt etſi nõ poteſt, ſubeat. b ¶Declinat qui diſſimilis eſt. ¶Quem propoſuit primus ad imitandum.

ſit mihi cor prauum, † declinantem l

a ¶Non approbabam, nec mihi placebat.

à me malignum nõ cognoſcebam. m

*de quibus tamen verè pœnituit. Et diuiditur in tres partes, quia primò oſtenditur qualiter Dauid ſe habuit deuotè erga Deum. ſecundò mundè ad ſeipſum, ibi: Perambulabam in innocentia cordis mei. tertiò iuſtè ad populum, ibi: Non proponebam ante oculos meos ad rem iniuſtam. Et in iſtis tribus conſiſtit bonus vſus regiæ dignitatis. Circa primum dicit:* Miſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domine. *ſ. laudibus recognoſcens miſericordiam tuam, qua me ad regnum promouiſti.* Et iudicium. *quo Saulem & domum eius abieciſti. Aliter exponit Ra. Sa. ſic: Miſericordiã & iudi. cantabo tibi Do. i. recognoſcam tuam miſericordiã in proſperis, attribuens illa tuæ miſericordiæ, & nõ meę iuſtitiæ, ſeu potẽtię, & iudiciũ tuũ in aduerſis, illa attribuens ęquitati tuæ iuſtitiæ, pro demerito meę culpę.*

b Pſallam, & intelligam quando venies ad me. *Reuelando mihi ſecreta tua per ſpiritum prophetiæ, quę eſt gratia gratis data, & ab habente certitudinaliter cognita, non ſic autem eſt de gratia gratum faciente.*

c In via immaculata. *Quia ſpiritus non tangit corda prophetarum, quando ſunt actu maculati macula carnalium voluptatum, propter quod Moyſes, qui cum Deo ſolitus erat loqui, retraxerat ſe ab actu matrimoniali, vt dictum fuit in Num.*

d Perambulabam. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter mundè ſe habuit ad ſeipſum, cùm dicitur:* Perambulabam. *Id eſt in operibus meis procedebam.*

e In inno. cor. mei. *i. in puritate conſciẽtię.*

f In medio domus meæ. *quaſi diceret, multò plus extrà, quia homines, & maximè principes, et potẽtes magis ſunt ſoliciti ſeruare honeſtatem inter extran. quã inter domeſticos.*

g Nõ propo. *Hic conſequenter oſtenditur iuſtitia Dauid erga populum. & primò quantũ ad malos. ſecundò quãtum ad bonos, ibi: Oculi mei ad fideles. Circa primum oſtẽditur primò Dauid affectus, cum dicitur:* Nõ propo. *ſ. ad concupiſcendum aliquid iniuſtum cupiditate ductus, exemplo raptorum.* H

b Facientes præuaricationes. *Id eſt diuinæ legis tranſgreſſiones.*

i Odiui. *ſ. eorum malitiam, quia eiuſdem virtutis eſt diligere bonum, & odire malum ei oppoſitum.*

k Non adhæſit. *Quaſi dicat: etſi ex paſſione fui motus ad horam ad aliquam malitiam, non tamen adhęſit mihi per obſtinationem.*

l Declinantem. *i. malo igne ignitum. ſ. inuidię, irę, ſuperbię, & huiuſmodi, qui declinabat à Dauid talia deteſtante.*

m Non cognoſcebam. *Per approbationem quantumcunque eſſet mihi proximus, ſicut patet de Ioab nepote ſuo, cuius malitiam non approbauit, ſed magis reprobans eum interfici iuſſit: & quia Dauid non ſolum puniebat peccata operis, ſed etiam oris, ideo ſubditur:*

a Detrahentem

## NIC. DE LYRA. PSAL. C.

Miſericordiam & iudicium. *Huic pſal. pręmittitur talis tit. in Heb. & in tranſlatione Hiero. & communi: Pſalmus Dauid. Ex quo titulo apparet autor huius pſal. ſ. Dauid, qui videtur feciſſe hunc pſal. quando cognouit ſe ſtabilitum in regno Iſrael à Deo, ſecundum quod habetur in Reg. Et cognouit Dauid, quoniã confirmaſſet eum Deus regem ſuper Iſrael, & ideo tunc firmiter propoſuit bene vti regia poteſtate ad ſui meritum, & aliorum exemplum, licet ex propria fragilitate, & diaboli inſtigatione ab hoc propoſito aliquãdo ceciderit, vt in facto Vriæ, & in populi numeratione, ſeu aliquibus alijs:* de quibus

2. Reg. 5. b — 2. Reg. 11. a — 2. Re. 24. a. b

## MORALITER.

* a *Miſericordiam & iudicium.* Pſal. iſtum fecit Dauid, quando cognouit ſe confirmatum in regno Iſrael proponens vti regia dignitate ad Dei honorem, innocentiam ſui & populi vtilitatem. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet rege bono, vel prælato, qui Rex eſt in ſpiritualibus, 1. Pet. Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium, &c. intendente ad dicta tria ſtudere. Et quantum ad primum dicit: *Miſericordiam & iudicium cantabo.* In proſperis tuam miſericordiam laudando, & in aduerſis tuam iuſtitiam confitendo: ſed quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, ſubditur:

b *Pſallam & intelligam.* Per gratiam iuſtificantem. hoc enim poteſt probabiliter intelligi per internam conſolationem ſpiritusſancti. Quantùm ad ſecundum dicit:

d *Perambulabam.* i. perfectè ambulabam.

e *In innocentia cordis mei.* i. ſine falſa fictione exteriori.

f *In medio domus tuæ.* i. familiæ meæ. Quantùm ad tertium dicit:

g *Non proponebam.* Ad faciendum eam ſcienter.

h *Facientes pręuaricationes odiui.* Quantum ad culpam, ſed non quantum ad naturam.

k *Non adhæſit mihi cor prauum.* Conſentiendo in malum.

l *Decli. à me mal ig. non.* i. non approbabam, ſed condemnabam.

* Detrahentem



a *Superbo oculo.* *Aug.* Et Ieſus conuiuatus, cũ ſuperbis loquitur, & cum Phariſæo, quando venit peccatrix: & nos abſtinemus à conuiuio fratrum notabilium vt corrigantur, & cũ extraneis comedimus, vt paganis. Quid eſt ergo, ꝙ ait: Cum ſuperbo non edebam, & cũ inſatiabili corde, huic non conueſcebar? Habet epulas ſuas cor ſuperbum & inſatiabile, vnde paſcitur, & non reficitur. Epulæ enim ſuperbi cordis quod eſt inſatiabile, eſt inuidia. Superbia enim mater eſt inuidẽtiæ, quæ paſcit, & gaudet alienis malis, ſed non ſatiatur. Hoc ergo cibo ſuperbiæ, inuidię, iniquitatis non paſcitur iuſtus, ſed cibo iuſtitiæ. Vnde: Beati, qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiã.

A

b *Oculi mei.* Hic alteram partem innocentiæ exequitur, ſcilicet quod cũ iuſtis habet partem. q. d. Cum talibus non edebas, vnde ergo paſcebaris?

c *Terrę.* *Aug.* Degẽtes in terra, vbi tot illecebræ vnde maior corona. Vel, *Caſſ.* Qui per totum mundum ſunt.

d *Vt ſedeant.* *Aug.* In veritate fidei mecum permaneant, vel participent mecum regno ęterno, vel iudicẽt mecũ.

e *Non habit. in medio do. meę.* *Caſſ.* i. eccleſiæ. Etſi aliquandiu toleretur gratia correctionis, non præeminet, meritis nihil poteſt. non eſt in populo meo granum, ſed palea. Non habitabit. hoc maximè conuenit ſacerdotibus, vt prauis non cohabitent.

f *In matutino.* *Caſſ.* Tertia pars vbi oſtẽdit quis finis ſit malorum. Et loquitur hic Chriſtus. *Caſſ.* In matutino: Poſt vitatos malos iuſtus ad ſe reuerſus, addit, quod ſuggeſtiones dæmonum de corde expulit: In matutino. i. quando in initio tentationis, quaſi in crepuſculo incipiunt apparere.

g *Interficiebam.* Oratione qua debent eijci, ne creſcant.

B

h *Peccatores.* Dæmones qui omnem carnem faciunt peccare.

i *Ciuitas Do.* aĩa iuſti. vnde diabolus diſpergitur & remouet.

K *Omnes operantes iniquitatem.* i. ſubmiſſiones, vel immiſſiones diaboli. *Aug.* Iam enumerauit, ꝙ ei non adhæſerunt niſi boni. quaſi: Cur ergo malos in tua ciuitate tanto tpe tolerasti? quia tempus eſt miſericordiæ nox eſt, nondum omnia manifeſta, & in nocte tentationis in qua pertrãſeunt beſtiæ ſyluæ & catuli leonum. i. diaboli, & quærunt eſcam ſibi à Deo. ſ. vt tentent fideles. vnde: Sathanas expetiuit vos cribrare ſicut triticum. Ab homine triticum non manducatur, niſi cõteratur vt panis fiat. Sic neminem manducat diabolus, niſi prius per tribulationem contriuerit. Sed in matutinis cum venerit dies iudicij, mittentur mali in igne, hoc & iuſto conuenit, qui præuidet hoc futurum, & ideo ſe ſic habet.

a ¶Palam non auderet, qui falſa tenet.

† Detrahentem ſecretò proximo a

a ¶Nec hoc ageret. b ¶Timido corde.

a ſuo, hunc perſequebar. Superbo b c

¶Auaro. ¶Notabili.

oculo & inſatiabili corde, † cũ hoc d e

a ¶Corporalia vel ſpiritualia. ¶Non paſcebar, nec delectabar ſuperbiæ epulis & inuidiæ. b ¶Cordis. c ¶Id eſt fideles placuerunt mihi.

b nõ edebam. Oculi mei ad fide- f

a ¶Iudicantes. xij. tribus Iſrael.

c d les terræ, vt † ſedeant mecum: am- g h

a ¶Non alius. b ¶Non ſibi, non quærens quæ ſua ſunt, ſed quæ ſunt Chriſti.

bulans in via immaculata, hic mi- i

a ¶Euangelium. b ¶Sed. ¶Caſſ. Hoc dicit, ne videatur probare, ſi quos habet familiares malignos.

e hi miniſtrabat. Non habitabit in k

a ¶Id eſt in corde meo, vbi mitis & quietus habitat. b ¶Quilibet ſuperbus.

medio domus meæ † qui facit ſu- l

a ¶Quilibet maledicus.

perbiam: qui † loquitur iniqua, non m

a ¶Etſi apud ſe & apud ſtultos, apud me tamen non eſt glorioſus.

direxit in conſpectu oculorum

a ¶Aug. In nocte parco, tolero, corrigo, ſed cum dies cœperit, & omnia erunt aperta quæ modo occulta, dum neſcitur qualis poſt erit bonus modo vel malus. Et ideo modo tolerantur mali à longanimi vt corrigantur, quod ſi non fecerint, tempore miſericordiæ interficientur.

f g meorum. In † matutino interficie- n o

a ¶Quare?

h bam omnes peccatores, ut † diſper- p

a ¶De ſocieta. e eccleſiæ. ¶Modo enim in ea ſunt, ſed parcitur eis, quia tempus miſericordiæ. ſed tempore iudicij ſeparabuntur. Ecce finitur pſalmus in eo, vnde cœpit: Miſericordiam & iudicium can. ti. Do.

i k derem de ciuitate Domini omnes q

operantes iniquitatem.

e Cùm hoc nõ ede. *i. tales non erant cõmenſales mei, nec de domo meæ.* C

f Oculi mei. *Hic conſequenter oſtenditur, qualiter ſe habuit ad bonos. & ſecundò iteratur qualiter ſe habuit ad malos, ibi: Non habitabit. Circa primum dicit:* Oculi mei ad fideles terræ. *Id eſt fui ſolicitus inquirere vbi tales poſſent inueniri, & mihi ſociari.*

g Vt ſedeant me. *in conſilijs & iudicijs & menſis: & quia nõ ſolũ habuit bonos conſiliarios, ſed etiã bonos miniſtros, ideo ſubditur:*

h Ambulans in via immaculata. *Per vitæ ſanctitatem, & honeſtatem.*

i Hic mihi miniſ. *i. in domo mea ſeruiebat.*

K Non habitabit. *Hic reuertitur ad oſtendendum qualiter ſe habuit ad malos, eos à ſe repellendo, cùm dicitur:* Non habitabit in medio domus meæ. *i. inter miniſtros meos.*

† huic non conueſcebar

l Qui fa. ſu. *alios deſpiciendo vel contemnẽdo.*

m Qui loquitur ini. non dire. in conſ. &c. *Quia tales non audebant loqui in pręſentia Dauid, nec etiam apparere. Et quia aliqui ſunt ita mali, ꝙ non ſolum ſunt à principibus bonis repellendi, ſed ẽt vita priuandi, vt iuſtitia ſeruetur, & alij terreãtur, ideo ſubditur:*

n In matutino. *Id eſt celeriter ſine expectatione, ne ſuperueniret impedimentum.*

o Interficiebam. *Qui pro peccatis ſuis erãt digni morte, quod patet de Rachab, & Baana, qui proditioſè interfecerant Iboſeth, per hoc credentes placere ipſi Dauid: ſed ipſe eos interfici ſtatim iuſſit. Si autem in contrarium arguatur de Ioab, qui proditioſè interfecit Abner, et tamen diſtulit punitionẽ eius vſq; poſt mortem ſuam. Dicendum quod Dauid nunquam fuit ita firmatus in regno, nec ita potens ſicut Salomon filius eius, & ideo non potuit eum in vita ſua ita punire abſque periculo ſeditionis, ſicut tempore Salomonis, de quo fuit Dauid reuelatum, quod regnaret pacificè abſque populi ſeditione, & ideo punitionem eius rationabiliter diſtulit, prout dictum fuit in Reg. Ad quid autem Dauid interficiebat peccatores, ſubditur:*

† faciens — 2. Reg. 4. d — 2. Reg. 3. e — 2. & 3. Reg. — † diſperdã — 2. Reg. 3. f

p Vt diſperderem de ciuitate Do. *i. de Ieruſalem quam Dominus ad cultum ſuum elegit, & per ipſam intelligitur totum regnum Dauid, in quo Ieruſalem metropolis erat.*

1. Para. 6. a — D

q Omnes operantes iniquitatem. *Quantum poterat fieri per viam humanam. Moralitas autem huius pſal. eſt, ꝙ quilibet princeps ſe habeat ſecundum formam hic à Dauid traditam, deuotè ſe habens erga Deum: mundè & honeſtè ad ſeipſum, & iuſtè ad populum ſibi ſubiectum.*

## MORALITER.

* a *Detrahentem ſecreto proximo ſuo.* id eſt in eius abſentia.

b *Hunc perſequebar.* Puniens iuſta pœna.

c *Superbo oculo.* Hoc ideo dicitur, quia ſuperbia magis apparet in oculis, quam in aliis partibus corporis.

d *Et inſatiabili corde.* i. notabiliter cupido.

e *Cum hoc non edebam.* Tales enim non debent eſſe principis, vel prælati commenſales.

f *Oculi mei ad fideles terræ.* Ad ipſos promouendum.

g *Vt ſedeant mecum.* In conſiliis, & iudiciis.

h *Ambulans in via immaculata.* Nam familia principis & prælati debet eſſe munda & honeſta.

K *Non habitabit in medio domus meę.* Repetitio eſt eius, quod prædictum eſt de ſuperbo & detractore.

n *In matutino.* i. celeriter ad præcauendum de infectione aliorum.

o *Interficiebam.* Materiali gladio quantum ad principes, & ſpirituali quantum ad prælatos.

p *Vt diſper.* i. de communitate bonorum, ne per malos inficiantur.

## NIC. DE LYRA.

a Detrahentem ſecreto proximo ſuo. *Id eſt in eius abſentia, & ſic eſt ei celatum, quia non poteſt audire.*

b Hunc perſequebar. *ad puniendum. Et quia non ſolum puniebat peccata operis, & oris, ſed etiam apparentia in aliis ſignis. ideo ſubditur:*

c Superbo oculo. *Quia diſpoſitio cordis maximè apparet in oculis.*

d Et inſatiabili corde. *Qualis eſt auarus: propter quod dicitur auarus, quaſi auidus ęris, quia non poteſt ſatiari pecunia.*

e Cùm

## GLO. ORDIN.

a *Oratio pauperis.* *Aug.* Secundum formam ſerui pauperior in membris in quibus ſunt, & pœnitentes: quos in ſe transfigurans dicit: Cinerem tanquam panem man. Ecce quomodo cõparantur tã ima alto. Sicut duo in carne vna, ita & in vna voce: ſicut etiam à propheta Eſaia ſponſus, & ſponſa dicitur his verbis: Sicut ſponſo alligauit mihi mitrã, & ſicut ſponſam induit me ornamẽto. Sponſus propter caput, ſponſa propter corpus. *Aug.* Chriſtus pauper in nobis, & nobiſcum, & propter nos. hic orat in perſona pœnitentis ſuam dilectionem, & dilectionis cauſam recognoſcentis, & à peccatis liberari, atque in priſtinum ſtatum reſtitui petentis. Monet ergo ſuã aduertere miſericordiam, & Dei petere miſericordiam.

## GLO. ORD. PSAL. CI.

b *Domine exaudi orationem meam.* *Caſſ.* Quintus pſalmus pęnitentiæ, quartus qui oratio dicitur. *Caſſ.* Prima pars captatio deprecatiua:

a *Et clamor*

a ¶Pſalmus iſte eſt. b ¶Id eſt Chriſti in ſe & in mẽbris. c ¶In miſeriis, ĩ quas deiectus ꝑ peccatũ primi parẽtis.

a Oratio pauperis, cùm anxiaretur,

a ¶Per quem ſolum liberari poteſt.

in conſpectu Domini effudit precẽ ſuã CI.

b DOMINE exaudi orationem meam,

## NIC. DE LY. PSAL. CI.

a Domine exaudi orationem meam. *Huic pſal. pręmittitur talis titulus in Hebręo, & in tranſlatione Hieron. Oratio pauperis, cùm anxiaretur, & coram Domino effunderet eloquium ſuum.*

Ex quo

## MORALITER.

* a *Domine exaudi orationem meam.* Pſalmum iſtum literaliter



* expoſui

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Et clamor meus ad te veniat.* Oratio creuit in clamorem. Veniat, non obſtent nubes quæ iniquis. *Caſſ.* Epimone per tres verſus, id eſt crebra repetitio ſententiæ.
E
*Vbi ſupra.*

b *Quia defecerunt. Caſſ.* Secunda pars in qua eſt flebilis oratio, in qua exponitur, quæ paupertas, quæ tribulatio. Vnde clamet, iam aperit: Quia defecerunt.
*Vbi ſupra.*

c *Defecerunt ſicut fumus dies mei. Augu.* Elato enim Adam, dies deficiunt, virtus animi contrahitur. Miſeria pium iudicem mouere poteſt.

d *Oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Aug.* Fortes, quorum frixorium ſunt qui ſcandalizantur. Tantùm frigitur bonus, quantum amat. Vnde: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego nō vror? Vel, fortitudo animi, recordatione peccatorum quaſi frixa contrahitur. Vel, timore iudicij confrixa ſunt oſſa mea. Iam enim frigitur homo, dum timet ſe arſurum.
† Ne
2. Cor. 11. g
† 7. q. 1. c. ad verſitas. §. cū verò.

e *Percuſſus ſum vt fœnum, & aruit cor meum, quia. Auguſt.* Mortalis factus. Fœnum viret, ſed percuſſum facilè ſentit iniuriam. Sic caro hominis in lege Dei virens, ab eadem ſucciſa areſcit.

f *Oblitus ſum comedere panem meum. A voce gemitus mei. Caſſiod.* Natura peccantium oſtenditur, quia dum peccatum appetitur, contemplatio Dei non habetur. *Auguſt.* Vel, oblitus à voce diaboli. Vnde: Os meum adhæſit carni meæ, id eſt ratio ſenſualitati conſenſit.
† ſicut ratio exulta ſunt.
† ſicut herba
Iohan. 19. e

g *Mei. Aug.* Non illorum qui de terrenis, & non de ſpiritualibus gemūt, quos ille gemit, & ſicut adhærent oſſa carni, ſic fortes infirmis portando eorum infirmitatem. Vnde Apoſtolus: Nos firmi debemus infirmitatem infirmorum portare.
Rom. 15. a
F

a ¶Aug. Repetitio in geminatione affectus perentis oſtenditur.

a & clamor meus ad te † veniat. a b

a ¶Ecce oratio. ¶Caſſ. reſpuis munus iniquorum, ſed non pœnitentium deuotorum. b ¶Pœnitente. ¶Sed à peccato.

† Non auertas faciem tuam à me: c

a ¶Auguſt. Quia in membris, non vno tantum, ſed omni tempore tribulatur.

in quacunque die tribulor, inclina d e

a ¶Mihi humili. b ¶Et. ¶Aug. In omnibus fidelibus, & in omni tempore inuocat.

ad me aurem tuam. In quacun- f

a ¶Auguſt. Quia iam non terram, ſed cœlum peto, cui deſiderio dicis: Adhuc loquente te, dicam: Ecce adſum, &c.

que die inuocauero te, † velociter g

b c exaudi me. † Quia defecerunt ſi-

a ¶Propter elationem ſuperbiæ. b ¶Non lux: ſed tempora vitæ. c ¶Quæ carnes portant, vel fortes qui infirmos. ¶Animæ fortitudo.

d cut fumus, dies mei: & oſſa mea h

a ¶Faſciculus de lignis aridis vel merges. Vel potius dicuntur illa parua fruſta quæ remanent in ſartagine. ¶Alias, in frixorio confrixa ſunt. b ¶In Adam à quo propagata miſeria.

e † ſicut cremium, aruerunt. Percuſ- i

a ¶Quia omnis caro fœnum. b ¶Sterilitate peccati.

ſus ſum † vt fœnum, & aruit cor k

a ¶Sed vnde hoc? quia panem, id eſt præceptum quod Deus dedit, omiſit: & bibit venenum ſerpentis: ſed modo crucifixo Domino redit commemoratio, & comedet panem qui de cælo deſcendit. b ¶Cuſtodire.

f meum: quia oblitus ſum † come- l

a ¶Verbum Dei. b ¶Quapropter, quia oblitus. Nunc gemo non pro terrenis, ſed pro æternis, & pro alijs qui de terrenis gemunt, &c.

dere panem meum. A voce ge- m

¶Alias oſſa mea.

g mitus mei, adhæſit os meum car-

a *Pelicano,*

meliori iudicio, quòd pſal. iſte loquitur ad literam de anxietate populi Iſrael cum deſiderio deprecantis pro aduentu Chriſti, quod maximè contigit tempore Antiochi illuſtris, qui ſupra modum afflixit populum Iſrael, & quantò plus affligebatur, tantò magis deprecabatur, pro aduentu Saluatoris. Et ſecundum hoc pſalmus iſte in duas partes diuiditur, quia primò ponitur afflicti populi deprecatio. ſecundò ipſius per Chriſtum ſubleuatio, ibi: *Tu autem Domine in æternum permanes.* Prima in duas, quia primò ponitur populi petitio. & ſecundò ad hoc allegatur ratio, ibi: *Quia defecerunt ſicut fumus dies mei.* Circa primum dicit Pſalmiſta in perſona populi anxiati: Domine exaudi orationem meam. Procedentem ex corde, quia oratio eſt aſcenſus mentis in Deum ſecundum Damaſcenum.
G

a Et clamor meus. *Procedens ex ore.*

b Ad te venia. *i. acceptus ſit coram te.*

c Non auertas faciem tuam à me. *Repellendo orationem meam, ſicut homo auertit faciem ab eo, quem non vult exaudire.*

d In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. *Loquitur de Deo ad modum hominis, qui inclinat aurem ad audiendum petitionem, quā vult exaudire, & quia non ſolùm petit exauditionem, ſed etiam exauditionis velocitatem propter magnitudinem tribulationis præſentis. ideo ſubditur: Velociter exaudi me.*

g Quia defecerunt ſicut fumus, dies mei. *Hic conſequenter pro dicta exauditione allegatur ratio. & primò ex facto. ſecundò ex verbo, ibi: Tota die &c. Factum quod primò allegatur eſt pondus tribulationis populi Iudaici tempore Antiochi, qui nitebatur totaliter deſtruere legem Dei, & hoc eſt quod dicitur:* Quia defecerunt ſicut fumus dies mei. *Id eſt ſunt propinqui defectui, niſi tu adiuues.*

h Et oſſa mea ſicut cremium, aruerunt. *Cremium dicitur à cremo cremas: & eſt illud quod in patella remanet de frixione. Antiochus verò nolentes dimittere ritum Iudaicum faciebat frigi in ſartaginibus & camari, vt habetur in Machab.*
H

i Percuſſus ſum vt fœnum. *Quia ſicut fœnum ad ardorem Solis deſiccatur, ſic populus Iſrael ex ardore tribulationis Antiochi pro magna parte deficiebat: aliqui per mortem, & aliqui per tranſitum ad ritum Gentilem.*

l Quia oblitus ſum comedere panem meum. *Quia multi de populo fugerunt ad loca deſerta, vbi non habebant panem ad comedendum, ſecundum quod dicitur in Machab. Iudas autem Machabæus receſſit in deſertum locum, ibiq; inter feras in montibus cum ſuis vitam agebat, & fœni cibo veſcentes demorabantur.*

m A voce gemitus mei, adhæſit os meum carni meæ. *Hic accipitur caro pro cute, ſecundum quod dicit Hieron. & Hebræi, quia tam ex fame, quam ex animi anxietate caro tabeſcebat, & ſic cutis oſſibus adhærebat.*

a Similis

## NIC. DE LYRA.

*Ex quo titulo non apparet aliquis autor determinatus, tamen ſecundum Aug. Dauid fecit hunc pſalmum. ſecundùm Hebræos verò autor in particulari eſt incognitus; tenetur tamen abſque dubio, quòd aliquis habens ſpiritumſanctum fecit ipſum quicunque fuerit ille. De materia verò huius pſalmi dicunt expoſitores aliqui, quòd loquitur ad literam de anxietate, in qua fuit populus Sion, id eſt illi, qui remanſerunt ibi de voluntate Dauid ipſo fugiente inde propter Abſalom, & iſti fuerunt Sadoch, & Abiathar, & alij ſacerdotes ibi de mandato Dauid arcam reportantes, & Chuſi Arachites amicus Dauid, & decem concubinæ ad cuſtodiam domus derelictæ, vt habetur ibidem, & iſti afflicti propter fugam Dauid Domini ſui vacabant orationi pro eius reditu: & ſic intitulatur iſte pſalmus. Oratio pauperis, ſcilicet populi in Sion remanentis modo prædicto. Sed hæc expoſitio non habet apparentiam, quia in hoc pſalmo fit mentio de ædificatione Sion, quæ in reditu Dauid non fuit ædificata, quia Abſalom nihil ibi legitur deſtruxiſſe. Item multa, quæ dicuntur in hoc pſalmo non poſſunt ad hoc applicari, niſi valde extortè: propter quod alij dicūt magis apparenter, quòd pſal. iſte loquitur ad literam de anxietate populi Iſrael in captiuitate Babylonica detenti: quia deuotiores illius populi erant valde anxiati de deſtructione ciuitatis & templi, vbi vigebat cultus Dei: propter quod vacabant orationi pro populi liberatione, & ciuitatis, & templi reædificatione: & poſſet ad hoc litera ſatis applicari. Sed hæc expoſitio & conſimiles videntur infringi per dictum Apoſtoli, Heb. primo. vbi Apoſtolus allegat literam huius pſalmi, quæ habetur infrà. Initio tu Domine terram, &c. vſque ibi: Et anni tui non deficient, dictum de Chriſto ad literam, probans per eam æqualitatem filij ad patrem in potentia & duratione, vt dictum fuit ibidem, & ſatis apparet Apoſtoli proceſſum intuenti: & ſecundum hoc pſalmus iſte loquitur ad literam de tempore Chriſti. Huic autem dicto quantum ad hoc concordat Rabi Salomon dicens, quòd pſalmus iſte loquitur ad literam de anxietate populi Iſrael in hac captiuitate poſiti, orantis, & deſiderantis ab ea liberari per regem Meſſiam venturum, & reædificaturum templum & ciuitatem: & ſic ſecundum eum loquitur de tempore Chriſti, ſed quòd dicit ipſum venturum & templū materiale reædificaturum, falſum eſt, vt dictum eſt ſuprà pſalmo 86. Accipiendo igitur de dictis eius quod verum eſt, videtur mihi ſaluo meliori*
*Materia pſ.*
2. Reg. 15. *ar totum.*
Heb. 1. a

## MORALITER.

* expoſui de populo Iſrael anxiato tempore Antiochi illuſtris, & pro ſua liberatione ad Deum clamante. *Moraliter* autem poteſt exponi de quolibet verè pœnitente, & ad Deum clamante pro liberatione ſua per aduentum gratiæ diuinæ. Et ſic dicit: *Domine exaudi orationem meam.* Cordis ſcilicet & oris, ideo ſubditur:

a *Et clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam à me:* Pro peccatorum meorum enormitate.

d *In quacunque die tribulor.* Per veram contritionem.

e *Inclina ad me aurem tuam.* Exaudiendo meam petitionem.

f *In quacunque die inuocauero te &c.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ pro maiori exauditione.

g *Quia defecerunt ſicut fumus dies mei.* In vanis & malis operibus conſumpti.

h *Et oſſa mea ſicut cremium.* i. vires animæ quarum aptitudo ad bonum diminuitur per multiplicationem culpæ.

i *Percuſſus ſum vt fœnum.* Quod areſcit tempore ardoris, ſic ego feruore tentationis.

K *Et aruit cor meum.* Defectu deuotionis.

l *Quia oblitus ſum comedere panem meum.* Id eſt ſacræ ſcripturæ ſtudium, & ſumere deuotè Euchariſtiæ ſacramentum. Et quoniam ex hoc appetitus carnis incenditur, & ſic ratio debilitatur, & à carne premitur. ideo ſubditur:

m *A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ.* Id eſt ratio conſentit ſenſualitati.

* a Similis



a *Pelicano, nycti. pa. Aug.* Tres aues, tria loca ponit, vnus homo vel plures poſſunt habere perſonam trium auium, Tria loca, ſunt tria genera hominum. Verus prædicator ſi venit inter eos vbi Chriſtiani non ſunt, pelicanus eſt in ſolitudine. Si ad eos, qui fuerunt, & ceciderunt, tunc nycticorax eſt in parietinis, quia nec tenebras corū deſerit, ſed vult eos lucrari. Si venit ad eos, qui crediderunt, nec ceciderunt manentes in domo, ſed tepidè agentes, paſſer eſt in tecto. Clamat eis qui ſub tecto i. ſub carne torpent, cum ille ſuper carnem. Vnde qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid. Et alibi: Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Vel, per has aues Chriſtus accipitur. Pelicanus dicitur (etſi non certum ſit) roſtro pullos ſuos occidere, & triduo lugere tunc roſtro ſanguinem ſuum ſuper eos fundere, vnde illi reuiuiſcunt: ſic Chriſtus occidit, vt Paulum perſecutorem, & ſuo ſanguine viuificat: iuxta illud: Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiā, & ſanabo. In ſolitudine, quia ſolus de virgine natus. Poſt natiuitatem verò venit ad parietinas. i. ad paſſionem, vbi à ruinis occiditur. i. Iudæis, ſed & eos amat dicēs: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Tunc fuit quaſi nycticorax in parietinis. Sed qui ibi dormierat, vigilauit in reſurrectione, & volando in cælum factus eſt paſſer ſingularis in tecto. i. in cælo, vbi interpellat pro nobis, vel diuerſa genera pœnitentium notat per has aues. Pelicano aui nimiæ maciei, & ſoliuagæ comparantur eremitæ. Nycticorax, qui à publico remotus, dum alij nocte huius ſeculi dormiunt, vigilat: & ſibi quærit eſcas mentis. Qui ſi nō inter homines, extra eſt in alto, dicens eis qui in nocte dormiunt Vel, paſſer ſagax ad alta virtutum fugit, vbi tutus à laqueis. Qui ſolitarius vel vnicus, propter charitatem (quem ex multis vnum facit) eſt in tecto, vel ædificio propter altitudinem fidei, vt non deſcendat aliquid tollere de domo ideſt carne.
A
B

b *Domicilio. Aug.* Vel parietinis, quæ vulgò dicuntur ruinæ, vbi parietes ſtāt ſine tecto, vbi habitat nycticorax auis, quæ noctem amat.

c *Tota die, Caſ.* Vel, in perſona iuſti totum accipi poteſt. q. d. ita frigor pro alijs, & gemo. Et ad cumulum mali. Tota die expro. mi. inimici mei, quos aliter nequit perdere, arte quadam diabolus vult decipere, facit irrideri pœnitentes quaſi iurent in eorum deteſtationem irriſores, qui laudabant eos dum cum eis ſeculares erāt, quia cinerem, ideſt reliquias peccatorum, quia etiam tenuia peccata, ideſt leuia per pœnitentiam ſunt conſumenda: vel in deiectione reficiebar, adeò placebat mihi.

d *Cinerem. Aug.* Per cinerem & fletum pœnitentes ſignificantur. Cinis enim & cilicium ſunt arma pœnitentium.

e *Poculum. Ca.* Temporalem iucunditatem. Vel deſiderium patriæ pro dilatione lachrymis miſcui, vel potum ſcripturarum quæ antiqua recolunt.

f *A facie iræ. Caſſi.* Ira vltio, indignatio motio animi qua indignamur etiā filijs. Ira dicitur impetus in puniendos, quæ in Deum non cadunt. Sed eſt antropoſpatos.

g *Iræ.* Vnde & dñs ait: Ira Dei manet ſuper eos, qui non credunt. Nō ait, veniet ſed manet, quia nō tollit, in qua natus eſt.

h *Dies mei ſicut vmbra de. l.* Quia ego à verò die declinaui, ſimiles mihi ſunt declinantes dies mei.

i *Tu au. Caſ.* Tertia pars vbi oſtenditur certitudo impetrandi veniam. Iam conſurgit lapſus ad prophetandum, iam pœnitēs caput releuat *Aug.* Memoriale promiſſum memorabile, de te reparatio noſtra, qua tu noſtri, vel memores tui.

a venit

a ¶Auis eſt quæ in ſolitudine habitat.

a ni meæ. Similis factus ſum peli- a b

cano † ſolitudinis: factus ſum ſicut c

a ¶Vigil & te et coruus noctis.

b † nycticorax in domicilio. Vigila- d

a ¶Alias, vn eos. ¶Alias ſingularis.

ui, & factus ſum ſicut paſſer ſoli- e

a ¶Quaſi occido & viuifico, ideo. b ¶Quia peccatores membra facio. ¶Dicentes: Quare magiſter veſter manducat cum publicanis & peccatoribus?

c tarius in tecto. Totâ die expro- f

a Dum cum eis fuerer ſecularis.

brabant mihi inimici mei: & qui g

a ¶Ore palam ſed ficte. b ¶Conſpirabant.

laudabant me, aduerſum me iura- h

a ¶Quare? b ¶Quia hæc genera hominum in membris habere volui.

d bant. † Quia cinerem tanquam pa- i

a ¶Etſi hoc ad literam, magis tamen de cancre domini, quem lachrymæ faciunt dulcioré.

e nem manducabam, & † pocu- k

lum meum cum fletu miſcebam.

a ¶Vnde hoc? b ¶Quæ in Adam, cum qua nati ſumus. Vnde: Fuimus & nos natura filij iræ. c ¶Quam merui actualiter peccando.

f g A facie iræ indignationis tuæ, l

a ¶In honorem faciendo ad imaginem tuam qua omnia animalia ſuperamus, grauius alliſiſti, nihil enim habet hanc miſeriā peccati & gehennæ, niſi homo. a ¶Obſcuri & vani.

h quia eleuans † alliſiſti me. Dies m n

a ¶Quaſi inutiles pereunt.

mei ſicut vmbra, declinauerunt:

¶Sine rore gratiæ.

& ego † ſicut fœnum, arui. o

¶Hoc ego iuſto iudicio tuo patior ſed. a ¶Viges vt liberes, qui vigu ſti vt me humiliares. b ¶Temporalem ſaluet æternus.

i Tu † autem domine in æternum p

f Tota die. *Hic conſequenter allegatur ratio exauditionis ex verbis iniurioſis & improperioſis, quæ ſatellites Antiochi proferebant contra Deū & populum, & hoc eſt, quod dicitur: Tota die exprobrabant, & plus affligebatur populus ex blaſphemijs contra Deum quam contra ſeipſum.*
C

g Qui lau. me. *i. deriſoriè ſicut homini timido aliquando dicitur: Ecce homo magnæ cōſtantiæ, & tale improperium per oppoſitum irrogatum magis ſolet pungere.*

h Aduerſum me. iu. *i. iurantes execrando ſibi malum ponebant me, tanquam exemplum dicentes: Si non fecero hoc, ita malè accidat mihi ſicut populo Iudæorum, & quòd ſenſus ſit iſte, oſtendit tranſlatio Hieron. quæ ſic habet: Exultantes mihi per me iurabant. Exultantes mihi. i. deridentes me modo prædicto. Per me iurabant, execrationis iuramento, ponentes miſeriam meam pro exemplo, quæ magis exprimitur, cum ſubditur,*

i Quia cinerem tanquam panem. *modicum habens de paſta eam decoquens in cineribus. & ſic cineres erant admiſti in pane.*

K Et poculum meum. *i. lachrymæ fluebant, de oculis meis præ dolore, ita quòd cadebant in ſcypho, vel in vaſe, in quo debebam bibere. Et quia iſta miſeria contigit populo ex Dei permiſſione propter peccata populi commiſſa, ideo ſubditur,*

l A facie iræ. *i. vindictæ tuæ, ſecundum quod dicitur 1. Mach. 1. g. Et facta eſt ira magna ſuper populum valde.*
† Potum
1. Mach. 1. g

m Quia eleuans. *i. grauiter, ſicut grauius alliditur qui de alto deijcitur. Poteſt etiam dici, quòd Iudæi fuerant eleuati tempore Eſther, & Mardochæi, & hoc tempore monarchiæ Perſarum, cui ſucceſſit regnum Græcorum de quo exiuit radix peccati Antiochus illuſtris, & iſte grauius afflixit Iudæos, quam aliquis præcedentium regum.*
Lib. Heſter.
1. Mach. 1. a

n Dies mei ſicut. *i. quaſi ad nihilum redacti ſunt ſicut vmbra.*

o Et ego ſicut. *i. præ feruore tantæ tribulationis quaſi defeci.*

p Tu autem do. *Hic conſequenter deſcribitur populi conſolatio per aduentum Chriſti, quæ hic per Pſalmiſtam prædicitur, & ſic per Chriſtum poſtea fuit impleta. Et diuiditur reſiduum huius pſalmi in tres partes, quia primò deſcribitur eccleſiæ promotio per aduentum Chriſti, ſecundò futura tribulatio tempore Antichriſti, ibi: Reſpondit ei tertiò vitæ præſentis ceſſatio in fine mundi, ibi: Initio tu domine. Prima, in duas: quia primò deſcribitur eccleſiæ promotio. ſecundò ex hoc concluditur gratiarum actio, ibi: Scribantur hæc: prima in duas: quia primò ponitur eccleſiæ promotio per Chriſtum immediatè. ſecundò mediantibus apoſtolis, ibi: Quoniam placuerunt. Circa primum ſciendum, quòd Chriſtus ratione deitatis permanet in æternum: & hanc veritatem confeſſi fuerunt Iudæi, Ioh. 12. e. dicentes: Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternum, & ſic per ſuam æternam potentiam mutat tēpora, & ætates, transfert regna, atque conſtituit. Dan. & ſic aliquando de tribulationibus releuat ad proſperitatem, & econuerſo deijcit ſecundum voluntatem ſuam: & hoc eſt quod dicitur: Tu autem do. in æter. ideſt ſtabiliter, & quia ſtabilis manens dat cuncta moueri, vt dicitur 2. de conſolatione. ideo ſubditur,*
D
*Diuiſio.*
Iohan. 12. e
Dan. 2. c
Boet. 2. de conſolat.

a Et

## NICOL. DE LYRA.

a Si. fa. ſum. *quia ſicut dictum eſt, populus fugerat ad deſerta.*

b Factus ſum ſi. ny. *quæ non apparet de die nec clamat, ſic multi de populo abſconditi in locis occultis non audebant de die comparere, nec etiā aliquem ſtrepitum emittere, ne deprehenderentur.*

d Vigila. *non potens dormire præ anxietate animi.*

e Et factus ſum *Fugitiui enim non vadunt vniti, ſed magis diſperſi: & quilibet abſcondit ſe vbi poteſt.*

f Tota

## MORALITER.

* a *Similis factus ſum pe.* cuius pullos ſerpens occidit, & ſimiliter diabolus bonum opus interimit.

c *Sicut nycti. in do.* ideſt immundus factus ſum ex peccato. Nycticorax enim eſt auis immunda ſecundum legem. Sed quia pœnitens peccatum ſuum cognoſcit, ſubditur,

d *Vigilaui.* per cognitionem peccati.

e *Et factus ſum.* auolans à peccatorum conſortio: quod propriè fit religionem intrando. ideo ſubditur,

f *Tota die.* ſecundum ſpiritum deteſtantis religionis ſtatum.

g *Et qui lau.* dum eſſem cum eis in inſolentijs.

h *Aduer.* i. conſpirabant ad me retrahendum.

i *Quia ci.* allegantes aſperitatem victus mihi impoſſibilem.

l *A facie iræ indi.* i. talem aſperitatem ſuſtinebam, ne grauiorem incurrerem in purgatorio vel in inferno. propter peccatorum meorum grauitatem. ideo ſubditur,

m *Quia eleuans al. me.* ideſt allidi me permiſiſti, ſicut ille qui de alto cadit, grauius conquaſſatur.

n *Dies mei ſicut vm.* ideſt in peccatis conſumpti ſunt.

p *Tu au. do.* poſt afflictionem pœnitentis, hic conſequenter ponitur ſubleuatio ſaluatoris, & primò oſtenditur eius poteſtas ad hoc faciendum, cum dicitur, Tu au. do. ex quo patet æternitas ſuæ potentiæ.

* b Tu

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Venit tem. Aug.* Quia omnia ordine voluit Deus fieri, & tēpus ad hoc diſpoſuit, vbi opportunitas aptè ordinata eſt.

b *La.eius. Aug.* Sunt lapides in Sion, ſunt & non lapides. Lapides placent ſeruis, & ipſi ſerui terræ miſerentur. Lapides ſunt. prophetæ, ibi præmiſſa eſt prædicatio, inde ſumptū eſt euangelicum officium. Serui ergo .i. apoſtoli agnoſcunt in lapidibus eloquia Dei, & de terra formant imaginē Dei, dum terreni mundantur, quorū miſerētur. Sicut ergo de puluere formatus eſt homo, ita de puluere ruentium parietinarū Dei imago reformatur. Inde eſt, q̃ miſſo ſpiritusanɛto multi eorum crediderunt qui dominum crucifixerūt.

c *In gl. Aug.* Qui primò viſus eſt in infirmitate in illa Sion. vnde: Vidimus eum non habentem ſpeciem, neque decorem.

d *Orationem.* Hoc agitur in ædificatione Sion, orant, gemunt, ædificātes, qui ſunt vnus pauper, & pauperes multi, vnde in titulo ſingulariter, hic pluraliter. Sed vnus dicitur propter vnitatem pacis eccleſiæ, multi propter latitudinem.

e *Scribantur hæc. Caſ.* Qui ſupra pœnitētia ſordebat, iam honore prophetæ decoratus præcipit hæc quæ dixit teſtimonio ſcripturæ firmari, vt ætas futura diſcat.

f *In ge. Aug.* Hæc q̃ ſcribebantur, non ſic proderāt generationi veteris teſtamēti, proſunt alteri .i. nouæ.

g *Quia pro. Aug.* Poſt gemitus dolentis, iam ſunt verba conſolationum, iam gaudet pauper. Et quia ſupra dixit: Aedificauit dominus Sion. Et item: Scribantur hæc. Modò vtrūq; declarat, quaſi hoc eſt, quod dixi ſcribendum: Quia proſpexit.

h *Proſpexit.* vt præterita dicit, quæ erant futura.

i *Comp. Aug.* Timor Dei, compedes ſunt, in quibus gemunt ad impetrādam miſericordiam, de quibus dicit ſcriptura. Audi fili & excipe ſententiam meam, & ne abijcias conſiliū meum. & infer pedem tuum in cōpedes illius, & in torquem illius collum tuū, & erunt tibi cōpedes eius in protectione fortitudinis, & torques illius in ſtolam glorię, quas ſoluunt qui martyres occidunt, & ſolutis vertuntur in gloriam. *Caſ.* Compediti ſancti qui legalibus vinculis aſtricti, non ſunt vſi noua libertate, qui orabant vt Deus mūdum à peccatis ſolueret, & filios eorum qui fraude diaboli perempti ſunt à paternis erroribus liberaret. Vt ſic annuntient. Prædixit futura in Sion: hoc factum eſt, dum ibi primū loquebantur varijs linguis apoſtoli magnalia Dei: vnde in generalem eccleſiam concurrit ſermo eorum.

K *Vt ſol. filios. Aug.* Nos autem ſumus filij illorū mortificatorum, qui ſoluimur à nodis peccatorū, & vinculis cupiditatū.

a *Reſpondit*

Vbi ſupra. | †memoria tui | Eſa. 53. a | †quoniam venit tempus, vt miſerearis eius. | †beneplacitum habuerūt ſerui tui in | Vbi ſupra. | †quoniam ædificabit | † pauperū | †preces | † generationē alteram ſeu poſteram | † quoniam | Eccl. 6. c | † & ſoluat

a ¶Quia non obliuiſceris noſtri. ¶Memoria qua memor noſtri es. b ¶Promiſſionem habemus vitæ quæ nunc eſt & futuræ. ¶Præſenti.

permanes, & † memoriale tuum in generatione & generationem. Tu exurgens miſereberis Sion, quia tēpus miſerendi eius, † quia venit tempus. Quoniam † placuerunt ſeruis tuis lapides eius, & terræ eius miſerebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuā. † Quia † ædificauit dominus Sion, & videbitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem † humilium, & non ſpreuit † precem eorum. Scribantur hæc in † generatione altera, & populus qui creabitur, laudabit dominum. † Quia proſpexit de † excelſo ſancto ſuo, dominus de cęlo in terram † aſpexit. Vt audiret gemitus † compeditorum, † vt ſolueret filios interemptorum,

(Interlinear glosses:) a ¶Futuram. b ¶Nam. c ¶Ad regnandum, ¶Qui quaſi dormiens diſtulerat. — a ¶Prius, ideſt Iudæi, inde apoſtoli & alij fratres. b ¶De quo: Cum venit plenitudo temporis, miſit Deus filius ſuum factum de mulitre, factum ſub lege. — a ¶Acceptabile. b ¶Et verè miſereberis. — a ¶Apoſtolis. ¶Prophetæ firmi placent. — a ¶Sion. b ¶Dum terreni mundantur. — a ¶Qui modo timere neſciunt. ¶Sed non tantum in Sion, veniet & alius partes de gentibus. — ¶Maiorem ſua. — a ¶deo. b ¶Hoc modo agitur. — a ¶Tandem, quod non modo. ¶In ædificata. b ¶Alias, maieſtate. c ¶Ædificabitur. quia. — a ¶Qui ſpiritu pleni orabant, vt veniret. b ¶Hoc eſt reſpicere Dei quod non ſpernere. — a ¶Firmiter teneantur vel habeantur. — a ¶Quod reparatio per Chriſtum, deſtructio per Adam. b ¶Ad opus generationis nouæ. c ¶Vnde ſiqua in Chriſto noua generatio eſt, vetera tranſierunt. Ecce noua facta ſunt omnia, Apoc. 21 b. — a ¶Aug. Noua creatura in Chriſto, non qui creatus eſt. b ¶Qui ſibi ſubuenit. — a ¶Miſertus eſt. b ¶Non ſpreuit. Quia proſpe. de ex. ſan. ſan. ſuo. Et vt arctius teneantur præmittit: Scribantur. ¶Vt ad humiles veniet humilis, & ſic ædifica Sion. — a ¶Euidentius aperit. — a ¶Ad quid proſpexit? b ¶Sanctorum qui ſunt compediti in timore Dei & diſciplina eius. ¶Peccatis vel mortalitate. ¶Timore & diſciplina. — a ¶Dirupiſti vin. &c. ¶Ideſt nos. b ¶Alias mortificatorum.

*aduentu Chriſti, nō erat intelligenda per exhibitionem bonorum temporalium, ſed ſpiritualium, quæ tanto meliora ſunt, quantò quæ ſunt animæ corporalibus præferuntur.* G

d Quia tempus. *ſecundum quod fuerat dictum per prophetas, & maximè Dan. 9. vbi aduentus Chriſti ſub certis hebdomadibus annorum diffinitur.* Dan.

e Quia venit tem. *Hoc reduplicatur ad maiorem aſſertionem.*

f Quoniam pla. *Hic conſequenter ponitur promotio eccleſiæ quæ facta eſt per Chriſtum mediantibus apoſtolis qui prędicauerunt fidem Chriſti primò in Ieruſalem, & Iudęa, vt habetur in Actibus apoſtolorum. ideo ſubditur, Quoniam pla. ſer. tuis. ideſt apoſtolis.*

g Lapi. eius. *i. fideles de Iudęis conuerſi, qui fuerunt primi lapides in ędificio ſpirituali eccleſiæ poſiti, ſicut prędictū fuerat Zach. 9. d. poſt verba ſupra premiſſa de aduentu Chriſti. Et ſaluabit eos dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi ſui, quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius.* Zach.

h Et ter. eius mi. *i. Iudæa, in qua primò apoſtoli prędicauerunt & multa miracula fecerunt, Act. 2. g. Multa quoq; prodigia, & ſigna per apoſtolos in Ieruſalem fiebāt. & ibi ſubditur: Omnes etiam, qui credebāt erant pariter, & habebant omnia communia, poſſeſſiones quoq; & ſubſtantias vendebant, & diuidebāt omnia omnibus, prout vnicuiq; opus erat: & ideo lapides iſti ſuper terram eleuati per contemptum temporalium apoſtolis meritò placuerunt.* Act.

i Et time. *quia fides Chriſti per apoſtolos, alioſq; diſcipulos diffuſa eſt ad gentes per alias orbis partes.*

K Et om. re. *quia non ſolum vulgares receperunt fidē Chriſti, ſed etiā principes maximi, vt patet impletū in plurib⁹ regnis terrarū, & in omnibus implebit ante finē mūdi.*

l Quia ædi. do. *i. eccleſiā quæ meritò Sion vocatur: quia ibi incepit per Chriſtum oblationem prędicationem, miraculorum operationem, & Spirituſſancti miſſionem, vt ſupradictum eſt.* H

m Et vi. in gloria ſua. *Ibi enim manifeſtauit gloriam ſuæ reſurrectionis apoſtolis & etiam aſcenſionis: quia de mōte oliueti aſcēdit, qui eſt iuxta Ieruſalem.*

n Re. in o. *adimplēdo petitionē illorū, qui humiliter & deuotè petebant eius aduētū.*

o Scriban. *Hic conſequenter concluditur gratiarum actio: quia tantum beneficium non eſt dandum obliuioni. & ideo dicit: Scribantur hæc. quia ſcriptura deſeruit memoriæ.*

p In ge. al. *i. vt generationes ſequentes habeant de hoc notitiam: & ſic factum eſt per euangeliſtas, & apoſtolos qui doctrinam Chriſti & opera deſcripſerunt, vt fideles populi aſſurgerēt ad laudē Chriſti, ideo ſubditur,*

q Et po. *i. populus Chriſtianus, qui creatur per baptiſmum per quem conſtituitur in eſſe gratiæ, quę creatur in anima.*

r Quia pro. *tunc enim propriè terram proſpexit oculis ſuę miſericordia, quando viſitauit nos oriens ex alto in ſua incarnatione.*

s Vt au. *i. peccatorū, q à diabolo tenebātur cōpediti cōſuetudine peccādi.*

t Vt ſolueret fi. &c. *à vinculis ignorantię, & infidelitatis.*

a Vt

## NICOL. DE LYRA.

a Et memoriale. *quia vno intuitu videt ſucceſſionem omnium generationum, & ſubditur conſolatio Iudęorum Chriſtum expectantium.*

b Tu exurgens. *videtur enim hominibus iacere, quando non prębet eis auxilium, & per oppoſitum ſurgere quando prębet.*

c Miſereberis Sion. *ideſt populi colentis Deum in Sion, de quorum numero erat ſanctus Symeon, propter quod reſponſum accepit à ſpirituſancto non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum domini, quem omnes etiam alij iuſti expectabant: quod fuit adimpletum quando ibi in templo fuit oblatus, quod erat in monte Sion, & quando ibi prędicauit, & miracula fecit, & quando in cœnaculo Sion ſuper apoſtolos ſpiritumſanctum miſit. ſecundum quod dicit Hier. in epiſtola ad Paulinum de omnibus ſacræ ſcripturæ libris, & tūc fuit adimpleta prophetia Zach. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem: ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, & ipſe pauper. ſecundum quod allegat Matt. & per hoc, quod dicitur hic pauper, manifeſtè patet, quòd conſolatio populi in aduentu* (Luc. 2. d; Zach. 9. b; Matt. 21. a)

## MORALITER.

b *Tu exurgens.* potes facere per teipſum quicquid placet voluntati tuæ.

c *Miſereberis Sion.* ideſt eccleſiæ ex peccatoribus pœnitentibus, vt plurimum collectæ.

d *Quia tem. mi.* durat ſupple, vſq; ad tempus iudicij.

f *Quoniam pla. ſer.* ideſt angelis.

g *Lapides eius.* ſ. eccleſiæ qui ſunt pœnitentes. Lu. Gaudium eſt angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente (Luc. 15)

h *Et ter.* i. eccleſiæ procurantes eius promotionem in bonum.

i *Et ti.* ſicut videmus impletum per earum conuerſionem ad Deū.

k *Et om. re.* in conuerſione Conſtantini, cui oēs reges erāt ſubiecti.

l *Quia ędi.* tunc enim ædificatæ fuerunt multæ eccleſiæ, & apparuit gloria eccleſiæ.

n *Re. in o. hu.* i. Chriſtianorum prius abiectorum.

o *Scribantur.* vt de tantis beneficijs poſteri laudent Deum.

r *Quia proſ.* ſcilicet oculo ſuæ miſericordiæ.

s *Vt au. ge. con.* i. pœnitentium prius cōſtrictorum retibus peccatorū.

t *Vt ſolueret filios.* ideſt opera meritoria quæ per peccatum erant mortificata. & reuiuiſcunt gratia recuperata.

a Vt



a *Reſpondit ei in via virtutis ſuæ. Caſ.* Quarta pars vbi poſt certitudinem veniæ dicit, quòd de ſua breuitate ad æternitatem tranſeat. *Au.* Reſpondit. Quia: Dico, vt annuntiem nomen domini & laudem eius in Ieruſalem. Et reſpondit ei, domino ſ. laus, vel Ieruſalem: Laus, quando ei gratias agunt vocati ab illo, dum credunt, vel bene viuunt. Vel Ieruſalem, non illa reproba, quæ occidit prophetas, ſed illa, quæ multos filios parit, vocata reſpōdet: non contemnit, ſed fructum reddit. *Au.* Reſpondit ei, ideſt credit reſurrexiſſe Chriſtum. Sed quia præuidet quoſdam dicturos: fuit quidem quondam eccleſia cōgregans omnes in vnum, ſed iam deſinit.

b *Paucitatem*, inquit, dierum meorū: non æternitatem illorum, vbi ero, ſed temporales dies quandiu ero in hoc ſeculo.

c *Nuntia mihi.* propter illos, qui dicūt iam, non eſſe eccleſiam. Non vacat vox iſta, non eſt inanis petitio: ipſa n. via, ideſt Chriſtus ſic annuntiauit. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Totum tempus vſq; ad finem eſt illa exiguitas dierum: quia omne, quod finitur, exiguum eſt, vt inde tranſeatur in æternitatem. Nuntia. Et.

d *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum.* Non ſic fiat, vt hæretici dicunt, vſque in finem ſeculi perduc me, non in dimidio dierum meorum reuoca: ſed perfice mihi exiguos dies vſque in finem ſeculi, vt poſt dies æternos. Cur autem de exiguitate quæreris? Quia in generatione, & generationem ſunt anni tui, ideſt, quia licet illi dies vſq; in finem ſeculi durent, tamen exigui ſunt in comparatione tuorum, qui non mutantur, quia æterni ſunt. Vel ne ſinas me reuocari à curſu cęleſtium, vt hæream curæ temporalium, quin hos dimidios, & futuro dies cōtinuem. Vel, dies dicit, quos in bono in præſenti agit vir ſanctus, in quibus meretur præmium vitæ. Dies enim habet, qui eos hic in luce bonæ vitæ agit: ſed nō ſunt, niſi dimidij, ſi non addātur æterni. in via virtutis. *Auguſt.* In fide qua reſurrexiſſe credit Chriſtum. Via virtutis fuit Chriſtus poſt reſurrectionem, cū iam non infirmus, ſed fortis in cœlo vocat eccleſiam. Laus fidei eſt, non quia credit mortuum, quod & paganus credit, ſed glorificatum. Vel breuiter diffinitur religio Chriſtiana, cum dicitur via virtutis. Vel in generatione generationum. Eſt generatio generationum, quæ non tranſit collecta de omnibus, ideſt ſancti. In illa erunt anni domini, qui non tranſeunt, ideſt æternitas Dei, quæ eſt ipſa ſubſtantia Dei nihil habens mutabile. B

e *Initio tu domine.* Quaſi ne reuoces, quia ad æternitatem tendo, quam exponit, dicens: Initio tu domine terram.

f *Ipſi peribunt. Aug.* Ipſi cęli peribunt de proximis terræ hoc conſtat. vnde & Petrus: Terra autem, & cęli qui nunc ſunt, eodem verbo, repoſiti ſunt, igni reſeruandi. De ſuperioribus nō eſt certum, ſed ſi manent non in ſe, ſed in Deo manent.

g *Tu autem permanes. Auguſt.* Sicut æternitatem eius oſtendit creando omnia, ſic manendo poſt mutata.

h *Et omnes.* vel omnia. quod non de angelis, ſed de mutabilibus.

i *Sicut ve.* ſecundum corpus quod more veſtis conſumitur.

a Et

a ¶Aug. Iam quod non licuit, dum interficerentur compediti. b ¶In eccleſia. c ¶Laudem de Dei eſſentia.

rum. Vt † annuntient in Sion nomen domini, & laudem eius in Ieruſalem. In conueniendo populos in vnum, & † reges vt ſeruiant domino. Reſpondit ei in uia virtutis ſuæ: † paucitatem dierum meorum † nuntia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum, in generatione & generationem anni tui. † Initio tu domine terram fundaſti: & opera manuū tuarum ſunt cæli. Ipſi peribunt, tu autem permanes, & † omnes ſicut veſti-

(Interlinear glosses:) ¶Secundum opera. — a ¶In eccleſia. b ¶Ita annuntient. ¶Quod fit ſanguine mortificatorum, & compeditorum gemitibus qui auditi ſunt. — a ¶Fidei & morum. b ¶Terrarum. — a ¶Gratulando obſequendo. b ¶Chriſto. c ¶Vbi. ¶Non in ſe, ideſt ex ſuis meritis: de ſe enim non eſſet vox niſi peccati. — a ¶Ideſt hoc breue tempus totius ſeculi fac attendere. — a ¶Et in toto eo exiguo non deficiam. ¶Mei exigui; Sed. — ¶Vel num. — a ¶Qui à æternitate procedit, omnia quæ fecit. ¶Sine initio ante creaturas extitit. — a ¶Verbo domini cæli firmati ſunt: ſed quod verbo fecit, hoc & manu, ideſt virtute. — a ¶Ad literam ... ſecundum veſtimentum id eſt corpus peribunt ſed mutabuntur in melius.

† fortitudinis

*ab initio mundi vſque modò neq; fiet: & niſi abbreuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur: Et hæc breuitas petitur, hic in perſona eccleſiæ tunc tribulandę, cum dicitur: Reſpondit ei. Ideſt eccleſia ipſi Chriſto, & loquitur de futuro per modum prętertiti propter certitudinem prophetię.* C

e In via virtutis ſuæ. *Ideſt patientię quæ tūc erit maximè neceſſaria.*

f Paucitatem dierum meorum. *Ideſt dierum afflictionis meę.*

g Nuntia mihi. *vt ex breuitate valeam aliqualiter confortari. Litera Hebraica, & Hieronymi planior eſt, quæ ſic habet: Afflixit in via, ſcilicet huius vitę. Fortitudinē meā, quia tunc fortes in fide ſupra modum affligentur. Abbreuiabit dies meos, ideſt dies afflictionis meæ propter electos, vt prędictū eſt: Et quia tunc tanta erit tribulatio, quòd videbitur aliquibus de eccleſia, quòd fides catholica debeat totaliter deficere. ideo ſubditur in perſona eccleſię.*

h Ne reuoces me. *totaliter auferendo de præſenti vita.*

i In dimidio dierum meorum. *ideſt ante mundi terminum, quod eſt tempus ſtatutum durationis eccleſię militantis, ſecundum quod dicit ſaluator. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Matt. 28. d

K In generatione, & generationem anni tui. *quaſi dicat. tu domine cuius duratio eſt ęterna, potes faciliter hoc facere pro voluntate tua.*

l Initio tu domine terram fundaſti. *Hic conſequenter deſcribitur vitę præſentis ceſſatio, quæ erit in generali reſurrectione. Motus enim cęli ordinatur ad completionem numeri electorum, & ideo ipſo habito ceſſabit, & hoc eſt quod dicitur in Apoc. Iurauit per viuentem in ſecula ſeculorum: quia tempus amplius non erit. Et quia talia procedent ex poteſtate, & voluntate Dei, quæ vna eſt in patre, & filio, & ſpirituſancto. ideo dicitur: Initio tu domine terram fundaſti. ideſt tu domine Ieſu Chriſte fundaſti terram initio, ideſt principio temporis: Et dicit ſundaſti: quia terra eſt centrum mundi.* Apoc. 19. b D

n Et ope. ma. *& per iſta duo intelliguntur omnes aliæ creaturę.*

o Ipſi peribunt, tu autem permanes. *Sicut enim æternitas ſequitur omnimodam ſtabilitatem, & immutabilitatem, ita tempus motum, & mutationem. Solus autem Deus eſt omnino immutabilis: Cæli autem ſuperiores ſunt mutabiles quantum ad ſitum: inferiores autem, vt aer, quantum ad alterationem. In omni autem mutatione eſt aliqua deperditio, quia ceſſat aliquid eſſe quod prius erat, & ſic in fine mundi cæli peribunt, non quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad aliquam diſpoſitionem: quia corpora cœleſtia ceſſabunt à motu locali, & elementaria à mutua actione, & alteratione ſubſtantijs eorum remanentibus. ideo ſubditur,*

q Et om. ſicut. *à ſtatu in quo ſunt.*

a Et

## NICOL. DE LYRA.

a Vt annuntient in Sion nomen domini, & laudem eius in Ieruſalem. *ideſt eccleſia quæ nomine Sion, & Ieruſalem deſignatur, ſecundum quod dicit Apoſtolus. Acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem, &c. in qua fideles annuntiant nomen domini, eius fidem liberè confitendo, & prædicando, & laudes ei debitas exhibendo.*

b In conueniendo populos. *per diuerſas orbis partes diſperſos.*

c In vnum. *ideſt in vnitatem fidei per charitatem formatæ. Et quia non ſolum vulgares venerūt ad vnitatem fidei, ſed etiam principes, ideo ſubditur. Et reges, vt ſeruiant domino.*

d Reſpondit. *Hic conſequenter deſcribitur tribulatio fidelium tempore Antichriſti, quæ erit aceruiſſima, tamen breuis in tempore. ſecundum quod dicitur in Matt. Erit enim tribulatio magna qualis nunquam fuit ab*

## MORALITER.

a *Vt annuntient in Sion nomen domini.* ideſt in eccleſia nominibus Sion & Ieruſalem ſignificata.

b *In conueniendo populos in vnum.* ideſt ad cōueniendum magnos, mediocres, & paruos in eccleſiaſticam vnitatem, de qua Apoſtol. Vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma. Epheſ. 4. b

d *Reſpondit ei.* Hic deſcribitur profectus peccatoris per pœnitentiam reuerſi, cum dicitur: Reſpondit ei. ſcilicet peccator domino.

e *In via virtutis ſuæ.* ideſt reuerſus ad viam virtutis, & gratiæ.

f *Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.* ad ipſos addendo. Nam qui addit ad præterita, oſtendit, & nuntiat ea fuiſſe pauca: hoc autem dicit peccator reuerſus deſiderans recuperare amiſſa præterito tempore.

h *Ne reuoces me.* à præſenti vita.

i *In dimidio dierum meorum.* ideſt ante naturalem vitæ terminum. Et ad hoc inducit rationem, dicens,

k *In generatione & gen. anni tui.* quia ſunt æterni propter quod mei nihil ſunt ad tuos comparati: ideo non ſunt reſcindendi.

l *Initio.* ſcilicet eccleſiæ.

m *Tu domine terram fundaſti.* ideſt actiuos bona terrena bene diſpenſantes.

n *Et opera ma. tua. ſunt cæli.* ideſt contemplatiui.

o *Ipſi peribunt.* ideſt à præſenti ſtatu tranſibunt: nam actio non manebit in patria, nec contemplatio ænigmatica.

p *Tu autem permanes.* omnino immobilis.

q *Et omnes ſicut veſtimentum ve. &c.* ſecundum ſtatum, in quo ſunt vt dictum eſt ſupra.

d Filij

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et ſicut opertorium.* Cœlos accipe, qui omnia operiunt, qui etiam mutabuntur.

*Vbi ſupra.* b *Et anni. Aug.* Qui erunt in generatione generationum. Sed an ibi eſſe poterimus? vtiq;, quia filij ſeruorum.

c *Filij ſeruorum. Aug.* Vt filij intrauerunt terram promiſſionis, nō patres, quod ſignificat nouos populos intrare, non veteres. Intrauerunt tamen de illis patribus duo, ſcilicet Ioſue, & Caleb: quia & in requiē veram intrant vnus, & vnitas, Chriſtus & eccleſia cum omni nouitate filiorum. *Filij.* Hilaris concluſio. filij prophetarum, & apoſtolorum nedū ipſi.

d *Semen.* Opera vnde fructus æternus.

e *Dirigetur.* Quia nihil tortum intrat.

a mentum veteraſcent. Et ſicut oper-
a ¶ Mutata dicuntur, quia iam non corruptioni ſicut ante ſubiacebunt.
toriū mutabis eos, & mutabūtur:
a ¶ Qui dixiſti: Ego ſum qui ſum. b ¶ Immutabilis, & omnipotens. c ¶ Licet omnia ex te & per te & in te, non ſunt tamen quod ipſe es.
b tu autem idem ipſe es, & anni tui
¶ Etiam ¶ Opera ſine quibus nemo intrat.
c non deficient. Filij ſeruorum tuo-
¶ In terra. ſancta.
d rum †habitabūt, & ſemen eorum
¶ In æternum.
e †in ſeculum dirigetur.

†inhabitabunt
†coram te ſtabilietur

## NIC. DE LY.

a Et ſicut opertorium. *Quia adueniēte æſtate veſtis hyemalis mutatur: quia non eſt amplius neceſſaria, remanēte tamen eius ſubſtantia: ſic corpora cęleſtia, & elementaria mutabuntur à ſtatu in quo ſunt, qui non erit amplius neceſſarius completo numero electorum.*

*b* Tu autem idem. *ſcilicet omnino immutabilis.*

*c* Et anni tui &c. *non eſt per hoc intelligendum, quod in æternitate quæ eſt menſura durationis diuinæ ſit aliqua ſucceſſio, ſed quia eam apprehēdere non poſſumus, nec per conſequens exprimere, niſi per comparationem ad tempus.*

*d* Filij ſeruorum. *i. apoſtolorum quos genuerunt per verbum euangelij ſecundum quod dicit Apoſtolus. In Chriſto Ieſu per euāgelium ego vos genui: & iſti ſunt verè Chriſtiani.*

*e* Habi. *ſ. æternaliter coram te poſt terminum huius vitæ.*

*f* Et ſemen &c. *quia ſemper actu, & continuè in Deum ferentur. Moraliter poteſt exponi pſalmus iſte de quolibet verè pęnitente, qui de peccatis commiſſis affligitur per pęnitētiā, & Deum deprecatur, vt ad ſe veniat per gratiā, & ipſum in aduerſis ſtabiliat per patiētiā vt ſic ī termino vitæ pſentis pueniat ad gloriā.*

### MORALITER.

d *Filij ſer.* i. imitatores apoſtolorum.

e *Habita.* tecum in æternum.

f *Et ſe.* Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem expreſſionem.

*In pſal. 101. Domine exaudi. vbi dicitur in poſtil. Circa primum dicit Pſalmiſta.*

### ADDITIO.

Clamor in ſcripturis ſæpe ſignificat affectum cordis, iuxta illud: Verba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum. vbi glo. Clamorem, ideſt affectum cordis, verba enim auribus percipiuntur. Clamor autem, qui eſt affectus cordis, intelligitur, quia quaſi intus legitur. vnde in hoc loco cum dicit: Exaudi orationem meam, proprius intelligi debet de oratione vocali, quæ cadit ſub auditu. Cum autem dicit: Et clamor meus ad te veniat. proprius habet intelligi de affectu cordis, qui ſine vocis ſtrepitu ad Deū venit, &c.

## GLO. ORD. PSAL. CII.

*Enar. pſal. 102. to. 8.* a B*enedic anima. Aug.* Poſt preces pauperis pręconia gaudentis. *Aug.* Omnes, qui in Chriſto, quaſi vnus homo ſunt, qui excitat, & hortatur animam ſuam, vt benedicat dominum, volens diffinire cur benedicendus, ne quis ad hoc piger inueniatur. Clama voce ſi eſt homo qui audiat ſine voce, ſi non eſt, qui audiat homo: quia audit Deus. *Aug.* Per ſua beneficia hortatur benedicere Deum. *Aug.* Propheta in perſona generalis iuſti loquēs ſecundum ſuperiorem vim animæ. i. rationem, exhortatur animam ad benedicendum, dicens,

*Sup. pſ. 102.*
†De cō. di. 2. c. iterat.
†dominū

b *Noli obliuiſci. Aug.* Non ſit ante oculos delectatio peccati, ſed damnatio, & remiſſio Dei. cogita omnia mala tua, quia quot ea, tot bonæ retributiones Dei.

†interiora mea ſanctū nomē eius

c *Retributiones. Aug.* Nō retributiones. Tribuit, homo mala pro bonis, & retribuit ei Deus bona pro malis. Tribuit, cum me fecit: retribuit, cum iuſtificat.

d *Qui pro. Aug.* Hoc agit in baptiſmi ſacramento.

e *Qui ſanat om. infir. &c.* Hoc agit in vita fidelis hominis, dum concupiſcit caro aduerſus ſpiritū, vt ſi quæ nolumus faciamus, qui languores vetuſtatis de die in diem creſcente nouitate ſanantur ex fide, quæ per dilectionē operaī.

†lāguores tuos

f *Qui re.* de corruptione vitam tuā hoc fit in vltima reſurrectione mortuorū.

†corruptione

g *Qui co.* hoc fit in iudicio, vbi cum rex ſederit in throno, redditurus vnicuiq; ſecundum opera eius, quis gloriabitur ſe habere glorioſum cor, & mundum à peccato, ideo neceſſarium fuit commemorare illic miſericordiam, & miſerationes, vbi viderentur ſic reddi debita, vt nullus eſſet locus miſericordiæ.

a ¶ Chriſto fit hic pſalmus.
Pſalmus ipſi Dauid CII.
¶ Vnde: Sacrificium lau. ho.
¶ Quod ſibi omnibus conſulit.
a †B Enedic anima mea
†domino, & om-
a ¶ Omnis cogitatio, omnes vires, nulla diſcrepant.
¶ Nunquam deeſt qui audiat interiora, & ideo nunquā ſileās.
¶ Iterat expreſſius.
nia †quæ intra me ſunt nomini
a ¶ Repetitio ad exhortationem valet.
ſancto eius. Benedic anima mea
a ¶ Vt ſemper benedicas
b domino, et noli obliuiſci omnes
a ¶ Qui bona pro malis dedit. ¶ Hæ ſunt retributiones. ¶ Remittendo eas.
retributiones eius. †Qui propitia-
tur omnibus iniquitatibus tuis, q
a ¶ Aug. Poſt remiſſionem, quia corpus infirmum, & ex languore multa ſuggeruntur animæ: carnalia deſideria titillant, & quibuſdam capitur, ſanat infirmitates nunc fouendo blandis, nunc ſecando aſperis.
b ¶ Aug. Inde ſanat languores, quia redimet de corruptione, quæ tanta eſt in corpore, vt aggrauet animum: ſed finietur cum induet incorruptionem. ¶ Pretio ſanguinis.
f ſanat oēs †infirmitates tuas. Qui
¶ Vel met. a ¶ Si viceris, quod non niſi ab eius miſericordia.
g redimit de †interitu vitā tuam, qui
¶ Iam incorruptum.
coronat te in miſericordia & miſe-

excitans ad Dei laudem.

*a* Benedic. *Et accipitur hic benedictio confeſſionis. ſ. laudis diuinę, qua minor benedicit maiori, & non pro benedictione conſecrationis, qua fit econuerſo, ſecundum quod dicit Apoſtolus. Sine vlla contradictione, quod minus eſt à meliori benedicitur. Per hoc autem quod dicit.*

*b* Ani. mea. *intelliguntur potentię animę exteriores, vt viſus, auditus, & ſic de alijs.*

*i* Et om. *ſupple benedicite.*

*d* Nomi. ſan. eius. *& per hoc intelliguntur omnes potentię interiores. ſ. intellectus, voluntas, phantaſia, ſenſus communis, & appetitus ſenſitiuus omnia enim iſta diuinis laudibus debent applicari.*

*l* Bene. ani. *exponatur ſicut prius.*

*f* Et noli ob. *quia ſecundum quod dicit Seneca libro de beneficijs. Omnium ingratiſſimus eſt, qui beneficij accepti oblitus eſt. Dauid autē à iuuentute à Deo magna beneficia recepit, qui extunc leonem, vrſum, & Goliam gigantē interfecit: & cum iunior inter fratres eſſet, in regem vnctus fuit per Samuelem.*

*g* Qui pro. *Dauid enim valde grauiter legitur peccaſſe in adulterio cū Bethſabee, & homicidio Vriæ, & in numeratione populi. & tamē de iſtis obtinuit remiſſionem à Deo, & per conſequens de alijs minoribus peccatis.*

*h* Qui ſa. om. infir. *ſ. ſpirituales, vt dictum eſt & etiam corporales: quia Dauid bellis aſſuetus aliquando ſuſtinuit plagas, & graues ictus de quibus beneficio Dei fuit ſanatus.*

*i* Qui re. de inte. *quando Saul fecit cuſtodiri domū Dauid de nocte, vt interficeretur mane, & fugiens ſaluatus eſt 1. Reg. 19. Similiter quando Saul & viri eius cingebant Dauid in modum coronæ, ita quod deſperabat, ſe poſſe euadere, & tamen ſaluatus fuit Dei ordinatione.*

*K* Qui coronat te in mi. *quando fuit coronatus in regem ſuper tribum Iuda.*

*m* Et miſe. *quando fuit coronatus poſtea ſuper totum Iſrael.*

¶ a Qui

a vt

## NIC. DE LY. PSAL. CII.

B Enedic ani. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hier. Dauid. niſi quod præponitur litera lamed ל ad deſignandū, quod eſt datiui caſus, & videtur, quod pſal. iſte ſit quędam laus diuina ab ipſo Dauid compoſita. Et ſecundum hoc diuiditur in tres partes, quia primò Dauid ad Dei laudem excitat naturam humanā, ſecundò angelicam, ibi: Dominus in cęlo, tertiò omnem creaturam, ibi: Benedicite omnia. Prima in tres, quia primò Dauid excitat ſe ad Dei laudem ex beneficijs à Deo ſibi collatis ſingulariter, ſecundò ex beneficijs collatis populo Iſrael ſpecialiter, ibi: Faciens miſericordias, tertiò omnibus iuſtis generaliter, ibi: Miſericordia. Circa primum dicit ſic Dauid, ſe* excitans

### MORALITER.

a *Bene. ani. mea.* Iſte pſal. eſt quædam laus diuina ab ipſo Dauid pro collatis ſibi beneficijs facta. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet viro de diuinis beneficijs grato. propter quod dicit: Benedic ani. mea do. vt laus mea ſit ex ore, & corde, & non ſicut laus hypochritæ.

f *Et noli ob. om. re.* Nam talis obliuio procedit ex corde ingrato.

g *Qui pro. omnibus ini. tuis.* ſi verè pœnitueris.

h *Qui ſanat om. infir. tuas.* non ſolum ſpirituales, ſed etiam corporales, quantum ſpectat ad animæ ſalutem.

i *Qui re. de inte. vitam.* i. animam corpus viuificantem.

k *Qui coronat te.* i. diſponit in cęleſtibus coronare.

l *In mi. & miſe. &c.* ideſt in miſericordiæ effectibus.

a Qui



a *vt aquilę iuuen. tua. Aug.* Similitudo tanta data eſt, quanta poteſt eſſe de re mortali ad immortalitatem. Dicitur aquila, dum ſenio grauatur, roſtri immoderatione creſcentis vnco non poſſe os aperire, & cibum capere, & inde langueſcit, ſed quodam naturali modo collidit ad petram roſtrum, & excutit onus roſtri, & redit ad cibū, & omnia reparantur ei, vt fiat iuuenis: ſic & quod nos impedit comedere panem noſtrum, petra aufert & excutit vetuſtatē i. Chriſtus: vt in eo renouemur quibus vetuſtas clauſit os, oblitis māducare panem noſtrum.

b *Faciens mi. do. Aug.* Secunda pars vbi monet benedicere per ea, quæ antiquis facta ſunt, & poſteris fiunt.

c *Miſericor. Aug.* Quas conſequenter qui inimicos diligunt, & in ſe peccantibus dimittunt. Hunc miſericordiæ fructum dominus ſcribens in terra, cum accuſaretur adultera, exigebat: Ante. n. in lapide ſcripſit Deus, ſignās Iudæorum duritiā. Sed inclinatus in carne ſcripſit in terrā humanæ mētis fructum parituræ. Inclinatio. n. ipſius incarnationis humilitatem ſignificat per quam miſericordiæ fructum in Chriſtianis erexit. Hæc autem miſericordia in oēs facienda eſt. vnde Apoſtolus: Operemur bonum ad oēs, &c. Et illud: Omni petenti te tribue. Et ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Legitur tamen alibi: Ne. tradas peccatori. Ne ſuſcipias peccatores. i. non amore iniquitatis ſuſcipias. Econtra: Omni petenti te tribue. Et ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum. ſubueni naturæ, non iuues peccatū: Sic qui dat iuſto pro alia cauſa, niſi quia opus Dei eſt, non dat iuſto. ideo dicitur: Qui recipit iuſtū in nomine iuſti, mer. iu. ac. Puniendi ſunt iniqui, non animo vltionis, ſed dilectionis, vbi potētior occurrerit: nec potes colligere vel monere, tolera ſecurus, quia non erit impunitus. Poſt miſericordiā. n. ſubdit de iudicio, dicens: Et iudicium.

d *Moyſi. Aug.* Per Moyſen omnes ſanctos accipe. tamen cum ſpecialiter nominat, quia per eū data eſt lex, vt conuincatur languidus, & prodatur in quinque porticibus quinq; librorum legis, non ſanetur, vt ſic quærat medicum & ſanetur vnitas in piſcina. Lex ergo data eſt, vt ſuperbus humilietur, humilis confiteatur, & ſic ſanetur. Hæ ſunt occultæ viæ, quas oſtendit Moyſi, per quem legem dedit, vt abūdaret delictum.

e *Quoniam ſe. al. Aug.* Cęlū vndiq; circa terram: vnde etiam peccantibus lux, aer, ſpiritus pluuia, vnde fructus ſine cęlo deficit terra, ſic protectio Dei ſuper timentes.

f *Quantum diſtat ortus ab occidente lon. fe. Aug.* Quando peccatū remittitur, occidunt peccata, gratia oritur, peccata in occaſu. auertere ergo ab occaſu peccatorum, & tende ad ortum gratiæ, & ſurgis.

g *Recordatus eſt quo. Aug.* Vel ſecundum aliam literam: Memento, quoniam puluis ſumus. quaſi dicat: Cognouit figmentum. i. infirmitatem noſtram: quod figmentum conuerſus ad Deum dicit: Memēto, quia puluis ſum i. perſeueret erga nos tua miſericordia, ne obliuiſcamur gratiæ tuæ. Vel,

a Homo

a ¶ Aug. Poſt coronam non reſtat lucta in qua iuueris ſed ſatiaris his quæ hic deſiderabas atq; ſuſpirabas.
rationibus. Qui †replet in bonis de-
a ¶ Quando nouiſſie vbi nemo repletur, ſed ſemper indiget ſed quando renouata erit iuuentus tua.
a ſiderium tuū: renouabitur vt aqui-
a ¶ Aug. Quid autem hic iacta, deſtimur? Non: quia.
b ¶ Sed miſericord bus de quibus. Beati miſericordes, quoniā ipſi miſericordiam conſequentur.
b lę iuuentus tua. Faciens miſeri-
a ¶ Mihi vindictam & ego retri. &c.
cordias dominus, & iudicium †om-
a ¶ Ab eis qui non ſunt ſui iuris, in quos nequit diſciplinam exercere.
nibus iniuriam patientibus. No-
¶ Veris.
d tas fecit vias ſuas Moyſi, filijs Iſ-
¶ Et ¶ Actu.
rael † voluntates ſuas. Miſerator
a ¶ Natura. b ¶ Peccantes ſuſtinet Deus diu. & dat bona & vocat multis modis.
& miſericors dominus, † longani-
¶ Quia & blaſphemis.
mis, & multum miſericors. Non
a ¶ Ira eſt pro primo peccato: quoniam in hoc ſeculo patimur, ſed conſolatur promittens finiendam.
in perpetuum iraſcetur, neque in
a ¶ De pœna æterna. b ¶ Quod inde probandam. ¶ Quaſi quod non merebamus accepimus.
æternum † comminabitur. Non
a ¶ Hoc omnibus conuenit quibus bona gratis.
ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neq; ſecundum iniquitates no-
a ¶ Sed poſt offenſam abſoluit.
e ſtras retribuit nobis. Quoniam ſe-
a ¶ Aug. Si cœlum poteſt abſcedere a protectione terræ, & Deus poterit non protegere timentes ſe.
cundum altitudinem cœli à terra,
† corroborauit miſericordiā ſuam
¶ Quid fecit.
f ſuper timentes ſe. Quantum di-
¶ De tenebroſis facit lucem.
ſtat †ortus ab occidente, longè fecit
a ¶ Vt illæ occidant, vt gratia oriatur.
b ¶ Sed quare hoc fecit gratis, non meritis.
à nobis iniquitates noſtras. Quo-
a ¶ Etiam in flagellis.
modo miſeretur pater filiorum miſertus eſt dominus timentibus † ſe,
a ¶ Cerſ. A factura creatoris repulſi, ipſi nos male finximus.
quoniam ipſe cognouit figmen-
a ¶ Exponit figmentum, recordatus eſt facti ſumus ingo tua o domine, puluis tamen ſumus ariditate peccati.
g tum noſtrū. † Recordatus eſt, quo-

*c* Faciens. *Hic conſequenter recitat beneficia populo Iſrael collata, vt ſic non ſolum ipſe, ſed etiam totus populus Iſrael ad Dei laudem excitetur. Et diuiditur in duas partes, quia primò recitatur beneficiorum collatio. ſecundò ad hoc inducitur ratio. Quomodo miſeretur. Circa primum primò ponitur beneficium liberationis de Aegypto, cū dicitur,* Faciens mi. do. & iudicium omnibus iniuriam pa. *Id eſt filijs Iſrael, qui multas iniurias paſſi fuerunt ab Aegyptijs, vt patet in Exo. quibus fecit miſericordiam eos liberando, & iudiciū Aegyptios multipliciter puniēdo. ſecundò ponitur beneficium datæ legis cum dicitur,*

C *Diuiſio.*

*d* Notas fe. vias. *i. præcepta legis, quæ erant viæ veniendi ad ſalutem.*

*e* Filijs Iſrael vo. *i. mandata ſuæ voluntatis expreſſiua, quæ nota fecit filijs Iſrael immediatè per ſeipſum quantum ad præcepta decalogi, & per Moyſen quantum ad alia. tertiò ponitur beneficium diuinæ miſerationis, cum dicitur,*

*Exo. 20. a* †eis qui

*f* Miſe. & mi. do. *qui dicitur miſericors ratione affectus interioris, & miſerator actu, ratione effectus exterioris.*

*g* Longani. *diu expectans peccatores ad pœnitentiam.*

*h* Et mul. *quia miſericordia ſuperexaltat iudicium, Iac. 2. c.*

*Iac. 2. c* †patiēs, & multæ miſericordiæ

*i* Non in per. *ſcilicet electis ſuis quibus finaliter placatur,*

*K* Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis, neque ſecundum iniquitates noſtras, *puniendo nos citra condignum, quia tanta eſt offenſa, quantus ille, qui offenditur. Deus autem infinitus eſt, & per conſequens offenſa per peccatum mortale commiſſa.*

*l* Quoniam ſe. altitu. *Altitudo cęli à terra accipitur ſecundum medietatem diametri cœli, & adhuc deficit ſpiſſitudo terrę à ſuperficie vſq; ad centrum. punctus autem orientis diſtat à puncto occidentali in cœlo ſecundum totum cęli diametrum: & ideo per minorem diſtantiam intelligitur remiſſio pęnæ, & per maiorem remiſſio culpę, quæ eſt maius malum quia opponitur bono ſpirituali, pęna autem bono corporali: & hoc eſt quod dicitur: Quoniam ſe. alti. cœli à ter. i. ſecundum magnam menſuram ſuę miſericordiæ.*

*m* Corro. miſ. ſu. ti. ſe. *liberando eos à malo pęnæ.*

*n* Quantum di. *i. ſecundum menſuram maiorem ſuę miſericordię.*

*o* Longe fecit à nobis iniquitates noſtras. *liberando nos à malo culpę.*

*p* Quomodo miſeretur. *Hic conſequenter huius miſerationis ponitur ratio, & primò ex parte diuinę bonitatis, cum dicitur: Quomodo miſere. pater fi. Secundò ex parte humanę fragilitatis: & primò quantum ad animam, cum dicitur,*

†eum

*q* Quoniam ipſe cognouit fig. noſtrum. *i. fomitem inclinantem nos ad peccatum: & ſic exponunt Hebręi, iuxta illud Gen. Senſus, & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. Secundò quantum ad corpus, cum dicitur,*

*Gen. 8. d*

*r* Recordatus eſt quo. pu. ſu. *quantum ad corpus, quod in puluerem reſoluitur. vnumquodq; enim reſoluitur in ea ex quibus componitur.*

a Homo

## NICOL. DE LYRA.

a Qui replet in bonis deſi. tuum. *Dauid dando de aduerſarijs victoriam, & diuitias, & gloriam.*

*b* Renouabitur vt a. iu. tua. *ſcilicet in reſurrectione futura, qua reſurgent in ætate virili. Dauid autem mortuus fuit in ætate ſenili. Vel poteſt referri ad coronationem Salomonis, qui viuente adhuc patre inſtitutus eſt rex ab eo, cum eſſet adhuc iuuenis: & ſic ſenectus Dauid fuit quodammodo mutata in iuuentutem, inquantum filius repræſentat patris perſonam, ſecundum illud Eccl. Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus: reliquit enim ſimilem ſibi poſt ſe.*

*c* Faciens.

### MORALITER.

a *Qui replet in bonis deſiderium tuum.* non malis. nam hoc eſt iræ ſuæ ſignum: Sicut populo deſideranti carnes, dedit ei ad malū ſuū. *Num. 11. a*

b *Renouabitur vt aquilę iuuentus tua.* ſcilicet in mente Apoſt. licet his, qui foris eſt, homo noſter corrumpatur: tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem. Et quoniam hoc prouenit ex Dei miſericordia, maximè afflictis iniuſtè, Sequitur, *2. Cor. 4. d*

c *Faciens miſericordias dominus, & iudicium om. iniu.* Et ſubduntur miſericordiæ exempla, cum dicitur,

d *Notas fecit vias ſuas Moy.* i. bono prælato, qui dux eſt populi.

e *Filijs Iſrael.* adeſt eius ſubditis per ipſum.

f *Miſerator & mi. do.* per tot nomina exprimitur miſericordia Dei, quia licet ſit ſimplex, & vnica: tamen à nobis explicari non poteſt ad plenum etiam per nomina multa.

i *Non in perpetuum ira.* quaſi diceret: Sed ad modicum tempus, nā adueniente pœnitentia ſtatim adeſt Dei miſericordia:

d Quoniam

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Homo ſicut fœnum dies eius. Aug.* Homo enim ſicut flos egre-
E ditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & non in eodem
*Vbi ſupra. Iob,14.d* ſtatu permanet: & tanquam flos agri ſic efflorebit totus ſpendor humani generis, honores, diuitiæ, &c. Flos fœni non eſt annuus, quod pulchrius eſt citò tranſit: ſed verbum domini manet in æternum: quod propter te caro, fœnum ſcilicet factum eſt. Ex te ergo puluis es, ſed ex miſericordia illius aliquid. vnde ſubdit: Miſericordia domini.

*Vbi ſupra.* b *Efflorebit. Caſ.* ideſt ad plus ſic florebit, vel efflorebit, ideſt deflorebit. Et ſic eſt intentiuum vel priuatiuum. † ita

c *Et iuſtitia, illius in filios filiorum his qui ſeruant teſtamentum eius. Aug.* Miſericordia, & iuſtitia retributio eſt. Dicit, ſuper filios filiorum. Multi iuſti non habent filios, nedum filios filiorum, ſed filij ſunt opera: filij filiorum, merces operum. † erit

d *Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam. Caſſi.* Prædicat iudicium futurum, ne peccantes inſoleſcant, quaſi: Et debes eſſe memor, vt facias, quia. † eum amplius locus eius

e *Benedicite domino omnes angeli eius potentes. Caſ.* Tertiò monet cęleſtes, & omnes alias creaturas benedicere. Benedicite domino, &c. Aggratulando dicit, non imperando, vel monendo. † ſeculum

f *Miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. Aug.* Vos benedicite: malus, & ſi lingua tacet, vita blaſphemat, ſi hymnum cantat, tamen multos intuentes mala, mittit in blaſphemias. Si ergo vis benedicere Deum, fac verbum eius, fac voluntatem eius. vnde in Leuitico: Os turturis iubetur retorqueri ad aſcellas, vt quod habet in ore, oſtendat in opere. *Leuit. 1. b*

a ¶Et cito tranſit vel cadit.
Quoniam puluis ſumus, homo ſicut
a ¶Quod hodie viret, & mox areſcit. b ¶Ideſt quod pulchrius habet. c ¶Qui citius tranſit.
fœnum: dies eius † tanquam flos
a ¶Intentiuum vel priuatiuum. ¶Ecce in vere flos, b ¶Ecce qui mane florebat abit.
agri, † ſic efflorebit. Quoniam
a ¶Vel dum in eo ... ¶Hic eſt finis miſerorum.
ſpiritus pertranſibit in illo, &
a ¶Caſſi. Non reuertetur ſpiritus. Contra dementes, qui dicunt animas in hunc mundum redituras
non † ſubſiſtet, & non cognoſcet
a ¶Caſ. Talis eſt natura hominis, ſed per miſericordiam æternus erit: hinc præ ... premit, inde ſuam ſtatuit.
† amplius locum ſuum. Miſeri-
a ¶Cum mundus cœpit adminiſtrari.
cordia autem domini ab æter-
a ¶Sine fine.
no, & vſque in † æternum ſuper
¶Non alios.
timentes eum. Et iuſtitia illius
¶Et ne omnes præſumant, ſubdit: his, &c.
in filios filiorum, † his qui ſer-
a ¶Aug. eſt. Non vt memoriter pronuntient, ſed agant, quod ſi nimis multa tibi videntur in duobus mandatis charitatis omnia implentur. Tene radicem charitatis & tota arbor in te eſt. Finis enim præcepti eſt charitas.
uant teſtamentum eius. Et † memores ſunt mandatorum ipſius,
a ¶Chriſtus qui deſcendit & aſcendit.
ad faciendum ea. Dominus in
a ¶De bonis & malis iudicabit in cœlo exiſtens, qui prius in terra deuſus eſt. b ¶Iudiciariam.
cœlo parauit † ſedem ſuam, & re-
a ¶Ne impotentem putes
gnum † ipſius omnibus domina-
b ¶Quod facitis amo.
bitur. Benedicite † domino om-
a ¶Non mali. b ¶Ideſt poteſtate.
nes angeli eius potentes † virtu-
a ¶Non vitio vt diabolus. b ¶Verbo Dei non es iuſtus, niſi cum facis. c ¶Caſſi. Ideſt humiles, non ſuperbi qui ſuum auctorem norunt & venerantur, hi tales digni ſunt benedicere, non alij, vel vt per vos nos audiamus, veſtro exemplo inſtruamur.
te, facientes verbum † illius, ad
¶Sine ſtrepitu.
audiendam vocem ſermonum
a ¶Verbum ... concitat animos
eius. Benedicite † domino omnes
a ¶Ille ordo angelicus.
virtutes eius, miniſtri † qui fa-
a ¶Ne te iactes qui facis voluntatem eius.
citis voluntatem eius. Bene-
a ¶Cum bene viuis omnia opera eius benedicunt. ¶Cæleſtia, terreſtria.
dicite † domino omnia opera
a ¶Sic vbi non dominatur, ibi non benedicatur. vbique eſt, vbique benedicatur, nullus excuſatur
eius, in omni loco dominationis
a ¶Vnde cœpit ibi finit; vnde a benedictione profecti ſumus ad benedictionem redeamus.
eius, benedic anima mea † domino.

† thronum ſuum
F
† eius omnium

## NIC. DE LY.

a Homo ſicut fœnum. *virens ad tempus modicum.*

b Dies eius. *ideſt vita eius.*

c Tanquam flos agri, ſic efflorebit. *quia ſicut flos agri ad calorem ſolis deſiccatur, ſic vita hominis ad calorem febris, vel alterius infirmitatis ſtatim exterminatur.*

d Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet. *Quod poteſt dupliciter exponi. Vno modo de ſpiritu vitali, qui egreditur à corde, & in alijs partibus facit ſenſum, & motum, & ipſo deficiente deficit corporalis vita. Alio modo de ſpiritu rationali, qui cum pertranſit à corpore deſinens ipſum informare, deficit vita, ſecundum quod dicitur primo de Anima in fine, quòd egrediente anima corpus expirat, & marceſcit.* *Ariſt. 1. de anima tex. c. 90*

e Et non cognoſcet amplius locum ſuum. *In tranſlatione Hieronym. habetur: & non cognoſcet eum vltrà locus eius, & vtrunque verum eſt, quia ſicut exiſtentes in vita præſenti non cognoſcunt ea, quæ ſunt in receptaculis defunctorum, ſic nec defuncti ea, quæ ſunt in locis viuentium. ſecundum quod dicit Auguſtinus libro de cura pro mortuis agenda. Et eſt intelligendum hoc de lege communi, quia aliquando fit aliter ex reuelatione ſpeciali. Sciendum etiam, quòd beati vident in verbo ea, quæ faciunt ad augmentum beatitudinis ſuæ, & ſic vident ea, quæ ſunt hic inferius ad reuerentiam eorum, & honorem.* † dominū *Aug. lib. de cura agenda pro mortuis.*

f Miſericordia autem domini ab æterno, & vſque in æternum. *Hic conſequenter accipitur ratio laudandi Deum ex beneficijs omnibus iuſtis collatis, cum dicitur, Miſericordia autem domini ab æterno, & vſque in æternum. ideſt abſque termino à parte finis.*

g Super timentes eum. *timore filialis reuerentiæ, qui manet etiam in patria. ſecundum illud pſal. Timor domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi.* *Pſal. 18. c*

h Et iuſtitia eius in filios filiorum. *qui ſunt imitatores paternorum bonorum.*

i His, qui ſeruant teſtamentum eius, *corde retinendo, & opere adimplendo, & per hoc patet litera verſus.*

K Dominus

K Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam, & regnum ipſius omnibus. *Hic conſequenter inducit Dauid ad Dei laudem angelicam creaturam. Circa quod ſciendum, quòd licet Deus ſit vbique per eſſentiam, præſentiam, & potentiam, tamen eſt in cœlo ſpeciali modo, ſcilicet per apertam viſionem, & hoc eſt, quod dicitur: Dominus in cęlo parauit ſedem ſuam, & regnum ipſius omnibus. & quia ibi videtur clarè à ſanctis angelis. ideo ſubditur,* G

l Benedicite domino omnes angeli. *benedictione laudis diuinę, qua minor benedicit maiori, vt dictum eſt.*

m Potentes virtute. *virtus eorum etiam naturalis ſupra modum excedit virtutem omnium corporalium, & quia hęc virtus remanſit in dæmonibus, ideo dicitur Iob 41. d. Non eſt poteſtas ſuper terram quæ ei comparetur: veruntamen quia ſancti angeli omnino ſunt obedientes diuinæ voluntati. Ideo ſubditur,* *Iob 41.*

n Facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius. *Iſti ſermones ſunt diuinæ reuelationes, quæ primo ſunt angelis ſuperioribus, & per illos medijs, & per medios inferioribus, & per inferiores ſanctis hominibus ſecundum Diony. de angelica hierarchia.* *Dion. de angel. hier.*

o Benedicite domino omnes virtutes eius. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de omnibus angelis communiter, qui aliquando dicuntur Dei virtutes propter excellentiam ſuę virtutis. Alio modo ſpecialiter de ordine medio angelorum ſecundæ hierarchię, qui dicitur ordo virtutum, eò quòd miniſterialiter operantur in miraculis factis diuina virtute contra ſolitum curſum naturę. ideo ſubditur.*

p Miniſtri eius qui facitis voluntatem eius. *per talia enim miracula oſtenditur, quòd Deus in creaturis non agit ex neceſſitate naturæ, ſed ex libera voluntate.*

q Benedicite domino omnia opera eius in omni loco dominationis eius, benedic anima mea domino. *Hic vltimò inducit Dauid omnem creaturam ad Dei laudem, dicens: Benedicite domino omnia opera eius. Creaturę enim intellectuales laudant eum propriè, quia capaces ſunt ipſius per cognitionem, & amorem. Aliæ autem creaturæ laudant eum metaphoricè, inquantum in eis, & in earum proprietatibus relucet Dei ſapientia & bonitas eius, & inquantum ſunt materia laudis diuinæ creaturis intellectualibus.* H

## MORALITER.

d *Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo & non ſubſiſtet, &c.* ideſt anima egreditur à corpore, qua egrediente corpus expirat, & marceſcit primo de Anima.

g *Et non cognoſcet amplius locum ſuum.* ſecundum præſentem ſtatum.

f *Miſericordia autem domini ab æterno.* ad electos.

h *Et iuſtitia illius in filios filiorum his qui ſeruant teſtamentum eius*, reddendo præmium illis ſecundum merita. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi dominus in illa die, &c.

K *Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam, & regnum ipſius omnibus dominabitur.* Hic inducuntur angeli ad laudem Dei, qui de meritis hominum gaudent, cum dicitur: Dominus in cęlo parauit ſedem ſuam. licet enim ſit vbique, tamen ibi magis relucet virtus gloriæ ſuæ.

b *Tremere. Auguſtinus.* Melior eſt tremor humilitatis, quàm confidentia ſuperbiæ. Vnde Apoſtolus: Cum tremore operamini veſtram ſalutem.

*Philip. 2. b*

c *Montes. Aug.* Qui ſuperbi erant: iactantes à ſe omnia.

d *Cantabo. Caſſiodorus.* Tertia pars vbi promittit ſe ſemper cantaturum. Q. Hæc prædicta fecit Dominus, & his inſpectis. Can.

e *In vita mea. Auguſtinus.* Præſenti, & futura, ſpei, & ſpeciei. Modò ſpes eſt vita noſtra, poſt ęterna erit. Vita vitæ mortalis ſpes eſt vitæ immortalis.

f *Quandiu ſum. Auguſtinus.* Quia in illo ſine fine ſum, pſallam quãdiu ſum, ne putetur alius actus illius vitæ, quàm pſallere: Quia non poteſt venire in faſtidium, qui laudatur: non venit in faſtidium laudare, ſed ſemper amatur, ſemper laudatur.

g *Iucundum ſit.* Alia litera: Suauis ſit eis diſputatio mea. *Auguſtinus.* Diſputatio enim hoīs ad Deum, eſt confeſſio peccatorum. Vnde Eſaia: Auferte nequitias ab animabus veſtris, diſcite benefacere, iudicate pupillo, & venite, & diſputemus, dicit Dominus. Diſputatio ergo tua, ſacrificium humilitatis tuæ, quod eſt Deo ſuaue.

*Eſa. 1. d*

† Suauis ſit ei diſputatio mea & ego iucundabor

h *Benedic anima mea Dominum. Aug.* Iterat quod in principio pſalmi. Benedic anima mea Domino, per hoc innuens, quòd finis bonorum ſimilis ſit principio.

a ¶Omnino vt conuertantur. ¶Vt clament defecit ſpi. meus. b ¶Aug. Inuenit ſe homo terram pœnitens de peccato.

rum & deficient, & in puluerem ſuũ † re-

† cõuertentur

a ¶Ablato ſpiritu eorum. b ¶Sanctum qui creat nouos. c ¶Vnde ipſius figmentum ſumus creati in operibus bonis.

uertentur. † Emitte ſpũm tuũ, & creabũtur: & † renouabis faciẽ terræ. Sit gloria

† Emittes

† innouabis

a ¶Nouis hominibus confitentibus, q̃ à te non à ſe boni ſunt. b ¶Et quia ex Deo omnia bona.

a ¶In æternum.

Dñi in ſeculũ, lætabitur Dñs in operibus ſuis. Qui reſpicit terrã, & facit eam tremere: qui tangit montes, & † fumigant.

a ¶Non tuis. b ¶Quæ in eis facit & qualiter faciat ſubdit: Qui reſp. ¶Miſericordia. c ¶Humanæ mentis. ¶Quæ exultat de bonitate ſua. d ¶Vnde cum tremore operamini. v. ſ. Deus enim qui facit omnia in omnibus. e ¶Compunctione & amiſſione rerum.

a ¶Auguſt. Qui ſuperbi iactantes ſe. b ¶Tacti. c ¶Precem Deo reddunt. ſacrificium cordis fumigant ad Deum. Incipit & flere, quia & fumus excutit lachrymas.

a ¶Quicquid cantat in vita cantat.

Cantabo Dño in vitã mea, pſallam Deo meo quãdiu ſum. † Iucundũ ſit ei eloquiũ meum: ego verò delectabor in Dño. Deficient peccatores à terra, & † iniqui ita vt nõ ſint: benedic anima mea Domino.

a ¶Suauis eſt Deo confeſſio tua, bona commutatio. ſuauis eſt ubi ipſius gratia, ego verò dele. b ¶Auguſt. Quo me ei indico ſcienti, vt ſe indicet mihi neſcienti.

a ¶Et meo exemplo.

a ¶In ſe. ¶Ne iam ſit quod prius auferatur ſpiritus eorum, vt ſpiritu Dei recreentur. b ¶In proximo. c ¶Deficiant.

a ¶Iniqui. ſ. b ¶Vidit hoc & impletus gaudio dicit. ¶Principium iterat.

† iniuſti

que pro maiori parte eſt terra.

c Emitte. *ideſt emittes, ſicut habetur in Hebræo, & in tranſlatione Hieron.*

d Spiritum tuum. *ideſt tuæ voluntatis effectum.*

e Et creabuntur. *ideſt de nouo formabuntur eadem in ſpecie ſecũdum curſum naturæ, & aliquando eadẽ in numero ad declarationem poteſtatis diuinæ in operibus miraculoſis.*

f Et renouabis faciem terræ. *ſicut patet in æſtate: quia tunc renouatur herbis, & floribus, & fructibus, quibus priuata fuerat in hyeme.*

g Sit gloria Domini. *i. laus, & honor ſibi debitus impendatur.*

h In ſeculum ſecu. *ideſt abſque termino à parte finis.*

i Lætabitur Dominus in operib. ſuis. *ideſt in creaturis ad ſuam gloriam ordinatis, ſecundum quod dicitur in Prouer. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus.*

K Qui reſpi. ter. & fa. eam treme. *vt patet in motu terræ procedente ex diuina ordinatione.*

l Qui tangit montes. *tactu fulguris, quod frequentius cadit in mõtibus altis.*

m Et fumigant. *quia ignis fulgureus magis fumigat, quàm inflammet. Sciendum autem, quòd omnia prædicta de ordine creaturarum, & prouiſione viuentium ad hoc inducta ſunt, vt ex eis rationalis creatura inſurgat ad laudem, et honorem conditoris.*

n Cantabo. *Hæc eſt vltima pars in qua Pſalmiſta reſumit Dei laudẽ in prin. pſ. inchoatam, dicens: Cãtabo Domino in vita mea. i. quandiu viuam, ideo ſubditur:*

o Pſal. Deo meo quandiu ſum. *Et dicit cantabo, & pſallam, quia diuina laus debet procedere ex corde, & ore.*

p Iucun. ſit ei elo. *coram eo placitum.*

q Ego ue. *ideſt in conſolationibus diuinis, & non in terrenis.*

r Deficient peccatores à terra. *Loquitur de peccatoribus, & iniquis in ſua malitia obſtinatis.*

s Benedic anima mea Do. *et ſic terminat canticũ, ſicut incepit ipſum. Quod frequenter fit in cantilenis, & exponatur ſicut in princi. pſal.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Et deficient. *à vita præſenti.*

*b* Et in puluerem ſuum &c. *ideſt in materiam vnde fuerunt formata, quæ pro*

*In pſ. 103. Benedic. vbi dicitur in poſtil. Benedic anima mea Domi. & dicit anima mea. &c.*

### ADDITIO PRIMA.

¶ Hic Pſal. videtur continuari propriè cum vltimò præcedentis Pſalm. Ibi enim concluſit: Benedic anima mea domino, non exprimens modum, ſeu materiam huius benedictionis, ſeu laudis. In hoc verò pſal. reſumens illud verbum vltimum ſcilicet Benedic anima mea domino, declarat materiam huius laudis, ſeu benedictionis ſumptam ex rerum creatione: Vnde Ra. Aben. in ſua glo. ſuper Pſalte. in hoc narrat opera à Deo facta in creatione mundi. Ex quibus operibus Deus debet propriè dici magnificus: quia magnificentia ſecundum Philoſophum. iiij. Ethi. eſt virtus a qua magna opera fiunt, quæ quidem magnificentia excedit noſtrã narrationem, & ideo dicit: Vehementer, & quia humana mens non attingit naturaliter ad notitiam Dei, niſi inquantum à cognitione creaturarum procedit in cognitionem creatoris, iuxta illud Inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta ſunt, intellecta proſpiciuntur: ideirco dicit: Confeſſionem, & decorem induiſti. Pro quo ſciendum, quod ſicut ſi aliquis homo maximè potens, & virtuoſus ſit vndique coopertus aliquo pulcherrimo, & pretioſiſſimo indumento, talis non poteſt videri nec per conſequens laudari à vidente ipſum, niſi ex decore, & pretioſitate indumenti, ſic Deus non poteſt à nobis cognoſci naturaliter, neque laudari, niſi per creaturas ab ipſo factas: ex qua conſideratione pſal. dicit. Confeſſionem, & decorem induiſti. q. d. Ex decore tui indumenti, quod conſiſtit in operibus tuis, habemus te laudare ſeu confiteri: Et quæ ſunt illa opera, ſubdit. d. Amictus lumine ſicut veſtimento, quia in principio creationis rerum fit mentio de productione lucis. Ge. j. Fiat lux: vnde lumen hic dictum per pſal. referendum eſt ad illud lumen primò creatum qualitercunq; accipiatur, ſiue corporaliter, ſiue ſpũaliter, ſiue vtroque modo, vt ibidẽ eſt vidẽdum. Conſequẽter dicit: Extendens cęlum ſicut pellem, qui tegis aquis ſuperiora eius, vbi tanguntur opera ſecundę diei, in qua factum fuit firmamentum diuidẽs aquas ſuperiores ab inferioribus, & ſic poſtea ſucceſſiuè facit mentionem de fundamento terræ, & de plantis, & de luminaribus, & de piſcibus, & de beſtiis, & de homine, licet non ſeruato ſemper ordine, quo Gene. j. traduntur. Introducit etiam quędam ad prouidentiam viuentium pertinentia: ſicut de pluuiis, fontibus, & ventis, & de nutrimentis animalium, & huiuſmodi, & conſequenter concludit de vltimo fine creaturarum, quæ ſunt ad claram notitiam deitatis cum laude factæ, & hoc cum dicit. Sit gloria Domini in ſeculum &c. In fine autem declarat vltimum finem hominis iuſti, cum dicit: Ego verò delectabor in Domino. Similiter & punitionem impiorum, cum dicit: Deficiant peccatores, & ſic reſumit: Benedic anima mea Domino, quaſi dicat ſic ſumitur ex creaturis benedictio, ſeu laus diuina. Ad quam expoſiti. ſatis bene poſſet applicari litera præſuppoſitis aliis de his, quæ traduntur in poſtil. ad hoc pertinentibus.

*Gen. 1.*

*Ari. 4. Mor. Nicom.*

*Rom. 1. c*

*Gen. 1. a*

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtil. Super montes ſtabunt aquæ.*

### ADDITIO II.

¶ Opinio Rabi Sa. in hoc loco verior eſt. Ratio autem quam poſtil. contra eum facit. d. quòd cum aquæ ſint graues, & fluidæ ęqualiter tendunt ad centrum vndique, non ualet: nam uirtute diuina erant congregatæ præter naturam ſuam, ut terra arida appareret. vnde: Congregentur aquæ ſub cęlo ad locum unum, & appareat arida: & de hoc plenius eſt uidendum ibidem.

*Gen.*

*In eodem pſal. vbi dicitur in poſtil. Herodij domus dux eſt eorum.*

### ADDITIO III.

¶ Vera litera Hebraica habet ſic in hoc loco. Ciconia in abietibus domus eius, uel abietes ſunt domus eius. & hoc apparet manifeſtè: quia ciconia communiter habitat, ſeu nidificat in altis ædificiis, ſeu altis arboribus, & per conſequens in abietibus, ſeu cedris, & conſonat cum hoc, quod ſequitur: Montes excelſi ceruis, ubi Hebraica litera cum dicitur: Ceruis, habet ibicibus, quæ communiter habitant in altis montibus, ſicut ciconia in altis arboribus, ſeu ædificiis.

### REPLICA.

IN pſalmo Benedic ſecundò Burgẽ. laudat ſuum autorem. Ra. Aben. dicens eum propriè dicere Deum magnificũ in opere creationis &c. Circa pſal. autem, In te Domine ſperaui: in iiſdem ſecundum Burgen. dicit magnificentiam eſſe circa opera magnarum expenſarum, allegans ad id Ariſt. quæ magnificentia in opere creationis propriè locum non hẽt, quia Deus creando nullos ſumptus fecit, quia de nihilo cuncta produxit, & ita Burgen. phantaſiando hic laudat in Abenhazra, quod ſuprà reprehendit in poſtil. circa pſal. In te Domine ſperaui. & uide ibi corre. circa illum paſſum: Supra montes ſtabunt aquæ. Burgenſis allegat, quod dixerat circa primum cap. Gene, uide ibi correcto.

*Ari. 4. Nico.*



## GLOS. ORDIN.

a *Halleluia. Caſ.* Hic primò halleluia, nec antè à quocunq; poſitũ eſt, qđ nulla lingua p̃ſumpſit mutare. Halleluia laudate. Ia nomẽ Dei inuiſibilis, qđ ei tñ conuenit. Per xx. pſal. q̃bus hic tit. eſt magnalia Dei dñr, & magna ĩ eis eſt exultatio. *Caſ.* Hic cõmẽdat ꝓpheta bonos ĩ illo populo Iſrael, q cũ alijs fidelib. ſunt verum ſemẽ Abrahę filij promiſſionis.

*pſ. 104*

## GLOS. ORDIN. PSAL. CIIII.

CONfitemini Dño. *Aug.* Prim° pſal. cui prenotatur haleluiah, vñ & incipit: Confitemi. i. laudate. Premiſſa laude ſequit̃ ĩuocatio, vt petat deſiderata. vñ: Cõfitebimur, & inuocabimus: Et alibi: Laudãs iuocabo dñm. Et in orõne dñica breuis laus ꝓponit̃: Qui es in cęlis, & ſequuntur petitiones. *Aug.* primò, vt ĩ verbis exterioribus. intellectum interiorẽ videas quaſi in corpore aĩam admonet ſemen Abrahę. i. filios ꝓmiſſionis, ptinẽtes ad hr̃ditatẽ teſtamẽti æterni, vt ipsũ Deũ tanq̃ hr̃ditatẽ eligãt, gratis nõ pro aliquo extra eũ colãt, & hoc faciãt laudãtes, inuocãtes, annũtiantes, nec in ſua, ſed ĩ eius gloria p fidẽ bñ opantes, ſpe gaudentes, charitate ferentes. Hoc totũ ſonat his verbis. Cõfitemini, vſq;: Memẽtote mirabiliũ: Vbi ad paruulorũ corda nutrienda, & ĩ fide roborãda, ꝓponit de fide patriarcharũ, & ꝓmiſſionibus Dei, vt ſimus ſemẽ illorũ nõ ſolũ de Iudæis, ſed de oĩbus gẽtibus, & hoc vſq;: Cũ eſſent numero breui &c. Qñ aũt occurrebat aĩo paruę fidei, ſi Deus gratis eſt colẽd°, & ipſe eſt hr̃ditas, qđ de neceſſitatibus mortalis vitæ fiet? ſubdit: Quid p̃ribus p̃ſtitit, & filijs eorũ tam carne, q̃ fide. Cũ eſſent numero &c. Si q̃ris, q̃uo tranſierunt de gẽte ad gentẽ, & de regno ad po. al. vocauit famẽ, vſque: Et auxit populũ ſuũ vehem. & firmauit ſup inimicos eius. Q̃uo firmauit? Cõuertit cor eorũ, vſq; ad: Expãdit nubẽ, vbi dictis malis, quæ inimicis eorum iuſtitia Dei intulit, quæ temporalia miſericordia Dei eis dedit, ſupponit.

c *Omnia. Caſ.* omnia nihil eſt pudore ſilendum. Vel oĩa quæ dicent, mirabilia ſunt: nullus enim poteſt omnia narrare.

d *Laudam. in no.* i. gaudete Chriſtiani dici à Chriſto. *Aug.* Laudamini, nõ vetat laudari, ſi boni, ſi nõ niſi in dño, qui bonos facit. *Aug.* Laudamini in noĩe. Qđ alibi: In Dño laudabit̃ aĩa mea, quod ibi addit, audiant manſueti, & lætentur: hic quoque quodammodo, lætetur cor, quaſi dicat:

e *Faciem &c. Aug.* i. præſentiam, quæ etſi per fidẽ inuenitur: tñ ſemper in hac vita perquirẽda eſt, vt poſtea per ſpeciẽ habeatur. Vel ẽt tũc ſine fine quæretur: quia, qui amatur, ſemper deſideratur, ſemper quæritur, ne ſit abſens, ſed ſemper plens. Malus timere poteſt p̃ñtiam, quã bonus amat. *Hieron.* A martyre Hyppolito. Iſaac, imago eſt Dei: Rebecca, Spiritusſãcti. Eſau, prioris populi, & diaboli. Iacob, eccleſiæ, vel Chriſti. Senuiſſe Iſaac, ſignificat conſummationem orbis calligaſſe, fidem periſſe. Quòd filius maior vocatur, acceptio legis eſt. Quòd capturas diligit, ſaluati ſunt ab errore, iuſtis eos venãtibus. Vade, accipe duos hędos: ſignificat aduẽtũ Chriſti in carne: in quo duos populos liberat à peccatis, teneros, dociles, innocentes. Veſtis Eſau, ſides Hebræorum ſcriptura, quibus Gentilis induitur. Pellis in brachijs, peccata vtriuſq; populi, quæ in extenſione manuum Chriſtus ſecum cruci affixit. Cur tam citò. ve. Miratur celerem fidem. Cibus placens, ſalus eſt peccatorum. Poſt eſum ſequitur bñdictio. Et odore, virtutem reſurrectionis, & regni pronuntiat, vt ſeruiant et credentes ex Iſrael. Eſau necem cogitat, quia iniquitas inimica eſt iuſtitiæ. Vadit Iacob in Syriam accepturus vxorem. Chriſtus à Iudęis in Galileã, ibi ex gentibus ſumpturus eccleſiã.

*Gen. 27. b*

*Gen. 28. a Matt. 4. b*

f *Memen. &c. Aug.* Quęrite ipsũ, ſed q nõ ferũt ſolẽ in rota, i. q nõ p̃nt intelligere Xp̃m ĩ altitudine ſuæ deitatis, dicit: Memẽt. &c. *Aug.* Iã ardẽs laudator cõtẽperat ſe infirmis, quos mirabilib°. Dei nutrit. Si id qđ Deus eſt, magnũ eſt q̃rere, vel q̃ fecit videre.

g *Prodigia, &c. Augu.* Paulatim aſcendit de prodigijs viſibilibus ad iudicia: inde ad æternum teſtamentum, vbi & præceptum, & promiſſum.

h *In vniuerſa terra. Aug.* Non putes filios Abrahę in vna gente ſecundum carnem, quia in vniuerſa terra ſunt Iacob, & Iſrael, quibus iudicia ſua manifeſtat, ſed non alij genti.

☞ a In

¶Laudate Do.

Halleluia CIIII.

a ¶Laudate. ¶Quod ſit ab amante. Non eſt enim ſpecioſa laus in ore pec.

CONfitemini Domino, & inuocate nomen eius: annũtiate inter † gẽtes opa ei°. Cantate ei, & pſallite ei: narrate omnia mirabilia eius. Laudamini in nõmine ſancto eius, lętetur cor quęrentium Dominũ. Quęrite dominũ, † & cõfirmamini: quęrite faciẽ eius ſemper. Mementote mirabiliũ eius quę fecit, prodigia eius & iudicia oris eius. Semen Abrahã ſerui eius, filij Iacob electi eius. Ipſe dominus Deus noſter, in vniuer-

a ¶Quia laudans audietur.

a ¶Aug. Amor Dñi in paſcẽdis eius ouibus maximè oſtenditur.

a ¶Verbo, quia ore cantatur. b ¶Et opere laudate, quia manibus pſallitur.

a ¶Quod bene operantes poſſunt. ¶Reſpicit ad id quod dixit pſallite. ¶Ideſt operamini ſic, vt laudemini.

a ¶Ne de bono opere homo in ſe glorietur.

a ¶Etſi non corpus. b ¶Qui bene operantes æmulantur. ¶Quanto magis inuenientium. c ¶In primum.

a ¶Inde fortes & etiam illuminati, vt ſciant agenda & poſſint ea perficere.

a ¶In præſenti, & in futuro.

a ¶Maiora miracula, quibus aliquid futuri ſignificatur.

a ¶Quæ per Moyſen mandauit in lege. b ¶Quibus hoc dicitur illis qui ſunt ſemen, ſecundum fidem.

a ¶Imitatores luctando.

a ¶Mementote quia. ¶Chriſtus eſt.

## NICOLAVS DE LYRA. PSALMVS CIIII.

COnfitemini Dño &c. *ſecundum quod dicit Hiero. in prologo ſuper librũ iſtũ pſal. iſte primus eſt inter illos, qui dicuntur haleluiatici, & ſed in hoc haleluiah, quod ponitur inter principium huius pſ. & finẽ præcedẽtis, nõ p̃tinet ad pſal. præce. ꝓ*[illegible] *hoc aliqui dicãt, ſed ponitur magis in prin. huius pſ. tanquã titulus: quia pſalmi à titulis ſuis denominantur. Sciendũ ẽt, q, hoc haleluiah non eſt vna dictio, vt credunt aliqui, ſed duæ in Hebr. quia* הללו *hallelu ſignificat laudate, & eſt verbum imperatiui modi, & iah ſignificat Deum, & tenetur hic in accuſatiuo caſu: patet igitur q p̃ſ. iſte eſt quædã inuitatio ad laudẽ diuinam, & duo ſequentes ſimiliter. Et ſecundũ Auguſtinũ ſunt à Dauid. ſecundũ verò Hiero. & Hebræos autor ignoratur in particulari, tenetur tamen q facti ſunt ab aliquo viro ſancto, vel pluribus Spiritũ ſanctũ habẽtibus. Diuiditur aũt pſal. iſte in duas partes, quia primò Pſalmiſta excitat populũ ad laudẽ diuinã: ſcdò ad hoc efficacius agẽda recitat bñficiorũ Dei memoriã, ibi: Memẽtote. Circa primũ ait Pſ.*

*a* Confite. Do. *confeſſione laudis pro beneficijs ab eo obtentis.*

*b* Et inuocate nomen eius. *pro obtinendis, quia gratitudo de præteritis beneficijs eſt optima diſpoſitio pro alijs impetrandis.*

*c* Annuntiate inter gentes opera eius. *ſuæ bonitatis, & poteſtatis declaratiua, quæ explicantur infra.*

*d* Cantate ei. *ore.*

*e* Et pſallite ei. *corde.*

*f* Narra. om. mira. eius &c. *ideſt aliqua ex omnibus, quia omnia nõ poſſunt narrari, ſiue enumerari particulariter.*

*g* Lauda. in no. ſan. eius. *i. opera facite bona de genere, & ex intentione gloriæ diuinæ, vt ſic ex illis operibus laudemini in nomine Domini, ad quem opera illa ſunt directa.*

*h* Lætetur cor quæren. do. *Quærens n. aliquid, hẽt materiã lætitiæ, quãdo eſt certus de inuentione: Quærentes dominũ fideliter. inueniunt eũ infallibiliter ſecundum illud Matt. Omnis qui quærit, inuenit &c. iõ ſub.*

*i* Quæri. do. & confirma. *ideſt ſitis certi de inuentione.*

*K* Quæri. fa. eius. *ideſt placete in conſpectu eius.*

*l* Mementote. *Hic conſequenter pſal. recitat Dei beneficia ad laudem eius excitatiua. Et diuiditur in quinque partes, ſcdm quinque partes, quorum tpĩbus Deus beneficia contulit Iſraeli, partes patebunt proſequẽdo: Prima pars continet tẽpus Abrahæ vſq; ad Iacob. Dicit igit̃: Memẽtote mirabilium eius quæ fecit, quia Abraham de fornace Chaldæorũ miraculoſe liberauit, vt dictum fuit in Gen. & pp vxorem eius Pharaonem regem Aegypti, & Abimelec regem Gerare flagellauit.*

*Diuiſio.*

*Gen. 11. a Gen. 12. c & 20. a*

*m* Prodigia eius. *Iſta prædicta vocantur prodigia, quaſi procul à digito dicta, eo q cauſa effectiua talium eſt hominibus incognita, vel occulta, quia fiunt contra curſum naturæ, & ſic immediatè dependent à diuina voluntate, quæ nobis occulta eſt.*

*n* Et iudicia oris eius. *quia flagellatio regum dicta fuit quidã effectus diuinæ iuſtitiæ. Poteſt etiã litera huius verſus referri ad mirabilia, quæ facta fuerunt in terra Aegypti per Moyſen, & Aaron, ad punitionem illius populi, quæ explicantur infrà pſal. iſto.*

*o* Semẽ Abra. *i. vos qui eſtis ſemen Abrahã debetis iſta memorari.*

*p* Serui eius. *quia alijs ad idololatriã declinantibus, Abraham confeſſus eſt ſe ſoli Deo ſeruire tempore Nemroth.*

*q* Filii Iacob. *i. vos qui eſtis filij Iacob, debetis iſta memorari, q a fides Abrahę p Iſaac deriuata eſt ad Iacob, alijs ad infidelitatẽ declinãtibus.*

*r* Ele. eius. *quia cũ adhuc eſſet in vtero matris eius cũ Eſau, electus fuit à Domino, Eſau reprobato: cum tamen nihil boni aut mali adhuc egiſſeat, vt dicit Apoſt.*

*Rom. 9. a*

*s* Ipſe Do. Deus no. *per verum cultum, & fidem, licet ſit dominus, & Deus omnium per creationem, & gubernationem. ideo ſubditur:*

*t* In vni. ter. iu. eius. *quia pro ſua voluntate poteſt peccatores punire.*

¶ *a* Memor

## MORALITER.

✠ a *Confite. Domi.* Iſte pſalmus, & ſequẽs ſunt quędã inuitationes ad Dei laudem ex beneficiis populo Iſrael collatis, quæ ſuperius in libris Moyſi literaliter, & myſticè ſunt expoſita: propter quod hic pertranſeo de alia expoſitione inducenda.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

a *In ſeculum. Auguſtinus.* Ideſt in æternum. vnde pòſt: in teſtamentum æternum. Quod teſtamentum ſi vetus accipitur

Vbi ſupra. propter terram Chanaan, de qua ſequitur: Quomodo æternum eſt, cum illa terrena hæreditas non poſſit eſſe æterna?

b *Teſtamenti ſui.* Dicitur enim teſtamentum, illud quod promittitur, & doctrina, in qua promiſſio declaratur, & pro qua ſeruata

Rom. 1. b redditur. *Auguſtinus.* Promiſſum, eſt quod accipere debemus. Mandatum, quod facere. Hæc eſt fides, vt iuſtus ex fide viuat, & huic fidei promittitur hæreditas.

c *Abraham, Iſaac, Iacob.* Ecce tres patriarchæ, quorum ſpecialiter ſe dicit

Exod. 3. b Deum: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. Ecce triplex autoritas.

d *In teſtamentum æternum. Auguſtinus.* id eſt, quod ex ipſo verbo impleto daturus eſſet aliquid æternum, ſcilicet terram Chanaan, quæ non æterna, ſed æternum ſignificat, ad quam non omnes pertinent, ideoque addit, funiculum hæreditatis. Cur cęleſtis hæreditas dicitur terra Chanaan, nomē aperit, interpretatur enim Chanaā

Gen. 9. d humilis. Dixit autem Noe Cham futurum ſeruum fratrum ſuorum: Is eſt ſeruilis timor, qui non manet in domo, ideo excluſo Chanaan datur terra ſemini Abrahæ, quia charitas

1. Ioh. 4. d foras mittit timorem, & manet filius

† tráſierūt in domo in æternum.

Vbi ſupra. e *Terram Chanaan, funiculum hæreditatis veſtræ. Caſſiodorus.* Ideſt quod ab ea ſignificatur: dedit enim etiam hāc terram in figuram æternæ hæreditatis. *Auguſtinus.* Congruè hæreditas æterna dicitur terra Chanaan, quia ab ea ſerui repelluntur, & filij recipiuntur.

F f *Cum eſſent numero breui, pauciſſimi & incolæ eius. Caſſiodorus.* Quæ ſubſidia tēporalis vitæ, præſtitit patribus, & filijs eorum tam carne, quàm fide, non vt his hæreant, ſed ea ad bonum ęternum referant, quod eſt, vt his allecti, iuſtificationes & legem Dei requirant.

g *De regno ad populum alterum. Auguſtinus.* non quòd tunc eſſet, ſed quòd futurum eſſet regnum Iſrael.

h *Nolite tangere Chriſtos meos. Auguſt.* Hæc verba licet in hiſtoria non ſint, tamen vel latenter dixit ea Deus in cordibus hominum, vel per angelū.

Ioh. 8. g i *Chriſtos. Auguſtinus.* quia iam tunc Chriſtiani, etſi latenter. vnde: Abraham exultauit, vt videret diem meū,

1. Tim. 2. g vidit, & gauiſus eſt. Nullus enim præter hanc fidem, vel antè, vel poſt, Deo reconciliatus eſt: vnus enim mediator Chriſtus.

K *Et vocauit famem ſuper terram. Auguſti.* Quarta pars vbi incipit narrare quomodo factum eſt, vt tranſirent de regno in regnum tota progenies. Vocauit. *Auguſtinus.* Quaſi perſonam animatam. fortè quia hæc mala per angelos immittit malos, qui talibus præpoſiti ſunt. Vocauit ergo famem, id eſt angelum fami, præpoſitum. Vel potius vocauit famem, ideſt dixit, vt fames eſſet, ideſt iuſſit eſſe, quæ iam erat in

Gen. 37 f diſpoſitione. Ita vocauit, & omne firmamentum panis contriuit.

l *Virum. Auguſt.* Ioſeph venditus à fratribus, poſtea in Ægypto pro iuſtitia ſublimatus eſt.

m *Ioſeph. Auguſtinus.* Si Ioſeph & humiliatus, & exaltatus locum fecit ad temporalia bona populo Dei, vt firmaretur ſuper inimicos, quantò magis Ieſus humiliatus ſecundū carnem, ſublimatus, & in cęlis exaltatus, ſuis locum fecit ad æterna. *Auguſtinus.* Filij Dei habentes promiſſionem vitæ præſentis & futuræ, ſi tentationes ſeculi duræ videntur, Ioſeph in carcere, Chriſtum in cruce cogitate, ſi proſperitas adeſt, non propter ipſam Deo, ſed ea propter Deum vtimini, nec eum putetis neceſſarium ſuis propter ea quæ dat & malis, ſed primùm quæ rite regnum Dei, & omnia ad. &c.

n *In compedibus. Auguſtinus.* non legimus de compedibus Ioſeph in Geneſi, ſed credendum eſt, quod ibi prætermiſſum dicit ſpiritus in pſal. *Caſ.* etſi gratiam habuerit apud cuſtodem carceris, tamen prius anxiatus. Sequitur:

G

a Ferrum

a Mementote, quia. ¶Implendo promiſſa.

a ſa terra iudicia eius. Memor fuit in a

a ¶Iuſtitiæ & hæreditatis æternæ. b ¶Cuius teſtamenti?

b ſeculum teſtamenti ſui, verbi quod b

¶ Aug. Id eſt omnes quibus viuendum eſt ex fide pro infinito.

mandauit in mille generationes.

¶Verbi. ¶Quod diſpoſuit.

c Quod diſpoſuit ad Abrahā, & iura b c

a ¶ Verbum fidei.

menti ſui ad Iſaac. Et ſtatuit illud d

a ¶Ipſi. b ¶Caſ. Opus eſt in præcepto, merces in promiſſo.

d Iacob in præceptum, & Iſrael in te e

ſtamentū ęternum: Dicens, Tibi da f

a ¶In domo patris mei manſiones multæ ſunt.

e bo terram Chanaan, funiculū hæ- g

a ¶Exequitur hiſtoriam. Hæc promiſit. Cum eſſent.

f reditatis veſtræ. Cum eſſent nume h

a ¶Ideſt antequam in Ægypto multiplicarentur. b ¶Aduenæ. c ¶Terrę Chanaan.

ro breui, pauciſſimi & incolę† eius.

a ¶Proponit breuiter, quod poſtea plenius narrabit.

Et † pertranſierunt de gente in i

g gentem, & de regno ad populum

a ¶Et quomodo durare potuerunt. b ¶Non permiſit.

alterum. Non reliquit hominem k

nocere eis, & corripuit pro eis l

a ¶Auguſtinus. Vt regem Gerare Abimelech ne noceret Iſaac de Rebecca. Et regem Ægypti Pharaonem, ne noceret Abraham de Sara. b ¶Dicens.

h i reges. Nolite tangere Chriſtos m

a ¶Hic apertè Abraham conſtat, quod propheta fuerit, ſic & de alijs credendum eſt.

meos, & in prophetis meis noli- n

¶Pertranſierunt, quia.

k te malignari. Et vocauit famem o p

¶Ideſt quia.

ſuper terram, & omne firmamen- q

a ¶Ideſt conſumpſit. b ¶Per hoc tranſierunt de gente in gentem, & de r. ad p. a. ¶Vide quomodo Deus vtitur malis in bonum.

tum panis contriuit. Miſit ante r s

a ¶Quem & quomodo, ecce.

l eos virum, in ſeruū venundatus eſt t u

a ¶Narrat quæ tulerat in humilitate ſua Ioſeph, quomodo ſublimatus.

m Ioſeph. Humiliauerūt in compedi- x

## NICOLAVS DE LYRA.

a Memor fuit in ſe. teſta. ſui. uer. quod man. in mil. ge. *ideſt in omnes generationes fideles. Et ponitur ibi numerus determinatus pro indeterminato, quia numeri tranſcendentes millenarium non ſunt, niſi replicationes eius, vel partium eius.*

b Quod diſpoſuit ad Abraham. *dicens ei: Per memetipſum iuraui, dicit Dominus, quia feciſti rem hanc &c. ſequitur: Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cęli. & ſubditur poſtea: Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, quod impletum eſt in Chriſto.*

c Et iuramenti ſui ad Iſaac, *quia iuramentum Dei prædictum implendum erat in ſemine deſcendente per Iſaac, ſecundum quod dicit Dñs Abrahæ, In Iſaac vocabitur tibi ſemē.*

d Et ſtatuit. *Hic conſequenter deſcribit tempus à Iacob vſq; ad Ioſeph, cū dr: Et ſtatuit illud Iac. in præce. ſ. verbū Dñi ad Abrahā, & Iſaac de cultu Dei, eò quòd de ſemine eius erat Chriſtus naſciturus: vñ dixit ei Dñs. Ego ſum Dñs Deus Abraham patris tui, et Deus Iſaac. Terram, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo, & in illa terra Chriſtus natus fuit, & myſteriū noſtræ redēptionis impleuit: per hoc aūt, quòd dixit dñs: Ego Deus Abrahā pris tui &c. iniunxit ſibi cultū unius veri Dei, vñ & Iacob euigilans dixit: Erit mihi dominus in Deum &c.*

e Et Iſrael in te. ęter. *Iſte eſt Iacob pdictus, qui primò vocatus eſt Iacob, eò quòd naſcens tenebat plātā fratris ſui. poſtea aūt uocatus eſt Iſrael, eò quòd cū angelo fortiter luctatus fuit.*

f Dicēs: tibi da. ter. Cha. *ſicut iam allegatum eſt, quia in illa Iacob dormiebat.* H

g Funiculum hære. ueſtræ. *eò quòd illa terra ſortibus erat diuidenda, quod impletum fuit tempore Ioſue poſtea.*

h Cū eſſent nu. *ſ. Iacob, & familia ſua.*

i Et pertran. de gen. in gen. *quia Iacob cū familia ſua de terra Chanaā trāſiuit in Aegyptum. Pōt ēt hoc referri ad Abrahā, qui cū familia ſua trāſiuit de Chaldæa in Syriā. & de Syria in terrā Chanaā, & inde in Aegyptum. & inde redijt in terrā Chanaan. & inde peregrinatus eſt ī Geraris, Silr Iſaac de terra Chanaā peregrinatus fuit in Geraris.*

K Non reli. ho. no. eis. *notabili nocumento, vnde & Laban perſequentem Iacob prohibuit, ne ei malum ageret. Et ſimiliter interfectis habitatoribus Sichem, terror Dei inuaſit omnes per circuitum ciuitatis, & non ſunt auſi perſequi Iacob, & filios eius inde recedentes.*

l Et corripuit pro eis re. *ſcilicet Pharaonem regem Aegypti, & Abimelech, regem Geraræ, vt dictum eſt ſuprà.*

m Nolite tangere Chr. meos. *Vnctio autem corporalis regum & pontificum primò fuit ordinata à Deo tempore Moyſi, & ideo iſti dicuntur hic Chriſti. i. vncti, non ab vnctione corporali, ſed ſpirituali, quæ eſt per gratiam Dei.*

n Et in pro. meis no. malig. *Quod enim Abraham propheta fuerit, hr in Gen. ſimiliter Iſaac propheticè prædixit vētura Iacob, & ſemini eius ſimiliter Iacob futura prædixit nouiſſimis temporibus.*

o Et uocauit. *hic deſcribitur tempus Ioſeph vſque ad Moyſen, qui ex ordinatione diuina venditus fuit in Aegyptum ad meritum ſuæ patientiæ, & ad prouidendum patri ſuo, & fratribus tempore famis futuræ, de qua hic dicitur: Et vocauit, ſcilicet dominus.*

p Famem ſu. ter. *ſcilicet ſeptem annorum, de qua habetur in Gen.*

q Et omne firma. panis. *i. ſuſtentationem, vel nutrimentum.*

r Contri. *per hoc non eſt intelligendum, quod panis ſimpliciter defecerit, quia tunc etiam vendebantur alimenta in Aegypto, vt habetur in Gen. ſed quia tunc fuit maxima ſterilitas, & defectus panis.*

s Miſit ante eos. *ſcilicet Iacob & eius filios.*

t Virum. *ſcilicet Ioſeph, qui dicitur vir à virtute, eò quòd noluit adulterio ſuæ dominæ conſentire.*

u In ſeruum uenun. eſt Ioſeph. *principi militiæ Aegypti.*

x Humiliauerunt in compe. an. eius. *quia ad falſam accuſationem dominæ ſuæ fuit in carcere religatus.*

a Ferrum



A a *Ferrum pertranſijt &c.* Q. præter mala corporis ferrum, id eſt tribulatio duræ neceſſitatis, quæ in æſtuante & ſolicita anima erat, pertranſijt &c. Vel ſecundum aliam litteram anima eius pertranſijt ferrum, id eſt tribulationem duræ neceſſitatis. Idem ſenſus cum priore.

b *In terra Cham &c. Auguſt.* Cham pater Chanaan. de quo Ægyptij trahunt originem.

c *Et auxit populum ſuum &c. Auguſt.* Quinta pars. Ecce quæ in Aegypto geſta, breuiter proponit, quæ poſtea pleniter narrat. Dicit etiā quomodo firmauit populum ſuum ſuper inimicos ſuos.

d *Et firmauit eum.* Per ſigna Moyſi ſ. antè enim maſculini fętus filiorum Iſrael necabantur, & ipſi in faciendis lateribus conterebantur. Sed poſtea in manu potenti, & per ſigna & portenta domini metuēdi & honorandi facti ſunt.

e *Conuertit. Auguſt.* Quomodo hoc factum ſit, narrare incipit. *Auguſtinus.* Conuertit, non quod Deus ſit autor mali, ſed malis bene vtitur, dum auxit felicitatem Iſrael, illi ad inuidendum cōuerſi ſunt, quia iam mali erant.

f *Vt odirent.* Inuidia eſt odium felicitatis alienæ.

g *Miſit.* Qui oīa p ſe poterat vt doceret, qua moderatione hæc egiſſet.

h *Quem elegit ipſum. Auguſt.* Sufficeret dicere, quē elegit, ſed nihil quęrendum eſt in eo, quod addidit ipſum. ſed conſuetudo diuinæ locutionis eſt ad explanationem.

B i *Verba ſignorum ſuorum. Auguſt.* Quibus ab eis prædicabatur, quæ ſigna dñs eſſet facturus in terra Cham. *Auguſt.* Verba ſig. nō quibus ſigna fierēt. Multa enim ſine verbis facta ſunt. ſ. vel virga, vel manu extenta: ſed quia ipſa facta non erant ſignificationis inania ſicut verba, ideo & ipſa dicta ſunt verba: verba ergo nō vocum, ſed ſignorum, vel prodigiorum per eos fecit. *Aug.* Vel: Exacerbauerunt. Sermones eius quod apertum eſt. Vel, non exacerbauerunt Moyſes, & Aaron ſermones eius, quia illos ſcilicet Ægyptios et duriſſimos patienter tulerunt propter mādatum domini, donec omnia in eis quæ dñs diſpoſuit fierent.

K *Tenebras &c. Caſſiod.* Inter plagas paſſi ſunt. Sed hic dicit corda corū obſcurata, qui præcepta Dei ſpernebant. Competens initium plagarū cęcitas, ſine qua non incurriſſent cętera.

m *Conuertit aquas. Caſ.* Secunda plaga quæ in Exodo prima, quæ ſignabat quòd aquas maris rubri verteret & eis in mortem.

n *Edi. terra. Aug.* Terrā corū cōuertit in ranas, quia tot fuerunt, vt hoc cōgruè per hyperbolen dicatur.

o *Dixit. Aug.* In verbo. n. eius erāt ſine tpe anteq̄ fierent in tempore per ipſum verbū, licet per Angelos: vel per Moyſen quodammodo dixit, vt fieret tunc cum fuerat faciēdum.

p *Poſuit plu. eo. &c. Aug.* Simile eſt illi, & dedit terra eorum ranas.

a Locuſta

a ¶Tribulationem duræ neceſſitatis.

a bus pedes eius: ferrum pertranſijt a

a ¶Vt de Maria dicitur in Luca: Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. i. dolor. b ¶Interpretatio ſomnij.

†animā eius, donec veniret verbum b

a ¶Sed non ab eo quia. b ¶Spiritus reuelans myſteria. c ¶Vitam e incitauit, vt ſumma diceret.

eius. Eloquium domini† inflamma- c

a ¶Vt de his eſſet de quibus Apoſtolus ſpiritu feruentes. b ¶Pharao. c ¶A reatu. i. pena. d ¶Compeditum.

uit eum: miſit rex & ſoluit eum, prin d

a ¶Inclu ſum in carcere. ¶Liberum de carcere.

ceps populorum dimiſit eum. Con-

¶Etiam.

ſtituit eum dominum domus ſuæ, e

& Principem omnis poſſeſſionis f

ſuæ. Vt erudiret principes eius g

a ¶Neque hoc legitur in hiſtoria, ſed credendum eſt tantum virum, Dei cultorem non ſolum de ſolis corporalibus curam geſſiſſe.

† ſicut ſemetipſum, & ſenes eius h

prudentiam doceret. Et † intrauit i

a ¶Aduena, non indigena: hęc eſt Ægyptus, cuius gens à Cham filio Noe deſcendit.

Iſrael in Ægyptum, & Iacob † acco- k

a ¶Q miſit Deus poſt Ioſeph Iacob in Ægyptum. b ¶Fęcunditate naſcendi.

b c d la fuit in terra † Cham: Et auxit l

populum ſuum † vehementer, & m

a ¶Hoc non ante Moyſen factum fuit, ſed per ſigna Moyſi. b ¶Vel ſuos.

† firmauit eum ſuper inimicos eius.

a ¶Dum ſuos multiplicauit. b ¶Sponte ſua malum. c ¶Per inuidiam.

e f Couertit cor eorum, vt odirent po- n o

a ¶Alias vt. b ¶Vt opere luti & lateris minuerentur. ¶Defraudando pretium.

pulum eius: et dolum facerent in p

¶Quomodo his vſus ad gloriam ſuam incipit.

g ſeruos eius. Miſit Moyſen ſeruum q

h ſuum, Aaron quem elegit ipſum. r

a ¶Id eſt per eos dedit vel fecit. b ¶Moyſe ſcilicet & Aaron. c ¶Quæ aliquid tanquam verba ſignificabant.

i † Poſuit in eis verba ſignorum s

a ¶Quæ aliquid prætendebant.

ſuorum, & prodigiorum in terra

a ¶Hoc ad literam inter plagas Ægypti legitur.

K † Cham. Miſit tenebras, & obſcu- t

a ¶Id eſt compleuit per miracula, confirmauit quod promiſit. ¶ Alias Exacerbauerunt, ſcilicet Aegyptij contradictionibus ſuis.

l rauit: & non exacerbauit ſermones u

m ſuos. Conuertit aquas eorum in x

a ¶Caſſiod. Ne ſit in aquis ſpes vitæ illis hominibus cum in aqua moritur, quod ibi naturaliter nutritur.

ſanguinem, & occidit piſces eo-

a ¶Ecce tertia plaga. b ¶Socij ranarum tunc fiant principes, qui ſub aquis poſt locandi erant.

n rum. † Edidit terra eorum ranas y z

in † penetralibus regum ipſorum.

¶Ecce quarta plaga. a ¶Muſca.

o Dixit, & venit cynomyia & a

a ¶Quæ iactantia regis, quæ nec pars eſt muſcis? ¶Culex.

cinifes, in omnibus finibus eo-

a ¶Quinta plaga. b ¶Pro pluuia quæ fęcundat grando quæ tacta arefacit.

p rum. Poſuit pluuias eorum gran- b

c Eloquium domini inflammauit eum. *In tranſlatione Hier. habetur: probauit eum. ſ. habere Dei ſpiritum, & quia aurum probatur in igne. ideo hic ponitur: Inflammauit, pro probauit.* C

d Miſit rex & ſoluit eum. *Audito per magiſtrum pincernarum, quòd optimè interpretatus fuerat ſomnia prædicta.* Gen. 41. a

e Conſti. e do. d. ſ. *eò quòd per interpretationem ſomnij ſui cognouit eum habere ſpiritum domini.* Ibidem. e.

f Et prin. o. poſ. *Secundum quod dicitur: Dixit quoque rurſum Pharao ad Ioſeph: Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram Aegypti.* Ibidem.

g Vt eru. prin. e. *Quia non habebant ſcientiam, niſi humanitus acquiſitam per exercitium ſtudij. quod primò viguit in terra Aegypti, vt habetur. 2. Metaphy. ibi: Primò gens ſacerdotum vacare conceſſa eſt &c.* † purgaui Ariſt. 1. Metaph.

h Et ſe. e. pru. *Quia non ſolum docuit eos de diuinis, ſed etiā de agibilibus humanis.*

i Et intrauit Iſrael in Ægy. *Cum filijs, & familijs eorum, & hoc ad mandatum Ioſeph, vt poſſent ibi viuere famis tempore.* Gen. 46. a

K Et Iacob accola fuit in terra Cham. *id eſt in Aegypto quæ ſic nominatur, eò quòd Miſraijm à quo denominata eſt Aegyptus, fuit filius Cham, vnde vbicunque in vete. teſt. habetur Aegyptus in Latino, in Hebræo habetur* מצרים *Miſraijm.* Gen. 10. a

l Et au. po. ſuum. *Dominus cuius populus dicebatur Iacob, & filij eius, eò quòd eum colebat alijs ad idololatriam declinantibus.* † introiuit

m Et firmauit eum ſuper inimicos. *Quia propter potentiam Ioſeph timebantur omnes de cognatione eius.* † habitauit

n Conuer. cor eo. *ſ. Aegyptiorum.*

o Vt odi. po. eius. *ſ. filios Iſrael, quia ſicut dicitur in Exo. Surrexit rex nouus in Aegypto, qui ignorabat opera Ioſeph, & incepit affligere filios Iſrael per ſe, & populum ſuum: ita quòd ad amaritudinem perducebant vitam eorum, vt dicitur ibidem.* Exod. 1. b † Chanaan † nimis

p Et do. fa. in ſer. eius. *i. in filios Iſrael. quia rex Aegypti præcepit obſtetricibus, vt in partu Hebræarum interficerent maſculos, ſimulādo quòd paſſæ fuiſſent aborſum.* Exod. 1. c Daniſo

q Miſ. Moy. *Hæc eſt quarta pars, in qua deſcribit tempus Moyſi, & primò ponit miracula facta in Aegypto, ſecundò facta in deſerto, ibi: Petierunt. Circa primum ponuntur plura de miraculis factis pro filijs Iſrael tempore Moyſi, ſed non ponuntur ſecundum ordinem hiſtoriæ: propter quod dimitto iſtam partem indiuiſam. Dicitur igitur: Miſ. Moy. ſer. ſu. ad libe. ſi. Iſrael. de Aegy. de qua miſſione habetur.* D Exod. 3. a

r Aaron quem elegit ipſum. *Hunc enim adiunxit Moyſi, vt pro eo loqueretur multitudini, eò quòd erat eloquens ſecundum quod dicitur in Exod. Aaron frater tuus Leuites, ſcio, quòd eloquens ſit, &c. Sequitur: Ipſe loquetur pro te ad populum.* Exod. 4. d

s Poſuit in eis uerba ſignorum ſuorum. *Illa enim ſigna fiebant virtute diuina, ad verba tamen Moyſi, & Aaron. ideo ad hoc exprimendū conuenienter dicitur: Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum, & prodigiorum in terra Cham, i. in terra Aegypti ratione ſupradicta.*

t Miſit tenebras, & obſcurauit. *Iſta fuit plaga Aegypti nona, quia fuerunt tenebræ palpabiles in terra Aegypti, ita quòd tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum, nec mouit ſe de loco in quo erat: vbicunq; autem habitabant filij Iſrael, lux erat.* Exod. 10. f

u Et non exacerbauit ſermones ſuos. *Quia cum Pharao promittebat pœnitētiā, Deus remouebat plagam, & ſic dulcorabat ſuum ſermonem.*

x Conuertit aquas in ſan. *Hæc fuit prima plaga, quæ habetur in Exo.* Exod. 7. d

y Edi. ter. eo. ranas. *In tanta multitudine, quòd intrabant oīa loca & officinas Aegyptiorum, & hæc fuit ſecunda plaga quæ hr in Exo.* Exod. 8. a

z Dixit & ue. cyno. *i. muſca canina: tamen cū hoc venerunt muſcæ granes diuerſi generis, & hæc fuit quarta plaga, quæ habetur in Exod.* Ibidem. f.

a Et cinifes in omnibus. *Hæc fuit tertia plaga.*

b Poſuit pluuias eorum grandi. *Et iſta fuit ſeptima plaga, in qua grando & ignis miſta pariter ferebantur.* Ibidem. 9. e

## NICOLAVS DE LYRA.

a Ferrum pertranſijt animam eius. *Quia ex compedibus ferreis non ſolum fuit afflictus in corpore, ſed etiam in mente, quamuis non ceciderit à virtute patientiæ.*

b Donec ue. ue. eius. *Qñ à Deo inſtructus expoſuit ſomnia pincernæ, regis, & piſtoris ipſius, & hoc veraciter ſicut probauit rei euentus.*

a Et

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

a *Locuſta & bruchus. Auguſt.* Vna plaga locuſta & bruchus: quia altera eſt parens, altera fetus.

Vbi ſupra. b *Et percuſſit. Aug.* Cum ſint. x. plagæ, non tamen omnes memorat hic propheta, nec eo ordine quo in Exodo: quia libera eſt laudatio, de qua agit hic pſalmus à lege hyſtorica: Additq́;, quod hiſtoria non hēt, & præterit, qđ illa habet autoritate eiuſdem ſpiritus, qui & per hiſtoricū locutus eſt. Hic ergo ſeptē mala dat Ægyptijs contra ſeptem beneficia, quæ poſt dicet data Hebræis. Addit quoq; laudibus Dei, ꝙ ditatos auro & argento eduxit, quia tales erant q non poſſent ſpernere laborum ſuorum mercedem, licet temporalem.

c *Et eduxit eos &c.* Sexta pars ſecundum Caſſ. Aug. Vbi ſupra. Superius quæ mala intulit inimicis Iſraelitarum iuſtitia Dei, dixit, nunc quæ bona eis temporalia miſericordia Dei dedit, ſupponit, vt his adiuti legem Dei quærant. *Aug.* Et eduxit: Abrahæ dixit Deus, quod quarta progenie filij Iſrael de Ægypto eſſent redituri. Moyſes aūt ſcribit: Quinta progenie aſcenderūt de terra Ægypti. (Gen. 15. c Rediuit ex Aegypto quando) Quarta ſ͠m Leuit. Quinta ſecundum Iudam. Leui genuit Caath, Amrā: Amram, Aaron: Aaron Eleazar: Eleazar, Phinees. Caath cum patre ſuo Leui intrauit Ægyptum. Eleazar cum Aaron exiuit. A Caath vſque ad Eleazar generationes quatuor ſunt. Voluntautē quidam ab Amrā vſque ad Phinees. Secūdum Iudam. Iudas genuit Phares. Iſte Eſrom, qui Aram, & ille Aminadab, is Naaſon, & iſte Salmō. Phares cum Iuda intrauit Ægyptū. Naaſon princeps tribus Iudæ in deſerto F deſcribitur, cuius filius Salmon intrauit terrā promiſſionis. A Phares ad Naaſon generationes quinq;. Volūt quidam ab Eſrom ad Salmon. Aquila autem interpretatur non quinta, ſed armati aſcenderunt filij Iſrael de Ægypto. *Aug.* Et eduxit eos. In hoc quòd Ægyptios deceperunt non eſt putandus Deus dolos in eis, qui ſurſum habēt cor, vel iubere, vel approbare, quia ex eis non fuit, hic dolus, qui non ex cupiditate fecerunt, ſed vt Deo mandanti parerent. Et illi infirmi (quorum cupiditates examinabat Deus) magis permiſſi ſunt hoc facere illis ſcilicet Ægyptijs (qui talia iure paſſi ſunt) quam iuſſi. Sicut enim bonis fuit præceptum, ita & cupidis permiſſio ſecundum aliquid, & ſecundum aliud præceptio. Præcepit eam, vt facerent, ſed permiſit nō præcepit, vt ita facerent. Quantitas ergo facti fuit in permiſſione, fact um verò in præceptione. Nec tamē hoc permiſit Deus, fieri ſine aliquo prouectu animæ carnalis. Per hoc enim quod de vicino carnali, aliquid carnales habuerunt poſtea Dei legem, & iuſtificationes facilius receperunt. Et licet per dolum egerint, ab iniquis tamen, qđ ſibi reddi debuit, abſtulerunt. Et ſicut iniquitate Ægyptiorū, ſic & eorum infirmitate, ad hoc quod opus erat his factis figurari, diuinè vſus eſt Deus. Ibi enim ſpiritualiter figuratū eſt philoſophos, ſiue hæreticos à catholicis ſpoliari, his quę in verbis, vel ſcripturis eorum tabernaculo Dei, id eſt eccleſiæ congrua reperiuntur. Deinde ſequitur ſecundum beneficium. Et non erat infir. &c.

† adduxit coturnices Exod. 13. d Excuſantur filij Iſrael à furto.

d *Quia incubuit timor eorum ſuper eos.* Timebat Iſrael, ne reliquias eorum conſumeret. *Aug.* Hic impletum eſt, quod ſuperius ait, & firmauit eum ſuper inimicum eius.

e *Expandit nubem in protectione eorum.* Et hæc eſt ſecunda pars ſecundum Auguſt. vbi ſupponit, quæ temporalia bona miſericordia Dei eis dedit, dictis ſuperius malis, quæ inimicis eorum iuſtitia Dei intulit. *Aug.* Iam incipit beneficia, quæ iter agentibus in eremo facta ſunt.

f *Petierunt. Aug.* Boni ad ſuſtentationem infirmorum.

g *Coturnix: & pane cęli ſaturauit eos. Aug.* Quæ eſt & caro, quia hic nō de amaricatione iniquorum, ſed de fide electorum G loquitur: ipſi intelligendi ſunt petiſſe, vnde amaricantium murmura præmerentur.

h *Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui. Auguſt.* His omnibus beneficijs, Deus commendat in Abraham meritum fide. vnde ſubdit: quoniam me. fu.

i *Et dedit illis regiones. Auguſt.* Non vt propter iſta eum colant, ſed vt ea ad bonum æternum referant, id eſt, vt cuſtodiant iuſtificationes eius.

a Poſſederunt

(¶Scilicet po uit. ¶Id eſt fulmina.)
dinem, ignē comburētem in terra
(¶Grandine, & igne, id eſt fulminibus.)
ipſorum. Et percuſſit vineas eorū & ^a
(a ¶Caſs. ne dubites de ſatis quin perempta ſint vbi maiora peremit.)
ficulneas eorum, & contriuit lignū
(a ¶Sexta plaga. b ¶Mater bruchi.)
^a finium eorum. Dixit, & venit locuſta & bruchus, cuius non erat ^b
(a ¶Herbam quæ per ſe naſcitur.)
numerus. Et comedit omne fœnum
in terra eorū, & comedit omnem
(a ¶Segetum. ¶Qui prouenit ex labore. b ¶Septima plaga quæ eſt in Exodo decima. ¶Aug. nouiſſima plaga in Aegypto qua victi cedunt Aegyptij.)
^b fructum terræ eorum. Et percuſſit ^c
(a ¶De hominibus.)
omne primogenitum in terra eorū
(a ¶Propter primogenita pecorum dicitur, quæ ſimiliter percuſſit.)
primitias omnis laboris eorum.
(a ¶Primum beneficium. b ¶Alias in pro cum, more ſcripturæ.)
^c Et eduxit eos cum argento & au- ^d
(a ¶Secundum beneficium. ¶Magnum beneficium. migraturis.)
ro, & non erat in tribubus eorum ^e
(a ¶Corpore non animo. b ¶Poſt ſubmerſionem exercitus.)
infirmus. Lætata eſt Ægyptus in ^f
^d profectione eorū, quia incubuit ti-
(¶Tertium beneficium.)
^e mor eorū ſuper eos. Expandit nu- ^g
(a ¶Contra ardorem ſolis. b ¶Contra tenebras.)
bem in protectionem eorū, & ignem ^h
(a ¶Quartum beneficium. ¶Aug. non coturnicem ſed carnem.)
^f vt luceret eis per noctem. Petie- ^i ^k
(a ¶Non quælibet caro, ſed. b ¶Quintum beneficium. ¶Id eſt manna.)
^g rūt, & †venit coturnix: & pane cę- ^l
(¶Sextum beneficium.)
li ſaturauit eos. Dirupit petram, ^m
& fluxerunt aquæ: abierunt in ſic-
^h co flumina. Quoniam memor fuit ^n
(a ¶Promiſſi Abrahæ. ¶Quod in figura complens [illegible] præſignauit.)
verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham puerum ſuū. Et eduxit po- ^o ^p
(a ¶Id eſt populus.)
pulū ſuū in exultatione, & electos ^q
(a ¶Aug. Quia murmurantes perierunt. b ¶Septimum beneficium, [illegible] eſt completio promiſſionum.)
^i ſuos in lętitiā. Et dedit illis re- ^r
(¶Fructus regionum.)
giones gentium, & labores popu- ^s

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et percuſſit vineas eorum, & ficulneas eorum &cæt. *ſcilicet in grandine & igne prædictis.*

b Dixit, venit locuſta & bruchus cuius non erat numerus. *Iſta fuit octaua plaga, in qua corroſum fuit quod remanſerat ex igne & grandine, ideo ſubditur: Et comedit omne fœnum &c.*

c Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum primitias omnis laboris eorum. *Et hæc fuit plaga decima, in qua ſunt mortua omnia primogenita hominum & beſtiarum. De quinta verò plaga, & ſexta, non fit hic mentio.*

d Et eduxit eos cum argento & auro. *Quia de mandato domini acceperunt mutuo à vicinis vaſa argentea, & aurea, & ſic ſpoliauerunt Aegyptum. Non tamen in hoc commiſerunt furtum, quia de mandato Dei fuit, cuius ſunt omnia ſicut ibidem plenius fuit dictum.*

e Et non erat in tribubus eorum infirmus. *Hoc à Deo factum fuit, vt omnes ſimul abſque impedimento poſſent egredi de Aegypto.*

f Lætata eſt Ægyptus in profectione eorum. *Cuius cauſa ſubditur, cum dicitur: Quia incubuit timor eorum ſuper eos. Ex hoc enim quòd omnes primogeniti erant ſubitò mortui, timebant omnes alij mori ſi amplius in terra filij Iſrael morarentur, ſecundum quod habetur in Exo.* H

g Expandit nubem in protectione eorū. *Contra ſolis æſtum.*

h Et ignem. *id eſt columnam ignis.*

i Vt luceret eis per noctem. *Secundum quod dicitur in Exo. Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tempore.*

K Petierunt & venit coturnix. *Hic conſequenter deſcribit mirabilia facta in deſerto poſt exitum de Aegypto, quia deficientibus cibarijs quæ acceperant in Aegypto, cœperunt murmurare dicentes: Vtinam mortui eſſemus per manum domini in Aegypto, quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate, & tunc dominus fecit aduolare multitudinem coturnicum, & hoc eſt, quod dicitur: Petierunt, & venit coturnix, id eſt multitudo coturnicum, ſicut in Exo. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo m[illegible] caru.*

l Et pane. *i. manna de cęlo deſcendente, vt habetur in Exo.*

m Dirupit pe. *Hoc habetur in Exo. 17. & Nume. 20.*

n Quoniam memor fuit. *Quaſi diceret: iſta beneficia non fuerunt illi populo collata propter merita ſua, cùm eſſet rebellis, & murmurans contra Deum, ſed propter merita Abrahæ, & implendum promiſſionem ei factam.*

o Et eduxit. *Hic vltimò ponuntur beneficia facta tempore Ioſue, qui poſt mortem Moyſi eduxit populum Iſrael de deſerto, & introduxit in terram promiſſionis de mandato domini, vt habetur in Ioſue & [illegible] eſt, quod dicitur: Et eduxit ſcilicet dominus.*

p Populum. *Sub ducatu Ioſue.*

q In exulta. *Quia multùm fuit gauiſus ſcilicet populus, [illegible] danis in ſuo tranſitu fuit deſiccatus in Ioſue. 3.*

r Et dedit illis regiones gen. &c. *Videlicet totam terram [illegible], vt prius Gentiles habitabant, vt diffuſè traditur in libro [illegible].*

s Et labores populorum poſſederunt. *[illegible] eſt ciuitates [illegible] laboribus aliorum, & alia bona eorum laboribus acquiſita.*



A a *Poſſederunt. Aug.* non vt hęc habenda ſint pro ſummo bono, ſed vt eis vacent, vnde ſummum, & æternum bonum poſſit acquiri, non vt in eis luxu defluant, vel torpeſcant.

b *Iuſtificationes, Caſſ.* Sunt, vbi eſt euidens, & abſoluta preceptio, vt: Diligas Deum & proximum, quæ cuſtodienda. Lex de his quæ non corporaliter, ſed ſpiritualiter, & ideo quærenda, quia vmbra futurorum.

c *Legem. Caſſ.* Vt de circūciſione eius, & de alijs, quæ diligenter inueſtiganda ſunt, quia myſticè dicuntur.

(a ¶Electi verum ſemen Abrahæ.)
^a ^b lorum poſſederunt. Vt cuſtodiant ^a
^c iuſtificationes eius, legem eius † requirant.

## NIC. DE LYRA. C

¶ a Vt cuſtodiant iuſti. eius. *id eſt mandata eius in lege tradita, & quamdiu ea ſeruauerunt in illa terra pacificè habitauerunt, vt patet ex decurſu veteris teſtamenti. Sciendum tamē, quòd hoc non erat principale præmium, ſed poſſeſſio terræ viuentium per illam principaliter intellecta: ſicut frequenter dictū eſt ſup. Præmium. n. principale eſt quid melius meritorio opere, opus autē virtutis melius eſt ſimpliciter, q̄ quæcunq; poſſeſſio temporalis, propter quod non poteſt eſſe virtutis præmium principale.*

*In pſal. ciiij. Confitemini dn̄o. vbi dr̄ in poſtilla: Quærite faciem eius.*

## ADDITIO.

Cum autem vltimus finis humanæ uitæ eſt uiſio facialis Dei, iuxta illud Apoſt. Videmus nunc in ſpeculo & in ænigmate: tunc autem facie ad faciem, hic pſal. nos admonet ut ſemper quæramus faciem eius, hoc eſt quòd habitualiter, uel actualiter ſemper in hoc tendamus tanquam in ultimum finem. (1. Cor. 13. d)

## GLOS. ORDIN.

a *Halleluia halleluia.* Quidam dicunt vnum halleluia ad finē ſuperioris pſalmi pertinere, alterum eſſe ſequentis. Hanc. n. regulam Hiero. tenendam eſſe tradit. Cuius aſſertioni Caſſiodorus quoque conſentit. Sed plures, vbicunque eſt halleluia, ſequenti dant, & aliqñ ſemel, aliquando bis, vt dn̄s in Euangelio, nūc dixit amen: nūc amen amē, ꝑ maiore certitudine rei. Iſtis conſentit Aug. præſertim cū nulli Græcorū codices in fine pſalmi habeant halleluia.

## GLOSSA ORDIN. PSAL. CV.

Confitemini do. *Aug.* Pſal. iſte ſuperiori coniunctus eſt, non modò in titulo, ſed etiā in materia. Agit enim de eodē populo Iſrael, de quo & ſuperior. Sed iſte agit de illo ſ͠m iniquos, qui ibi erant, præcedēs verò de eodē ſ͠m electos. *Aug.* Aliquos in illo populo veros fuiſſe filios Abrahæ, inuit Paulus dicens: Sed non in omnibus illis B beneplacitū eſt Deo. Et quia hos cōmendat hic præmiſſus pſalmus, nihil ibi dr̄ de iniquitatibus amaricātium. Sed hic ſequens pſalmus agit de iniquis: ſed quia iniqs, non ſolū iuſtitia, ſed miſericordia Dei facta eſt, de his loqt̃ ſequens pſalmus, cum laudibus Dei, ex ꝑſona eorū, qui veniā cōuerti precantur, & exēpla eorū cōmemorantur, in quos ēt peccantes, diues apparuit miſericordia Dei, vnde ēt iſte ſicut & ille, ſic incipit: Confitemini dn̄o Ibi ſeqt̃, & inuocate, hic, qa bonus: vñ hic confeſſio peccati pōt accipi, qa ſequitur ēt. Peccauimus cū pa. no. Sed & ꝙ bonus eſt Deus, in laude eſt, & in laude confeſſio, licet non ſit pia peccatorū confeſſio ſine laude Dei, hēt ergo Dei laudem, qui peccata confitetur, ſiue in verbis qñ eū bonum, & miſericordem dicit, ſiue in ſolo affectu cū hoc credit Monet ergo ad geminā confeſſionē laudis, & pctōrum. *Caſſ.* Hebræus relicta patrū ꝑfidia, ad miſericordiā Dei conuerſus, ſuadet alijs ad eandē miſericordiā cōuerti, orās ut populo bn̄placito ſocient̃, q erat in aduētu Chriſti cōgregādus.

c *Quis lo. Caſſ.* Iſte, qui miſericordiā petit, impletus conſideratione diuinorum operū, & admirans ait. Quis loquetur.

d *Beati qui cuſt. Aug.* Vel qa ſeqt̃. Beati qui cuſto. iu. & faciunt iuſti. Laudes Dei dicit opera præceptorū eius quę ipſe facit in ſuis. Deus. n. operatur in nobis velle bonum, & perficere vt ait Apoſtolus Quis ergo loquetur potentias dn̄i, quō & quę Deus potēter operat in ſuis, qñ hæc ineſtabiliter operat. Quis auditas faciet oēs laudes eius? Quis cū audierit, facit laudes eius. i. opera ꝓceptorum eius, quæ etſi nō o. a audita fiunt, inquantū tñ fiunt, ille laudandus eſt, q operatus eſt in eis. Et ideo maluit dicere laudes, quā mandata, vel opera mandatorū eius: quia (vt dictum eſt) inquantum fiunt, ipſe laudandus eſt, quas tñ oēs qs ſufficit facere, vel loq. Et eſt ſenſus: Miſericordia eſt in ſeculū, quā qs apud ſe non ſufficit cogitare, vel alijs ęſtimare, vel ope implere. Et accipit pro eodē laudes, & potētias. Sed inter illa duo diſtinguit. ſ. loquet̃, & auditas faciet. Et ſeqt̃: Beati. Q. illud nemo ſufficit. ſ. loqui potentias, vel omnes laudes facere. vel, id eſt talem agat hoc. i. iudicium, & iuſtitiā, quia Beati ſunt, qui cu. &c. (Phil. 2. b) D

e *Ad videndum. Aug.* Vt videamus te in ea bonitate, quam præſtas electis, id eſt per gratiam tuam videamus, ne cæci remaneamus. (Diuiſio)

f *Vt lau. Aug.* mirū eſt in pleriſq; codicibus eſſe ſcriptū: vt lauderis, cum ſit vna in Græco poſitio, & ſimilis dēt eſſe interpretatio. i. vt videamus, & lętemur, & laudemus cū hęreditate tua. Vel vt videas nos i bonitate elec. tu. i. ibi nos eſſe facias, & ibi nos videas. Et viſita ad lętādū. i. vt lęteris in lętitia gētis tuæ. i. vt facias gentem tuam letari ex te. Et vt lęteris cū hęreditate tua. i. facias eam laudari in te qa non laudatur niſi ꝓꝑ te.

g *Peccauimus.* Secunda pars vbi enumerat peccata patrū, q̄ in Ægypto commiſerunt, & tamen à Deo dicit liberatos.

a *Iniquitatem*

^a Halleluia halleluia CV.
(¶Peccata & laudes.)
^b Confitemini domino, ^a
(a ¶In natura. ¶Ne quis pro culpa terreatur. b ¶Aug. vſq; in finem ſeculi miſericordia quæ miſeris exhibetur conſolando in miſeria, vel liberando ab ea, vel in æternu miſericordia quia nemo ſine Deo poteſt eſſe beatus.)
quoniam bonus, qm̄ in ſeculum ^b
(a ¶Et. ¶Id eſt quis ſufficiet.)
^c miſericordia eius. Quis loque- ^c
(a ¶Quis. ¶Id eſt faciat vt audiantur ab alijs omnia in quibus laudandus eſt Deus. ¶Aug. Sic enim debent dici vt prædicentur audientibus.)
tur potentias domini, auditas faci-
(a ¶Sed quis poteſt omnes? quaſi nullus vel quia.)
^d et omnes laudes eius? Beati qui ^d
(a ¶Rectè iudicando, bonum à malo diſcernendo. b ¶Rectè agendo.)
cuſtodiunt iudicium, & faciunt iu- ^e
(a ¶Auguſt. Ex quo incipiunt. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. b ¶Sed quia Deus iuſtos facit, orat & ait.)
ſtitiam in omni tēpore. Memento ^f ^g
(a ¶Vt in eis ſimus in quibus beneplacitum eſt tibi, quod non eſt in omnibus, & non inter contumaces ſimus.)
† noſtri dn̄e in beneplacito populi ^h
(b ¶Et vt hoc ſit. ¶Aug. [illegible] ab eo ſanati, poſſimus iudicium cuſtodire & iuſtè agere. vnde beati. b ¶Ieſu. c ¶Viſita nos ad hoc.)
^e tui, viſitā †nos in ſalutari tuo. Ad vi- ^i ^k ^l
dendum in bonitate electorū tuo-
(a ¶Et viſita etiam ¶Et lætemur. b ¶Quæ eſt ipſe Deus. Cui alibi dicitur: exultatio mea redimet me. c ¶Filiorum Abrahæ, qui omnes vna gens.)
rum, ad lętandum in lętitia gentis ^m
(¶Viſita etiam. ¶Quia non laudatur niſi propter te.)
^f tuę, vt lauderis cum hęreditate tua. ^n
(a ¶Viſita & neceſſe eſt vt viſites, quia. b ¶Quia in eis ſuimus materialiter quando peccauerunt, vel potius id eſt ſicut patres noſtri.)
^g Peccauimus cum patribus no- ^o

## NIC. DE LY. PSAL. CV.

Confitemini do. &c. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in tranſlatione cōi. Halleluia halleluia, Semel pro laude Dei in præſenti, & iterum pro laude eius in ciuitate cæleſti, & ſc̄d̄m hoc dr̄ in Apoc. Audiui voces in cęlo Angelorum dicentium halleluia &c. ſequitur poſtea: Et iterum dixerunt halleluia. ꝑꝑ quod in eccleſia quando cantatur verſus halleluia in principio dr̄ halleluia, & in fine reſumitur. Diuiditur autem pſalmus iſte in duas partes: quia primo Pſalmiſta inuitat ad laudem diuinam, ſecundò poſtulat eius gratiam, ibi: Memento noſtri. Circa primum dicit:*

a Confite. do. quo. bo. *Bonitatis cuius non eſt finis, & quia non ſolum bonus eſt in ſe, ſed ēt bonitatem ſuam cōicat creaturis, ideo ſubditur:*

b Quoniam in ſeculum &c. *Et quia non poſſunt ſufficienter iſta enarrari a creatura intellectuali, ideo ſubditur:*

c Quis lo. poten. domini audi fa. &c. *q. d. nullus, cùm ſit potentiæ infinita, & maior omni laude.*

d Beati qui cu. iu. *Rectè iudicando quantùm ad iudices.*

e Et fa. iuſti. *Rectè viuendo cum proximo quantum ad omnes.*

f In omni tem. *Quia qui perſeuerauerit vſque in finem in bono opere, ſaluus erit, ſecundum dictum ſaluatoris.* (Matt. 10. a)

g Memento. *Hic conſequenter Pſalmiſta implorat diuinam gratiam, & primò ponitur huius ſupplicatio. Secundò pctōrū confeſſio, ibi: Peccauimus. Tertiò reſumit dicta deprecatio, ibi: Saluos fac nos. Circa primum dicit: Memento no. do. conferendo tuam gratiam, ideo ſubditur:* (Diuiſio)

b In beneplacito po. tui. *Quia ſuam gratiam habens placet ei.*

i Viſita nos in ſalutari tuo. *id eſt ad ſaluationem noſtram, non ad damnationem qualiter viſitas reprobos, & quia ſalus æterna conſiſtit in viſione diuina, ideo ſubditur:*

K Ad videndum. *ſ. te facie ad faciem.*

l In boni. elec. tuorum. *q. d. ad hanc viſionem ſolum perducentur electi decedentes in bonitate finali.*

m Ad lęta. in lęti. gen. tuæ. *Quia illam viſionem inſeparabiliter concomitatur delectatio ſumma, & lętitia.*

n Vt laude. cum hæ. tua. *i. cum electis qui ſunt hæreditas tua.*

o Pecca. *Quia vera humiliatio facit deprecationem noſtram efficacē, ſecundum illud in Eccl. Oratio humiliantis ſe nubes penetrat &c. ideo* (Eccl. 35. d)

¶ Pſal-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E a *Iniquitatem.Caſs.* Tertiò idem dicit pura cōfeſſio appareat, tantò citius ſoluitur: quantò viuacius ſe damnat homo.

*Vbi ſupra.* b *Non intel.mira.Aug.* id eſt quid per illa eis dare velles, id eſt non temporale, ſed æternum bonum, quod per patientiā expectatur, & ideo ipſi impatientes murmurauerunt, & temporalibus beati voluerunt. *Caſs.* Duo ſunt, quæ beneficia commendant, intellectus, & memoria, quorū vtrūque in eis redarguit. Et primò intellectum, cùm ait: Non intellexerunt mirabilia. *Vbi ſuprà. Beneficia duobus commendatur*

c *Irritauerunt aſcendentes. Aug.* Timentes Deum, & deſperātes, & poſt tot in Ægypto viſa. Hæc irritatio facta eſt cùm egredientes de Ægypto, peruenerunt ad mare rubrum, vbi ita erant concluſi, ꝙ ex vno latere erat mōs nimis arduus, & nemini ad trāſeundū peruius, & ex alio latere erat mare rubrum, & à dorſo erant inſequentes Ægyptij, & pro his cęperūt grauiter murmurare, obliti potētiæ Dei. Sed tunc mare diuiſū eſt in duodecim diuiſiones, & nulla tribus auſa fuit intrare prius niſi tribus Iuda, vnde meruit inter alias regni priuilegium, vel principatum obtinere. *Exo.14.*

d *Sicut in deſerto. Aug* Quia vbi fuerūt abyſſi, factum eſt ſiccitate, vt deſertum, vbi non ſunt aquæ. *† increpauit*

e *Redemit eos de manu inimi. Aug.* Quo pretio? quaſi diceret, nullo: ſed in figura baptiſmi factum eſt, in quo redimimur de manu diaboli ſanguine Chriſti: vnde & mare rubrum dixit, quod colore ſanguinis figurabatur.

f *Et crediderunt in. Aug.* Ecce dura corda Iudæorum, quæ nō antè ſed poſt miracula credunt, melius fuit promittenti credere.

*Diuiſa* g *Cito fecerunt obliti.* Tertia pars vbi exponit peccata, quæ poſt exitum fe- F cerunt, nec tamen defuit eis miſericordia Dei per Moyſen placati. Vel correptio, per iuſtitiam Dei in quoſdam per Moyſen vindicantis. *Caſs.* Citò fecerunt. Summa celeritate mutati ſunt à credulitate & laude, vt murmurarent, non ſuſtinuerunt, Deus erat eis victualia daturus. Sed illi nimia feſtinatione anticipauerunt, ſub diſſidentia petentes, non expectātes conſiliū eius: diſtulit enim Deus dare, vt probaret eos. *† cantauerunt laudes*

*† expectauerunt* *Matt.5.a* h *concupierunt concupiſcentiam in deſerto. Aug* Talis locutio, vt laudauerūt lau. *Caſs.* Nimietas deſiderij, geminatione verbi oſtenditur.

*† ſiccitate* i *Saturitatem.* Nō eſt hæc ſaturitas de qua dicitur: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.

K *In animas eorum. Aug.* Animalitatē, quæ ſuſtētatur eſca. Vnde & in Euāgelio: Nonne anima eſt plus quàm eſca? Vel, animas, vt voluntas, quæ deſperando perierat, copia vinceretur. Saturitatem, ſequitur ſeditio, vnde ſubdit: *Matt.6.d*

l *Et irritauerunt. Caſs.* Honorem ambientes inuidendo, Moyſen in caſtris, & Aaron ſanctum domini: Hæc irritatio fuit pro ſacerdotio, quod habebat Aaron & filij eius. *Num.16.*

*Aperta*

quod dicitur: Peccauimus cum patribus noſtris, id eſt ſicut patres noſtri, eorum peccata imitantes. Et quamuis Pſalmiſta eſſet ſanctus, tamen connumerat ſe peccatoribus, eò quòd erat membrum illius populi. G

a Iniuſte egimus. *Contra proximum.*

b Iniquitatem fecimus. *Contra Deum.*

a Quantum ad Deum? hic. b ¶Quantum ad proximum.

a ſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem a b

a ¶Quid enim patres fecerunt? b ¶Auguſt. vbi multa eis facta.

fecimus. Patres noſtri in Ægypto c

a ¶Fuit opus intellectu, vt per illa temporalia alia quærerent æterna. b ¶Quæ pro eis in Aegypto fecerat.

b non intellexerunt mirabilia tua,

a ¶Aug. Arguit & memoriam, quia nec ſaltem temporaliter acta recoluerunt, vt poteſtatem quam experti erant crederent ſe ab inimicis liberando.

non fuerunt memores multitudi- d

c nis miſericordiæ tuæ. Et † irrita- e

¶ Dicit pro ſitu terræ.

uerunt aſcendentes in mare, mare

a ¶Ita murmurauerunt, & tamen. ¶Aug. Non ſecutus infidelitatem eorum.

rubrum. Et ſaluauit eos propter f

a ¶Non merita eorum. ¶Glorificandum ſcilicet.

nomen ſuum, vt notam faceret po- g

a ¶Quomodo ſaluauit? ¶Aug. Et non voce cęlitus miſſa, ſed diuina potentia, quam quæ ſenſu carent ſentiunt, & obediunt.

tentiam ſuam. Et † increpuit mare h

rubrū, & exiccatum eſt & deduxit

a ¶Alias. aquis multis: quod idem eſt. ¶Ita.

d eos in abyſſis ſicut in deſerto: Et i

a ¶Quod magnum fuit. b ¶Quod grauius. id eſt maius. quia propter eos percuſſi plagis.

ſaluauit eos de manu odientium,

¶ Pharaonis.

e & redemit eos de manu inimici. k

a ¶Pharaonem & Aegyptios.

Et operuit aqua tribulātes eos, vnus l m

a ¶Perſequentibus non Aegyptiis. Qui enim ex Aegyptijs non ſequebantur, rem anſerunt.

f ex eis non remāſit. Et crediderunt n

a ¶Aug. Vſus locutionis eſt pro verbis eius, vel in verba quod magis latinè diceretur.
b ¶Talis locutio eſt iſta. vt illa qua dicitur: vitam talem viuit. c ¶Dicentes. Cantemus do.g.e.m.

in verbis eius, & † laudauerunt lau o

a ¶Q crediderunt & laudauerunt, &c.
¶Vel feſtinauerunt obliuiſci.

g dem eius. Citò fecerunt, obliti ſunt p q

a ¶Aug Debuerunt enim cogitare tanta opera Dei erga ſe facta nō eſſe inania, ſed vocare eos ad æterna, quæ patienter expectanda ſunt. Illi vero feſtinauerunt fieri beati in terrenis, in quibus eſt hydria cupiditatis, de qua qui biberit ſitiet iterum, vnde ſubdit: Et concupie.con.

operū eius: & nō † ſuſtinuerunt con r

h ſilium eius. Et concupierunt cōcu-

piſcentiam in deſerto, & tētauerūt t

¶ Id eſt in deſerto.

Deum in † inaquoſo. Et dedit eis pe u

¶Id eſt quia. ¶Ita. C

i titionē ipſorum, & miſit ſaturita- x

¶Non tamen ideo beati. ¶Pro ſacerdotio.

K l tem in animas eorū. Et irritauerūt y

c Patres no. in Ægy. *Quia ſi bene intellexiſſent, Deo de cætero firmiter adhæſiſſent.*

d Non fuerunt etc. *Pro eis Aegyptios multipliciter affligendo, & eos à flagellis præſeruando, ſicut patet præcedenti pſal. Et hanc ingratitudinem patrum oſtendit per effectum dicens:*

e Et irritauerunt. *ſcilicet Moyſen ſuper mare rubrum, & per conſequens in eo dominum, dicentes: Forſitan non erant ſepulchra &c. vt præallegatum eſt.*

f Et ſaluauit eos. *Propter nomen ſuum, & non propter iuſtitiam eorum.*

g Vt notam faceret. *Quia omnia opera Dei ordinantur ad eius gloriam. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus.*

h Et increpuit mare rubrum, et exiccatum eſt, et deduxit eos. *Hoc habetur ſatis diffusè.*

i Et ſaluauit eos de manu odientium. *id eſt Aegyptiorum perſequentium eos ad occidendum.*

K Et redemit eos de manu inimici. *id eſt de poteſtate Pharaonis regis Aegypti.*

l Et operuit aqua tri. *id eſt Pharaonem, & eius exercitum eos perſequentes. Et ſecundum quod dicit̄ in Exo. reuerſum eſt mare primo diluculo ad priorem locum, fugientibusq́; Aegyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus.*

m Vnus ex eis non re. *Sicut ibidem ſubditur: Nec vnus quidem ſuperfuit ex eis.* H

n Et crediderunt. *Dicit hic Ra. Sa. quòd filij Iſrael timebant Aegyptios ſequi eos in deſerto per aliam viam, quouſque uiderunt Aegyptios mortuos ſuper litus maris: ſed videntes tunc crediderunt verbis Dei, & Moyſi.*

o Et laudauerunt laudem eius. *Dicentes illud canticum: Cantemus domino glorioſè &c.*

p Cito fecerunt. *Hic ponitur ſecundum peccatum ſcilicet murmurationis pro defectu cibi, & potus, vt habetur in Exo. Item in Nume. de murmure pro defectu carnium, & pro defectu aquæ, & hoc eſt, quod dicitur: Cito fecerunt. id eſt parum ſteterunt in Dei laude.*

q Obliti ſunt operum eius. *Quibus eis prouiderat in periculis maioribus.*

r Et non ſuſtinuerunt conſilium eius. *id eſt non expectauerunt ſufficienter tempus, in quo Deus diſpoſuerat eis ſubuenire ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, ſed præuenerunt illud murmurando ſine ratione.*

s Et concupierunt concupiſcentiam in deſer. *ſ. carnium, vt dictum eſt.*

t Et tentauerunt Deum in inaquoſo. *id eſt in loco aquæ penurioſo: Et dicit tentauerunt, quia non ſolum petierunt aquas ad ſitim ſuam releuandam, ſed etiam ad experiendum ſenſibili exemplo, ſi Deus eſſet in eis vel non, ſecundum quod dicitur in Exód.*

u Et dedit eis petitionem ipſorum. *ſcilicet carnes, & aquas, vt plenius continetur in locis præallegatis.*

x Et miſit ſaturitatem in animas eorum. *Quia dedit eis carnes ad veſcendum vſque ad menſem integrum, ita quòd vertebātur eis in nauſeam ex nimia repletione, In Hebræo & in translatione Hierony. habetur: Et miſit tenuitatem in animas eorum, id eſt defectum viuificandi corpora, quia ſicut dicitur ibi: Adhuc carnes erant in ore eorum, & ecce furor domini concitatus in populum percuſſit eum plaga magna nimis: vocatusq́; eſt locus ille ſepulchrum concupiſcentiæ: Ibi enim ſepelierunt populum qui deſiderauerat carnes.*

y Et irritauerunt Moyſen in caſtris, Aaron ſanctum domini. *Hæc eſt tertia pars in qua deſcribitur peccatum ſeditionis Core, & ſibi adhærentium, qui pro ambitione ſacerdotij mouit ſeditionem contra Moyſen & Aaron, Num. 16. prout ibidem diffuſius fuit dictum, & hoc eſt, quod dicitur: Et irrita. Moy. in caſtris Aaron ſanctum domini, id eſt conſecratum ad fungendum ſacerdotio coram domino, ſecundum quod habetur in Leui. Irritatio autem iſta fuit: quia Core, & ſibi ad-* ¶ *hærentes*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *Pſalmiſta ſuæ deprecationi interponit peccatorum confeſſionem, & cum hoc recolit diuinorum beneficiorum exhibitionem vt ſic non ſolùm confiteatur peccata, ſed etiam aggrauationem eorum ex diuinorum beneficiorum ingratitudine conſurgentem. Et diuiditur in octo partes, ſecundum octo peccata & Dei beneficia: Partes patebunt proſequendo. Primum autem peccatum eſt infidelitatis, quia cum populus vidiſſet tot Dei beneficia, & mirabilia in Aegypto, tamen diffiſus eſt de Dei poteſtate in tranſitu maris rubri dicens Moyſi. Forſitan non erant ſepulchra in Aegypto, ideo tuliſti nos, vt moreremur in hac ſolitudine, & hoc eſt,* *quod* *Exo.14.e*



A a *Aperta eſt terra. Caſsiodorus.* Laus Dei, qui ſuos vindicauit, qualitas pęnæ facta indicat, à terra vorantur, qui terrena ſapuerunt. *ſupra.*

b *In ſynagoga. Caſsiod.* Core namque, & ducenti quinquaginta cum eo volentes habere ſacerdotium Aaron, acceperunt thuribula, vt adolerent incenſum, ideoque diuino igne conſumpti ſunt.

c *Peccatores. Auguſtinus.* Non ait peccantes, quòd & boni, ſed peccatores valdè iniquos, & grauibus ſarcinis peccatorum oneratos.

d *Et fecerunt, Caſsiodorus.* Abſentiam Moyſi non tolerantes, dum ipſe in vertice montis Sinai moraretur, vt acciperet legem, fecerunt vitulum.

e *Horeb. Caſsiod.* Interpretatur Caluaria, vbi crucifixio facta, vt iā tunc perfidi in eo nomine peccarēt, vbi poſteri eorum erant dominum crucifixuri: id eſt, in eo loco, qui ſecundum nominis interpretationē deſignat locum, vbi Iudæi crucifixerunt dominum. Hoc impatientia leuium fecit, ſicut omnia mala ex ea naſcuntur.

f *In ſimilitudine. Auguſt.* Non ait in ſimilitudinem, ſed in ſimilitudine. Et eſt talis locutio, vt ſuprà, & crediderunt in verbis eius.

g *Obliti ſunt. Caſsiod.* Magna obliuio, quidē in memoria, ſi non liberatio.

h *Terribilia.* Quia aduerſarios afflixerunt, & iſtis, quem timere deberent, monſtrauerunt.

i *Stetiſſet in confractione. Auguſt.* Dicens: Si non dimittis illis, dele me de libro tuo. Quantùm valet interceſſio ſanctorum? Securus Moyſes de iuſtitia Dei, qua eum delere nō poſſet, impetrauit miſericordiam ijs, qui iuſtè perirent.

k *Vt auerteret iram.* De aqua contradictionis, & immolatione filiorū: vnde vehementius iratus Deus, & tamen poſtea miſertus.

B l *Et pro nihilo.* Quarta pars vbi item, & alia peccata enumerat, & p Phinees placatum Deum dicit.

m *Non crediderunt verbo eius. Auguſt.* Contempſerunt, quod per illam ſignificabatur, æternum bonū verè deſiderabile. Vel, non crediderunt verbo, per parua ad magna vocantis. Niſi aliquid magnum terra illa ſignaret, ad quod inuitarentur, nullo modo culparentur, qui pro nihilo habuerunt eam. Cuius tempora & regnum etiam ſancti pro nihilo ducunt, ut Ieruſalem, quæ in cęlo eſt vere deſiderabilem ament, ſed infidelitas meritò arguitur, quia in eo, quòd habuerunt eam pro nihilo, non crediderunt verbis Dei, per parua ad magna ducentis, & feſtinantes hic eſſe beati, non ſuſtinuerunt conſilium eius,

n *In tabernaculis eius. Caſsiod.* Murmurauerunt, quia hoc non laborantibus, ſed otioſis contingit, vnde maior inuidia criminis creſcit.

o *Et eleuauit manum ſuam ſuper eos, vt proſte. Caſsiod.* Hæc iuſtitia Dei præmittitur, vt ſecuta pietas magis glorificetur, quæ pietas in ſequenti oſtenditur: vbi interuentu Phinees Deus placatus dicitur.

p *Et initiati ſunt Beelphe. Caſs.* Vel, conſecrati ſunt, quaſi non modò ad tēpus colentes: grauior exceſſus, & vehementior ira, dæmonibus deuouebant filios. Aug. Et initiati ſunt, antequam diceret, ꝙ aliquis hanc indignationem Dei placauerit, adiungit: Et initiati ſunt, & irritauerunt, & multiplicata eſt in eis ruina: quaſi ad hoc diſtulerit, ꝙ leuauerat manum ad proſternendos, vt dati in reprobum ſenſum, ēt hoc admitterent, ſ. crimen idololatriæ, & in tanto crimine euidenti iuſtitia punirētur. Et tantum fuit hoc ſcelus eorū, vt Deus nollet aliter placari, niſi vt Phinees eū placauit, qui coeuntes interfecit, non odio eorum, ſed zelo Dei, quo facto populum, cuius maior interitus futurus erat, liberauit.

a *Et ſtetit*

Moyſen in caſtris, Aaron ſanctum

a domini. Aperta eſt terra, & deglu- a

¶Terra ſe.

tiuit Dathan, & operuit ſuper congre

b gationem Abiron. Et exarſit ignis in b

a ¶Id eſt in ducentos quinquaginta, qui thuribula tenuerunt.

b ¶Non Dei.

ſynagoga eorum, flamma combuſſit

a ¶Qui in inceuſo peccauerunt. b ¶Abſentiam Moyſi non ferentes.

c d peccatores. Et fecerunt vitulum in c

a ¶Poſt. b ¶Vitulus enim non ſculptibilis ſed conflatilis fuit.

e Horeb, et adorauerunt ſculptile. Et d e

a ¶Id eſt domini qui eſſet gloria eorum ſi ſuſtinerent eum.

f mutauerunt gloriā ſuām, in ſimilitu- f

a ¶Vt ab eo comederentur, quia fœnum ſunt.

g dine vituli cōmedentis fœnū. Obliti g

a ¶Q. quomodo ſaluauit? ¶Ecce ipſe eſt.

ſunt Deum, qui ſaluauit eos: qui fecit h

a ¶Quæ pro magnitudine recoli potuerunt.
b ¶Caſs. Hæc non ſolent à mente excidere.

magnalia in Ægypto, mirabilia in i

a ¶Aug. Mirabilia, quia admiratio non eſt ſine aliqua formidine. ¶Caſs. Hæc viuacius mentibus hærent.

h terra † Cham, terribiliā in mari ru- k

a ¶Comminando. b ¶Propter hæc ſcelera, quia digni erant perire omnes penitus.

bro. Et dixit, ut diſperderet eos, ſi l m

a ¶Inceſſanter oraſſet pro eis.

i non Moyſes electus eius ſtetiſſet in n

a ¶Aug. In plaga qua erant feriendi, vt ſe obijceret pro illis.

k confractione in conſpectu eius. Vt

a ¶Alias. ſuam.

auerteret irā eius, ne diſperderet eos:

a ¶Non quòd eam vidiſſent, ſed ſic pro nihilo habuerunt ſcilicet quòd non cre.ver.e.

l et pro nihilo habuerunt terram deſi- o

a ¶Quod eſſet eos introducturus.

m derabilem. Non crediderunt verbo p

a ¶Dicentes, faciamus ducem, & redeamus in Ægyptum.

n eius, & murmurauerunt in taberna- q

a ¶Dum murmurant non audiunt. b ¶Caſs. Vehementer eos a murmure prohibentis.

culis ſuis, nōn exaudierunt vocem

a ¶Comminando pœnam.

o dñi. Et eleuauit manum ſuam ſuper r

a ¶Quaſi viles, qui prius fuerunt glorioſi.

eos, vt proſterneret eos in deſerto.

¶ Filios etiam.

Et vt deijceret ſemen eorum in na- s

a ¶Ne vltra de congregatione præſumerent.

tionibus, & diſperderet eos in re-

a ¶Aug. Idolo gentium conſecrati ſunt.

p gionibus. Et † initiati ſunt Beelphe- t

## NIC. DE LYRA.

C

¶ *hærentes dixerunt eis: ſufficiat vobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, quaſi dicat debet vobis ſufficere, quòd ſitis in eodem gradu cum alijs: vnde ſubditur ibidem: Cur releuamini ſuper populum domini.*

a Aperta eſt terra. *Prout diffuſius traditur in Num.* *Num.16.a*

b Et exarſit &c. *Et interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incenſum, tanquàm vindicantes ſibi illicitè ſacerdotium, vt habetur ibidem.*

c Et fecerunt vitulum, in Horeb. *Hæc eſt quarta pars, in qua deſcribitur peccatum adorationis vituli, tamen iſtud præceſſit tempore immediatè præſcriptum, ſecundum quod habetur in Exod. & hoc eſt quod dicitur: Et fecerunt vitulum in Horeb. i. prope montem Horeb.* *Exod.32.a*

d Et adorauerunt ſculptile. *Et ponitur hic ſculptile pro conflatili, quia vitulus ille non fuit factus per ſculpturam, ſed per fuſuram, vt habetur in Exod. propter quod in Hebræo, & in tranſlatione Hiero. habetur: Et adorauerunt conflatile: quia tamen vtrunque eſt nomen idoli, ideo ponitur hic vnum pro alio in tranſlatione communi.* *Idololatria vituli Ibidem*

e Et mutauerunt. *id eſt Deum verum, in quo debebant gloriari, & qui glorioſè eos eduxerat de terra Aegypti.*

f In ſimilitudinem uituli. *Qui eſt animal irrationabile, & per conſequens extraneus à diuinitate.*

g Obliti ſunt Deum, qui ſalua. *De ſeruitute dura Aegypti.*

h Qui fecit magna in Aegypto. *Aegyptios multipliciter flagellando.*

i Mirabilia in terra Cham. *id eſt in Aegypto, ſic nominata ratione ſupradicta, populum Iſrael à plagis Aegyptiorum protegendo.*

K Terribilia in mari rub. *Pharaonem, & eius exercitum ſubmergendo.*

l Et dixit. *ſ. dominus.*

m Vt diſperderet eos. *Propter eorum ingratitudinem.* D

n Si non Moyſes. *Suis orationibus impediendo effectum diuinæ vindictæ: vnde dixit ei dominus. Cerno, quod populus iſte duræ ceruicis ſit, dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam. Et ibidem ſubditur: Placatuſque eſt dominus & cæt. & ſic patet ſententia eius, quod ſubditur: Vt auerteret irā eius &c.* *Exo.32.b*

o Et pro nihilo habuerunt. *Hic incipit verſus in Hebræo, & in tranſlatione Hieron. & eſt quinta pars in qua ponitur peccatum rebellionis, quando populus territus verbis exploratorum voluit reuerti in Aegyptum, prout diffuſè traditur, in Nu. & hoc eſt, quòd dicitur: Et pro ni. ha. ter. deſide. id eſt terram Abrahæ promiſſam, lacte, & melle fluentem, ſiue manantem: eam enim pro nihilo habuerunt, quando in Aegyptum reuerti voluerunt.* *Num.14.a*

p Non crediderunt uerbo eius. *Quo promiſerat eos introducere in terram illam.*

q Et murmurauerunt in tabernaculis ſuis. *Secundum quod dicitur: Igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati ſunt contra Moyſen, & Aaron, &c. De nocte autem manebant intra tabernaculum.* *Num.14.a*

r Et eleuauit manum ſuam ſuper eos, ut proſterneret eos in deſer. *Tunc enim data eſt contra eos ſententia diuina, vt omnes, qui numerati fuerant à xx. annis, & ſuprà non ingrederentur terram promiſſionis, ſed morerentur in deſerto præter Caleb, & Ioſue.* *Idololatria Beelphegor Num.14.e.*

s Et ut deijceret ſemen eorum. *Iſta pœna fuit tunc comminata, tamen precibus Moyſi impedita.*

t Et initiati ſunt. *Hæc eſt ſexta pars, in qua deſcribitur peccatum populi Iſrael in idololatria Beelphegor: quod plenius deſcribitur in Nume. Circa quod ſciendum, quòd Ninus rex Aſsyriorum, qui condidit Niniuen patri ſuo mortuo Belo nominem, imaginē fecit, quam Belum nominauit, & hominibus reis confugientibus ad imaginem parcebat, propter quod homines cęperunt illi imagini exhibere diuinos honores, & inde deriuata eſt idololatria ad alias gentes, & ſimiliter nomina idolorum,* *Num.25.a*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et ſtetit Phinees. Caſſiod.* Solida mente, vt in generali, perturbatione ſolus ipſe confidentiam deprecationis aſſumeret. Et placauit, vel exorauit. Poſſet dixiſſe. Et mechantes transfixit. Sed melius dixit, exorauit, quia transfixio mechantium zelo Dei facta magis dicenda oratio, quam operatio, quia, qui bene agit, orat.

*Vbi ſupra.*

*Vbi ſupra.* b *Et reputatum. Aug.* Deus, qui nouit, quanta charitate populi id factũ ſit, reputauit hoc ſacerdoti ſuo in iuſtitiam, non ſolum quãdiu generatio eſt, ſed vſque in æternum.

†2. q. 7. ca. nos ſi in n. 23. q. 4. c. q Chriſtus. 2. q. 5. c. reos, & q. 8. c. occidit.

c *Et irritauerunt. Caſſiod.* Quinta pars, vbi agit de aqua contradictionis, & de immolatione filiorum: vnde vehementius iratus eſt Deus, & tamẽ poſtea miſertus. Quaſi ita irritauerũt in adinuentionibus ſuis, ſicut ſuprà dictum eſt, nunc iterum irritauerunt.

† diiudicauit, exequutus eſt iuſtitiam.

d *Et diſtinxit. Caſſ.* Hoc miraculum, à priore conſtantia, quam habuit in alijs miraculis: hoc enim ambiguè dixit, qui omnia alia certa fide promiſerat: pturbatus enim murmure populi infidelis, non tenuit fiduciam, qualem debuit. *Aug.* Et diſtinxit. Quaſi, hoc non poſſet Deus facere, qui tanta iam antè fecerat: dubitanter enim petrã percuſſit, qui in alijs non dubitauerat: De hoc autem hac ſola pęna correptus eſt, quòd non intrauit terram illam, non tamẽ alienatus eſt à regno gratiæ Dei.

†ſeculum

e *Gentes.* Septem illos populos, qui terram promiſſionis poſſidebant.

f *Et factum eſt. Caſſ.* Terra promiſſionis data in præmium, verſa eſt excedentibus in ruinam, quia gentium conformitate factæ ſunt idololatræ.

g *Et immolauerunt. Aug.* Hæc etſi illa non narret hiſtoria, tamen hic propheta mentiri non poteſt. *Caſſ.* Si non in prima, in ſequenti ætate factum eſt, quod narrat Dauid.

*Metonomia* h *Et interfecta. Aug.* Tropica locutio, continens pro contento. i. homines. Ipſi enim interficiebant animas ſuas immolando filios, & contaminati ſunt in operibus.

i *Adinuentionibus ſuis. Auguſt.* Non ꝙ primi inueniſſent, ſed quia alios imitati ſunt. Quod in Græco apertius, & hic, & ſuprà: vnde & alij trãſferunt, ſtudia, vel affectiones, vel voluptates.

k *Abominatus eſt hæreditatem ſuam. Caſſ.* i. auerſus eſt ab eis: quod auerti eſt extremum omnium malorum, vnde ruina ſequitur.

l *Et tradidit eos in manus gentium, & dominati ſunt eorum. Caſſiod.* Ecce qui gloriabantur in idolis opprobrio ſeruitutis ſubſunt, quia ſeruiunt inimicis, quod difficile eſt.

m *Qui oderunt. Caſſiod.* Graue eſt ſeruire offenſo, qui nullo placatur obſequio.

a *Sepe*

¶Immolantur mortuis hominibus quaſi dijs.

gor: & comederunt ſacrificia mortuorum. Et irritauerũt eum in ad-

a ¶Alias, ſtudijs. b ¶Vt pro ſuis grauibus peccatis grauiter vaſtarentur.

inuentionibus ſuis, & multiplicata eſt in eis ruina. †Et ſtetit Phinees

a ¶Aug. Breuiter dicit, quia non docet, ſed commemorat. b ¶Si.

& †placauit, et ceſſauit quaſſatio. Et reputatũ eſt ei in iuſtitiam, in generatione & generationem vſq; in

¶Iterum. a ¶Ad iram prouocauerunt.

†ſempiternum. Et irritauerũt eum

a ¶Mente turbatus vt hæſitaret.

ad aquas contradictionis, & vexa-

a ¶Nimia importunitate populi ſuccenſus diffidenter excrepuit di. Nunquid de petra hac poterimus vobis aquam educere.

tus eſt Moyſes ꝓpter eos, q̃a exacerbauerunt ſpiritum eius. Et diſtin-

a ¶Ideo quia exacerbauerunt eum.
b ¶Illi de quorum iniquitatibus loquitur pſalmus cum in terram promiſſam intrarent

xit in labijs ſuis: non diſperdiderunt gentes, quas dixit dominus

¶Vt interficerent, nec communicarent eis.

a ¶Caſſ. Ne enim hoc fieret, præceperat Deus occidi gentes.

Deus illis. Et commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Et ſeruierunt ſculptilibus eorum,

a ¶Ita. b ¶Quod eas non perdiderunt, ſed commiſti ſunt eis.

et factum eſt illis in ſcandalum. Et

a ¶Hoc Moyſe & Ioſue mortuis.

immolauerunt filios ſuos, & filias

a ¶Idolis, quæ erat conſuetudo Gentium.

ſuas dęmonijs. Et effuderunt ſan-

a ¶Auguſt. Paruulorum, à conſenſu illius ſceleris alienorum.

guinem innocentem, ſanguinem

a ¶Caſſ. Ne putes extraneorum.

filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan: Et interfecta eſt

a ¶Quia ferè hoc peccato omnes mortui ſunt.

a ¶Id eſt ipſi homines. ¶Id eſt contaminati ſunt.

terra in ſanguinibus, & contaminata eſt in operibus eorum, &

¶Polluti. a ¶Adulterinis ſuperſtitionibus polluti.

fornicati ſunt in †adinuentionibus

a ¶Quaſi potentia vindicandi excitata eſt. ¶Ira non eſt in Deo ſed per ſimilitudinem.

ſuis. Et iratus eſt † furore dominus in populum ſuum, & abominatus

¶Aug. Non ad perditionem, ſed diſciplinam quod innuit nominans hæreditatem.

eſt hæreditatem ſuam. Et tradidit eos in manus gẽtium, & domi

¶Quia illis ſubiecti.

nati ſunt eorum qui oderunt eos.

*pulum & plaga magna, & hoc eſt, quod dicitur: Et initiati ſunt Beelphegor, id eſt applicati ſunt cultui illius idoli.* G

a Et comederunt ſacrificia mortuorum. *id eſt, de carnibus animalium idolis immolatorum.*

b Et irritauerunt eum. *ſcilicet Deum.*

c In adinuentionibus ſuis. *id eſt, in peccatis ſtudioſè ab eis factis.*

d Et multiplicata eſt in eis ruina. *Quia tunc occiſi ſunt. xxiiij. milia hominum, vt ibidem dicitur:*

e Et ſtetit Phinees. *Quia occidit Zãbri ducem tribus Simeonis cũ muliere Madianite.*

f Et pla. *ſ. Deum per ſuum bonum zelum.*

g Et ceſ. quaſ. *i. plaga à filijs Iſrael.*

h Et reputa. *Quia propter hoc factum fuit certificatus à Deo, ꝙ ſuccederet patri ſuo in ſummo ſacerdotio, vt ibidem dicitur:*

i In gene. *Quia adhuc iſtud factum recolitur in memoriam iuſtitiæ ipſius.*

K Et irritauerunt. *Hæc eſt ſeptima pars de peccato contradictionis propter aquæ defectum, quod plenius ponitur in Nu. Et contigit antè factum præcedens, licet poſt ſcribatur, quia pſalmiſtæ non ſemper tenent ordinem hiſtoriæ, & hoc eſt, quod dicitur: Et irrita. eum. ſ. dominum.*

l Ad aquas. *Quia impatienter, & contentioſè locuti ſunt contra Moyſen propter aquæ defectum, & per conſequens contra dominum, non expectantes debitè eius beneplacitum.*

m Et vexa. *id eſt turbatus mente in tantum quòd timuit, ne Deus denegaret eis aquam propter malitiam eorum, & ſic non credidit plenè verbis domini, quibus ei dixit, & Aaron fratri ſuo: Loquimini ad petram coram eis, & illa eis dabit aquas: propter quod percutiendo petram protulit verbum dubitatiuum, dicens: Num de petra hac aquam vobis poterimus eijcere? vt ibidem plenius fuit expoſitum, ideo ſubditur:* H

n Et diſtinxit in labijs ſuis. *id eſt manifeſtè oſtendit in modo loquendi haſitationem cordis ſui: propter quod ſtatim fuit à Deo reprehenſus, & ab ingreſſu terræ promiſſionis excluſus.*

o Non diſperdiderũt. *Hic eſt principium verſus in Hebræo, & in translatione Hierony. Et eſt octaua pars, in qua agitur de peccato idololatriæ in terra promiſſionis iam adepta perpetrato. Et diuiditur in duas, quia primò deſcribitur culpa, & ſecundò pęna, ibi: Et iratus eſt. Circa primum ſciendum, quòd dominus præcepit habitatores terræ Chanaan interfici, ne per eos filij Iſrael ad idololatriam traherentur, & ipſi cupiditate ducti permiſerunt eos viuere propter tributum quod eis reddebant, vt dictum fuit in lib. Iud. & ſic tracti fuerunt ad idololatriam eorum, & hoc eſt, quod dicitur. Non diſper. gen. & patet ex dictis litera vſque ibi:*

p Et immo. fi. ſu. & fi. *Quæ in idolis colebantur, & ex hoc apparet vehementia peccati idololatriæ in filijs Iſrael, quia non ſolum immolabant dæmonijs animalia in cultu diuino, ſed etiam prolem ſuam, quam naturaliter diligunt, & conſeruant bruta animalia quantumcunque ferocia.*

q Sculptilibus Chanaan. *id eſt Chananæorum inter eos habitantium, vt dictum eſt.*

r Et infecta eſt terra in ſanguinibus. *id eſt polluta, & contaminata eſt &c.*

## NICOLAVS DE LYRA.

*lorum, quia ſicut Aſſyrij idolum ſuum vocauerunt Belum, ita alij Bel, vt Babylonij, & alij Beel, & alij Baal ſecundum varietates idiomatum. Moabitæ autem idolum ſuum vocauerunt Beelphegor, de quo hic agitur, & eſt nomen compoſitum ex duobus integris ſcilicet Beel, & Phegor, quod eſt nomen montis, vbi colebatur. Igitur Balac rex Moabitarum de conſilio Balaam, miſit puellas pulchras, & nobiles prope tentoria filiorum Iſrael, vt per eas inducerentur ad idololatriam, & ſic Deus offenderetur contra populum Iſrael, & aliqui de populo luxurioſi accedebant ad eas, & cùm vellent eas cognoſcere, non aſſentiebant ſecundum præceptum regis Balac, niſi cum eis prius idololatrarent, vt dictum fuit plenius in Nu. de quo ſecuta fuit ira Dei contra populum*

*Baalphegor* — *Num. 25. a*

s Et fornica. ſunt. *i. idololatrauerũt, quia idololatria fornicatio nominatur in ſcriptura, quia in ea recedit anima à Sponſo ſuo verò, ſcilicet Deo.*

t In adinuentionibus ſuis. *id eſt ſtudioſè, & cum magna diligentia acquiſitis.*

u Et iratus eſt fu. *Hic conſequenter ponitur pęna, quæ eſt auxilij diuini ſubtractio, & aduerſariorum dominatio, & hoc eſt, quòd dicitur: Et ira. eſt furo. do. In quo notatur grauitas culpæ Deum prouocantis.*

x Et abominatus eſt hære. ſuam. *ſ. filios Iſrael, qui dicuntur Dei hæreditas in ſcriptura, qui propter peccata ſua fuerunt eiecti à protectione diuina, ſicut cibus abominabilis reijcitur.*

y Et tra. e. *Idololatria deditarum.*

z Et do. ſunt e. *Et ſic ex odio præcedenti grauius afflixerunt eos. ideo ſequitur: Et tribulauerunt &c.*

a Et



a *Sepe liberauit. Caſſiod.* Duplex miſericordia, præmiſit enim A ſuperius beneficia Dei, nec tamen ceſſat iniquitas eorum, intulit vindictam, & afflictis iterum miſeretur.

b *In conſilio ſuo. Aug.* Conſilium hominis malum eſt ipſi homini, qui quærit, quæ ſua ſunt, non quæ Dei.

c *Teſtamenti. Caſſ.* Cauſa eſt, ne Iſrael pro debito periret, teſtamentum nouum, vbi eſt aduentus domini, q eſt Abrahæ promiſſus.

d *Penituit. Aug.* Quia mutauit, quòd perditurus eos videbatur. *Caſſ.* Tunc pęnitet, quando nos pęnitere videt, & talis eſt nobis, quales nos illi. *Aug.* Nihil quaſi repentino conſilio facit Deus, ſed quod ab ęterno præſciuit. Sed mutare dr̃, qđ ſcdm rerũ cauſas ſequi videretur alijs cauſis ecõtra interuenientibus. Sed & cauſas, & qd fieret, immutabiliter præuidit.

e *In miſericordias. Caſſ.* Propter diuerſa dona: prophetæ, Apoſtoli, martyres, & confeſſores, de Iudæis fuerũt, quos dedit in miſericordias, & hoc in conſpe. om. qui cę. eos. i. gentiũ, vt eos gentes mirarẽtur. q̃ prius eos deſpexerunt. Vel, corã dæmonibus liberi facti, ſub quibus fuere captiui.

f *Saluos fac nos. Caſſ.* Sexta pars. Iam copia laudis Dei expletus præcatur, quod futurũ vidit, vt eccleſia de omnibus gentibus congregetur, & laudes æternas cantet. *Aug.* Saluos fac nos quaſi. Dediſti miſericordias in conſpectu omnium, diaboli, & Angelorum eius, qui captiuos tenebãt, quibus eiectis perficit Chriſtus ſanitates. Saluos fac nos: vnde hic orat, vt perficiat ſalutem. Vnde ſeruat hic ordinem, quem dominus in Euangelio: prius enim agit de eiectione dæ- B monum, poſtea de ſanitate. Tertiò de glorificatione, vbi ſubdit, & gloriemur in lau. t. Sic. n. dixit dominus in Euangelio. Ecce eijcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie, & cras, & tertia die conſummor. i. perficior occurrentibus oĩbus in virum perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Per quæ notantur tres ſtatus Chriſtianæ religionis: Duo in p̃ſenti, vbi meremur. Tertius in futuro, vbi triũphabimus. Primus eſt in pęnitentia. Scđs in iuſtitia. Tertius in gloria. In quorũ ſignificatione celebrabant in veteri teſtamẽto tres p̃cipuę feſtiuitates. i. Paſcha, Pẽtecoſtes, & ſcenophegia. In Paſcha immolabant agnũ, & comedebant azyma cũ lactucis agreſtibus, & ſpicas igne torrebãt: per q̃ ſignificatur carnis mortificatio, & pęnitentiæ amaritudo. In Pentecoſte, noui panes cũ nouis fructibus offerebãtur, p qđ intelligitur iuſtitiæ ſtatus, p quã in nouitate vitæ ambulamus. In Scenophegia q̃ erat feſtiuitas tabernaculorũ, offerebant de cunctis fructibus anni in templo per quod ſignificabant ſtatus futuræ cõſummationis, qñ ſancti in immortalitate dedicati veniunt cũ exultatione portãtes manipulos ſuos. Ijdẽ tres ſtatus ſignificati ſunt p ea, quæ Samaritanus circa vulneratũ fecit. Infudit. n. prius vinũ, poſtea oleũ, deinde dixit illi: vade, ſanus factus es. In vino intelligit̃ feruor pęnitentiæ. In oleo lenitas iuſtitiæ. In eo, qđ dixit, vade, ſanus factus es, conſummatio glorificationis æterna. Hi quoq; ijdem ſignificantur per tres dies Chriſti, i. crucis, ſepulturę, reſurrectionis. Iſti ergo tres ſtatus ſignificantur p illa tria prædicta, quæ dñs dixit. Per eiectionẽ quippe dæmonũ pęnitentia intelligitur, per quã à peccatis mundamur. Per ſanitatum perfectionem, iuſtitia. Per tertię diei conſummationẽ, futuræ glorificationis perfectio intelligitur. Ijdem quoque tres ſtatus ſignificãtur per ea, quę & hic dicuntur. Primus pęnitentiæ ſtatus notatur per hoc, quod dicit: dedit in miſericordias in conſpectu omnium. Scđs iuſtitiæ ſtatus per hoc, ꝙ dicit: Saluos fac nos. Tertius glorificationis per hoc, quòd dicit, vt confiteamur, & gloriemur. Sequitur. Et congrega nos de nationibus. C

*Exo. 12. b*

*Pſal. 125. a* *Luc. 10. f*

*Tres dies Chriſti*

g *Benedictus dominus. Caſſ.* Hęc eſt laus, quã congregatos optat cantare, hoc nunc cantat eccleſia de tanto bono lęta. D

h *A ſeculo & vſque in ſeculũ.* id eſt ab æterno in æternũ, quia ſine fine laudabitur: hæc eſt tertia conſummatio corporis Chriſti in immortalitate, quod in principio pſalmi oratum eſt. Memento noſtri domine in benepla. po. t. ad vidẽdum, ad lætandum, ut lauderis cum hæredita. tua.

Et tribulauerunt eos inimici eorũ, & humiliati ſunt ſub manibus

a ¶Sed dominus. b ¶Aug. hoc eſt quod ſuperius dixi: non ſuſtinuerunt conſilium eius, ſcilicet Dei, quod eſt de æternis.

eorum, ſepe liberauit eos: Ipſi autẽ exacerbauerunt eũ in conſilio ſuo,

a ¶Ideo. ¶Viles facti.

& humiliati ſunt in iniquitatibus

a ¶Licet eſſent iniqui, Deus tamen per ſuas miſericordias non neglexit eos. ¶Intuitu miſericordiæ.

ſuis. Et † vidit cũm tribularẽtur, & †audiuit orationem eorum. Et me

a ¶Aug. Æterni quod diſpoſuit ad Abraham.

mor fuit teſtamenti ſui, & pęnituit eum ſecundum multitudinem mi

a ¶Prædeſtinatos. b ¶Pluraliter dicit quia qui que proprium donum habet, & totum eſt miſeratio Dei.

ſericordiæ ſuæ. Et dedit eos in miſericordias, in conſpectu omnium

a ¶Hoc falſo putant Iudæi impleri per Antichriſtum.

qui ceperant eos. Saluos fac nos domine Deus noſter, & congrega

b ¶Vnde: Alias oues habeo, ſcilicet de gentibus ſcilicet filios Dei, qui diſperſi erant.

nos de nationibus. Vt cõfiteamur

¶In præſenti & in futuro.

nomini ſancto tuo, & gloriemur

a ¶Caſſ. Non in humana iactantia. b ¶Eſt.
¶Vnde Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te.

in laude tua. Benedictus dominus Deus Iſrael à ſeculo & vſq; in ſeculum, & dicet oĩs populus, fiat fiat.

a ¶Aug. Iſte prædeſtinatus de Iudæis & gentibus.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et humiliati ſunt. *Coram Deo.*

b Sub manibus eorum. *pęna inflicta dante eis intellectum.*

c Sępè liberauit eos. *Sicut patet ex decurſu libri Iudicum, quia quandocunque ab inimicis afflicti humiliter Deum deprecabantur, ſuſcitabat dominus iudices ad eorum liberationem, ſecundum quod dr̃ in lib. Iud. Cumq; dominus iudices ſuſcitaret eis, in diebus eorum flectebatur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cęde vaſtantium.*

d Ipſi autem exacerbauerunt eum in conſilio ſuo. *Quia malum culpæ prouenit ex defectibilitate liberi arbitrij, & non ex Deo.*

e Et humiliati ſunt. *Et patet litera ex dictis vſque ibi:*

f Et memor fuit teſtamenti ſui. *id eſt promiſſi ſui per Moyſen dicti. Si ad cardines cęli fueris diſſipatus, ſcilicet propter peccata tua, inde retrahet te dominus Deus tuus, ſi verè pęnitueris, & aſſumet, atque introducet te in terram, quam poſſederunt patres tui, &c.*

g Et pęnituit. *Ad modum pœnitentis ſe habuit, quando, quos captiuauerat, de captiuitate reduxit.*

b Et

b Et dedit eos in miſericordias. *& hoc patet de Manaſſe rege Iuda, quem de captiuitate in regnum reſtituit. & de Ioachin rege Iuda, quem rex Babylonis de carcere abſtulit, & inter maiores regni ſui conſtituit.*

*2. Par. 33. c* *4. Reg. 25. g*

i Saluos fac. *Hæc eſt vltima pars huius pſalmi, in qua reſumit Pſalmiſta ſuam deprecationem ad populi Iſrael liberationem di. Saluos fac nos domi. Deus no. De ſeruitute, & anguſtijs in quibus populus tuus eſt afflictus in diuerſis terris: quia à tempore iudicum fuit populus Iſrael frequenter captiuatus à diuerſis gentibus.*

K Et congrega nos de nationib. *in loco tui cultus, ſcilicet in Iudęa.*

l Vt confiteamur. *Confeſſione tuæ laudis.*

m Et gloriemur in laude tua. *In præſenti per gratiam, & in futuro per gloriam.*

n Benedictus dominus Deus Iſrael. *In omnibus, quæ facit, & faciet nobis in aduerſis, & proſperis.*

o Et dicet omnis populus. *id eſt dicat: quia Hebræi pro optatiuo vtuntur futuro indicatiui.*

p Fiat fiat. *In Hebræo habetur: Amen quod ſignificat ſtabilitatem veritatis, & ponitur hic ſemel tantùm, &c.*

*In pſalmo cv. Confitemini: vbi dicitur in poſtilla: Saluos fac nos. Hæc eſt vltima pars huius pſalmi.*

## ADDITIO.

In hac vltima parte deprecatoria pſalmiſta non loquitur de ſeruitute, ſeu anguſtijs Iudæorum, quæ fuerunt à tempore iudicum, & citra vſque ad templum ſecundum: quia iam de his dixerat gratias agendo, & dedit eis in miſericordiam. &c. ſed hic loquitur ad literam de captiuitate vltima Iudæorum, & omnium fidelium, à qua erant ſaluandi per Chriſtum, de quo dicit: Saluos fac nos domine Deus noſter. Similiter erant congregandi de nationibus, ſcilicet vniuerſis in confeſſione veræ fidei, de quo dicit: Vt confiteamur nomini ſancto tuo, per quam confeſſionem adepturi erant gloriam, de quo dicit: Et gloriemur in laude tua, quæ omnia facta fuerunt per illum benedictum, qui venit in nomine domini, & ideo concludit: Benedictus dominus Deus Iſrael à ſeculo, & vſque in ſeculum: ſcilicet à ſeculo veteris teſtamenti vſque ad ſeculũ noui, vel à ſeculo huius vitæ vſque ad ſeculum futuræ, de quo dixerat: Et gloriemur. Et quod hæc ſit expoſitio literalis, patet per Ra. Abenhazra, qui inter Hebræos fuit maximus expoſitor ad literã, qui in hoc loco ſic dicit: Pſalmiſta loquitur in ſpirituſancto, in perſona filiorum captiuitatis noſtræ: Hæc ille. Quæ quidem verba licet implicent falſitatem inquantum prætendunt Meſſiam adhuc venturum ad ſaluandum generaliter, oſtendunt tamen veritatem in hoc, quòd Pſalmiſta loquebatur de ſaluatione, quæ ſuo tempore erat fienda per Chriſtum.

## REPLICA.

In pſal. Confitemini, ſecundo, ultimum paſſum. Saluos nos fac. Deus, &c. cùm poſtillator totum pſalmum expoſuiſſet ſine Burgen. oppoſitione, de tribulationibus, tranſgreſſionibus, & redemptionibus

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ptionibus filiorum Iſrael tempore templi primi, exponit de epilogatione, & reſumptione deprecationis pro populi Iſrael liberatione. Burg. autem diſcontinuans litteram, dicit hunc paſſum exponendum de ſupplicatione pro liberandis Iudæis ab iſta vltima captiuitate, vt ob hoc dicatur: Saluos fac nos &c. ſed vide, quòd argumentum à Burg. contra poſti. ſępe factum, hic contra Bur. locum habet. Arguit enim ſępè ſuperius ſic: Fruſtra Iudæi tempore captiuitatis Babylonicæ rogant liberari: quia fuerunt peruerſi, & domus exaſperans, &c. ideo non merentur exaudiri. ideoque ſic arguo in G propoſito: Peiores ſunt Iudæi ſub præſenti captiuitate negantes ſine ratione Chriſtum dominum, ideo fruſtra orant: Saluos fac nos domine, &c. ſecundum Bur. quia non merentur exaudiri, cũ ſint blaſphemi contra Chriſtum, & eccleſiam. Sed pro conſolatione Bur. ſolutum eſt argumentum. ſup. quòd videlicet, ſi liberatio non habet reſpectum ad populi merita: habet tamen reſpectum ad merita patrum, & ad Dei promiſſa complenda.

## GLOS. ORDIN.

a *Alleluia alleluia. Aug.* Hic pſalmus commendat miſericordiam Dei. Habuit & ſuperior bis alleluia, & hic quoq; bis, quia eſt de vniuerſali eccleſia, quæ conſtat ex duplici pariete, ſcilicet gentium, & Iudæorum in vno angulari lapide collectorum. Et meritò, vt dicamus abba pater, cùm idem ſit abba, quod pater, id eſt vt ſic per duo alleluia intelligamus duos populos, quos intelligimus per illa duo nomina, quæ Apoſtolus poſuit, quamuis idem ſignificantia.

*Enar. pſal. 106. to. 8* — *Rom. 8. c*

## GLOS. ORDINARIA.

### PSAL. CVI.

*Ibidem*

C*onfitemini do. Auguſt.* Docet hic pſal. quid ſimus p nos infirmi ſcilicet, & mali, quid per miſericordiam Dei, boni. ſ. & filij Dei. Cõteritur ſuperbia, glorificatur gratia, quæ de quatuor tentationibus liberat. Prius monet redemptos confiteri. Confitemini vtroque modo, ſcilicet peccata, & laudes. *Caſs. Aug.* Cuius ſunt ſeptem partitiones. Primò, monet redemptos confiteri. Secundò, ponitur prima tentatio, ibi: Errauerunt. Tertiò, ſecunda tentatio, ibi: Sedentes in tenebris. Quartò, tertia tentatio, ibi: Omnem eſcam. Quintò, quarta, ibi: Qui deſcendũt. Sextò, commendatur eccleſia, ibi: Poſuit flumina. Septimò, agit de hæreticis, ibi: Et pauci facti.

*Diuiſio Expoſ. pſal. 106.* — *† ſiccitate* — F

c *Et mari. Caſs.* Pro auſtro, ponit mare, oceanum illius partis intelligens, hoc pro qualibet parte mundi poteſt accipi.

d *Errauerunt. Caſs.* Secunda pars, vbi prima tentatio eſt error, vbi & fames. Error quia viam veritatis Chriſtum neſciebant, vbi & egeſtatem veri panis patiebantur. Ordo in hac, & reliquis tentationibus, prius eſt tentationis expoſitio, poſt clamor liberationis. Tertiò exauditio clamoris. Quartò pro exauditione confeſſio. i. laudatio.

*Error & fames*

e *Eſurientes. Aug.* Curioſos ſeculi ſignificat, qui veritatem diuerſis opinionibus exquirebant, nec inueniebant.

f *Anima eo. in ipſis. Aug.* Commendat ſe Deus, qđ nobis expedit: deficimus, vt rogemus, & ſubuenientem amemus.

a *Et dedu.*

## Alleluia alleluia. CVI.

a Alleluia alleluia
a ¶Hoc nequit qui non guſtauit. vnde alibi: Guſtate & videte, quoniam ſua. eſt dominus.
b C*onfitẽmini dño qm̃* bònus, quoniã i ſeculũ miſericordia eius.
a ¶Alias. ſuauis. b ¶In æternum. — a ¶Quod ego dico. b ¶Sanguine Chriſti.
Dicãt qui redempti ſunt à domino, quos redemit de manu † inimici: de regionibus congregauit eos. A ſolis ortu & occaſu, ab aquilone & mari. Errauerũt in ſolitudine in † inaquoſo, viã ciuitatis † habitaculi nõ inuenerunt. Eſurientes & ſitientes, animã eorum in ipſis defecit. Et clamauerunt ad domi-
¶Diaboli. — a ¶Aug. Paulatim non omnes ſimul in vnam ciuitatem in vnum populum Dei. ¶Caſs. Qui prius per aras & lucos demonum raptabantur. — a ¶Vnde congregauit? ¶Caſs. hic patet, quod non de ſolis Iudæis dicit. — a ¶Redemit, congregauit. quia. b ¶Sine Deo. — a ¶Sine vera doctrina. b ¶Quæ eſt Chriſtus. c ¶Cęleſti. Ieruſalem in qua habitandum eſt. — a ¶Aug. Et præter errorem erat eis inopia ſine cibo verbi Dei, & potu gratiæ, quia erant. — a ¶Quia non ſe excellit, ſed ſe ſibi ſufficere putauit. — ¶Ideo. ¶Iam compuncti. ¶Iam conuicti.

conſonat, quæ non videtur loqui de redemptione per Chriſtum facta, ſed magis de liberatione à quibuſdam periculis corporalibus, vt magis videbitur proſequendo: propter quod Ra. Sa. dicit, quòd iſte pſal. eſt quædam inuitatio ad gratiarum actionem quorumcunque liberatorum diuinitus à periculis, & anguſtijs. Et hic ſenſus ſaluo meliori iudicio, videtur mihi literalis. Expoſitio verò Auguſt. magis myſtica videtur: Nec valet motiuum, quod pro ea inducitur. Dicant, qui redempti ſunt: Ab ortu ſolis &c. quia ſicut patet ex decurſu libri Iudicum, & quarti Regum illis temporibus populus Iſrael frequẽter fuit captiuatus, etſi non totaliter, tamen particulariter ad omnẽ poſitionem terrarum in circumitu terræ promiſſionis exiſtentiũ, & per conſequens inde potuerunt redimi, & in Iudæam reduci. Igitur ſecundum iſtum ſenſum pſalmus iſte in duas partes diuiditur, quia primò Pſalmiſta inducit ad gratiarũ actionem liberatos à periculis generaliter: Secundò liberatos à quibuſdam periculis ſpecialiter, ibi: Errauerunt. Circa primum ſciendũ, quòd Pſalmiſta inducit ad gratiarum actionem non ſolùm à periculis liberatos, ſed etiã alios per ipſos, & ideo cõſtructio primæ partis incipit, ibi:

d Qui redempti ſunt. *id eſt liberati à quibuſcunque periculis.*

e A domino. *id eſt per dominum.*

f Quos redemit de manu inimici. *Eos affligentis qualitercunque.*

g De regionibus. *Diuerſis, vbi erant diſperſi.*

h Congregauit eos. *in terra ſua. ſ. Iudæa.*

i A ſolis ortu, & occaſu. *i. ab omnibus terris circa Iudæam poſitis, in quacunque plaga, propè, vel longè. Iſti, inquam, dicant,* H *Deum laudando, & alios ad hoc inuitando, ſicut Dauid liberatus de manibus Achis regis Geth, dixit ſuprà. in pſal. Magnificate dominum mecum, &c. ita iſti liberati dicant alijs. Confitemini domino, quoniam bonus. Cuius bonitatem in noſtra liberatione experti ſumus. Quoniam in ſeculum miſericordia eius. Quia nunquàm denegatur verè pœnitentibus.*

K Errauerunt. *Hic conſequenter inuitat liberatos ab aliquibus periculis ſpecialiter, quæ communius ſolent accidere hominibus. Et diuiditur in ſex partes ſecundum ſex particulas, & parebunt partes proſequendo. Primum periculum eſt deuiationis in itinere, ad quod ſequuntur alia, ſcilicet famis, & mortis, & conſimilium. Ad hoc habetur exemplum de Agar, & Iſmahele filio ſuo, quæ errabat in ſolitudine Berſabee, & conſumpta aqua in vtre puer fuit in periculo mortis, ſed dominus matrem, & puerum liberauit de periculo per Angelum. Et ſimile contigit multis alijs, & hoc eſt, quod dicitur: Errauerunt in ſoli. in inaquoſo. quia in talibus deſertis non ſunt aquæ, niſi valde rarò.*

l Viam ciui. habi. non inuenerunt. *id eſt non inuenerunt viam ſtratam ducentem ad aliquam ciuitatem, vbi poſſent habitare ſecurè, quia in deſertis non ſunt tales viæ. Et ex hoc ſequitur periculum famis, & ſitis, eò quòd victualia non inueniuntur in deſertis, ideo ſubditur:*

n Eſurientes &c. *Ipſis defecit. quia ex defectu victualium ſequitur defectus virium vitalium.*

p Et clama. ad dominum. *Vt liberarentur.*

a Et de

## NICOLAVS DE LYRA.

*Materia pſalmi*

C*onfitemini do. Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo Alleluia. & patet ſententia ex ſupradictis pſal. ciiij. De materia autem huius pſalmi dicit Aug. quòd eſt gratiarum actio pro redemptione generali facta per Chriſtũ, quã Pſalmiſta præuidit in ſpiritu, & ad hoc inducit, quod ſubditur: Dicant, qui redempti ſunt à domino. Et ſequitur: Vnde facta ſit illa redemptio: A ſolis ortu, & occaſu, ab aquilone, & mari. Sed litera ſequens non con-*

## MORALITER.

✱ a *Confitemini domino.* Iſte pſal. eſt inuitatio ad diuinam laudem ex liberatione diuerſorum hominum à periculis corporalibus. *Moraliter.* autem poteſt exponi de liberatione à periculis ſpiritualibus, & primò ponitur generalis inuitatio, cùm dicitur: Confitemini domino, quoniam bonus. eſſentialiter.

b *Quoniam in ſe. mi. eius.* i. effectus ſuæ miſericordiæ multiplex.

c *Dicant.* Hic ponitur inuitatio ſpecialis, & primò ex redemptione facta per Chriſtum cùm dicitur: Dicant, qui redempti ſunt à do. id eſt Chriſtiani Deum laudent, quos redemit ſanguine ſuo.

g *De regionibus congregauit eos.* In vnam eccleſiam.

i *A ſolis ortu.* id eſt ab omnibus mundi partibus per prædicationem Apoſtolorum, aliorumq; Chriſti diſcipulorum.

K *Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo.* Hic ponitur inuitatio ad Dei laudem, ex liberatione Gentilium à cultura idolorum, cùm dicitur: Errauerunt in ſolitudine in ina. &c. id eſt in Gentilitate, quæ non erat culta à prophetis, & lege diuina.

l *Viam ciuitatis.* Scilicet cęleſtis.

m *Non inuenerunt.* Nam philoſophi Gentiles hanc ignorauerunt. Hieronymus. in epiſtola ad Paulinum. Hanc doctus Plato neſciuit, hanc Demoſthenes eloquens ignorauit.

n *Eſurientes, & ſitientes.* id eſt veram beatitudinem cognoſcere deſiderantes.

o *Anima illorum in ipſis defecit.* Ab eius inuentione.

p *Et clamauerunt ad dominum & cætera.* Pœnitentes de ſuis inquiſitionibus vanis, & curioſis, ad prædicationem eccleſiæ, vt

✱ patet

K Erra-



a *Et dedu. Aug.* Quaſi eripuit de ignorantia, oſtendens viam A Chriſtum. Ecce liberauit eos ab errore. de fame autem, & ſiti, quibus æſtuabant, qualiter liberauerit, pòſt dicet: ſed præmittit de confeſſione.

b *Mirabilia. Hier.* Quaſi mirabili modo redemptionis datæ ſunt miſericordiæ.

c *Eſurientem. Caſſi.* Scire appetentem, vel non ſcire appetentem, ſed inedia nimia deficientem: ſicut contingere ſolet nimia fame, vel infirmitate confecto, vt manducare non appetat, ſed nimia, inedia deficiat.

d *Se. in te. Aug.* Tertia pars, vbi ponitur ſecunda tentatio, difficultas vincendarum concupiſcentiarum. Iam. n. poſitus in via ſcit, quomodo viuere debeat, quod ante in errore neſciebat. Etſi conatur, quod nouit ligatus conſuetudine praua nequit: nõ ergo ſuis viribus conetur, ſed clamet ad Deum, & iam erit facile, qđ erat difficile abſtinere à malis. Poterat hoc dñs ſine difficultate dare, ſed tũc largitorem huius boni non agnoſceremus, niſi prius obnitentes cupiditates ſentiremus, & nos etiam hoc poſſe confideremus.

e *Quia exar. Aug.* Hoc aliud iterum conantem vincit, quia non agnoſcẽs gratiã ſibi tribuebat, ſuam iuſtitiam conſtituere volens conſiliũ Dei circa ſe reprobabat: vnde addit: Quia exacerbauerunt. *Aug.* Exacerbauerunt eloquia Dei. Contra eloquia Dei agẽtes in eius regulis viuere reſpuerunt: vnde eis erat iratus. Conſiliũ al. ir. vt qui ſuperbierunt, in anguſtijs humiliarentur, quod erat ſalubre conſiliũ, vt morbus ſeculi contrario remedio curaretur.

f *Nec fuit qui. Aug.* Deo. n. deſiſtente B ab auxilio, laborare potes contra vitia, ſed non vincere, & te preſſo tua praua conſuetudine, humiliabit cor, vt diſcas clamare. vnde ſubdit; Et ex.

g *Et excla. Caſ.* Simili cauſa eadem ſententia quæ & ſupra.

h *Portas æ. Caſ.* Portæ æreæ hominũ cõſuetudines vitioſæ, q̃ clauſos non ſinunt exire. Vectes. ſpiritus immũdi, qui portas obſerãt Aereos, ferreos, p fortitudine ponit, ſed virtꝰ Dei frãgit.

i *Om. eſcam. Aug.* Quarta pars, vbi ponitur tertia tentatio, q̃ eſt tædiũ. Qui ſupra fame languebant, item faſtidio periclitantur; ne ergo putes de ſatietate ſecuros, quia & faſtidio moriuntur. Et hoc eſt omnem eſcam. *Aug.* Poſtquã venit de ignorantia ad veritatẽ, de errore ad viam, de fame ſapientiæ ad verbum fidei, & poſtquã difficultates malorũ vicit, vt ſine q̃rela viuat, reſtat tædiũ, vt aliq̃n nec legere, nec orare delectet; euaſit imperitiã, & cõcupiſcẽtiã, ſed morĩ tędio.

a *Qui*

num cum tribularentur, & de † neceſſitatibus eorum † eripuit eos. Et † deduxit eos in viam rectam, vt irẽt in ciuitatẽ habitationis. Confiteantur domino † miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominũ. † Quia ſatiauit animam inanem, & animam eſurientẽ † ſatiauit bonis. † Sedentes in tenebris & umbra mortis: † vinctos in mendicitate & ferro. Quia exacerbauerunt eloquia Dei, & conſilium altiſſimi † irritauerunt. Et humiliatum eſt in laboribus cor eorum, & infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerũt ad dominum cum tribularentur, & de neceſſitatibus eorũ † liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit. Confiteantur domino † miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominũ. Quia contriuit portas æreas; & vectes ferreos confregit. † Suſcepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, et appropinquauerunt vſq;

a ¶Errore & fame. b ¶Malis ineuitabilibus. — a ¶Quid enim eis fecit? ¶Quia errabant. b ¶Quæ eſt Chriſtus. ¶Vnde: Ego ſum via. — a ¶Operando. b ¶Cuius viam non inuenerant. — a ¶Ergo. ¶Aug. Quaſi dicite inexpertis vos qui hic iam experti eſtis in via poſiti ad ciuitatem directi, iam deniq; à fame & ſiti liberati: Quia ſati. ani. ina. b ¶Aug. Non merita noſtra, non vires, non ſapientia. — ¶Exhibita. — a ¶Non ſolum duxit in viam, ſed & fame liberauit. b ¶Quæ erat vacua ſine Deo. — a ¶Quando à Deo viſitata medicum deſiderabat. — a ¶Morantes, quia vincti conſuetudine praua. b ¶Peccatis. b ¶Vitioſa vita eſt imago futuræ mortis. — a ¶Quia ipſi mendici per indigentiam boni. — a ¶Quia vincula peccatorum quæ ligant eos ferrea, & inuincibilia ſunt. b ¶Ideo vincti ſunt in men. & ferro. c ¶Per ſuperbiam iuſtitiam Dei neſcientes, ſuam volentes conſtituere. — a ¶Spernendo. b ¶Ideo. — a ¶Impotentes per ſe reſiſtere vitijs. b ¶Aug. Etenim præceptum auget peccatum. c ¶Alias. — a ¶Difficultates. b ¶Ergo. ¶Pro liberatione ſequitur laudatio. ¶Hoc ſupra expoſitum. — a ¶Quare? — a ¶Has difficultates vicit. b ¶Naturalem cupidinem. c ¶Diabolicas ſuggeſtiones. — a ¶In altum boni operis, quia longe antea erant ſuperbi. Vnde erant ad deiectionem interius humiliati. — a ¶Quia ſibi tribuebant non Deo, ſuam iuſtitiam conſtituentes. b ¶Deiecti ad interitum. Et ſic in malo vel in bono, inuenerunt ſe nihil poſſe ſine Deo. — a ¶Suſcepit tamen. b ¶Caſ. Vnde anima viuit. — a ¶Ne leue putes.

m Vinctos in men. & ferro. *Quia talibus datur ſtrictus victus, & auſterus. Et cauſa talis captiuationis ſubditur,* C

o Quia exacer. elo. Dei. *Ideſt Deum loquentẽ per legem & prophetas.*

q Et hu. eſt in la. cor eo. *Ideſt à ſuperbia deiectum afflictione dante eis intellectum.*

s Et infir. ſunt. *i. debilitati virtute.*

t Nec fuit qui adiuuaret. *auxilio humano eis deficiente: tales ſupple dominus frequenter liberauit. Et cauſa ſubditur,* — † anguſtijs — † liberauit

u Et cla. ad do. cum tri. *verè pœnitentes, & petentes eius auxilium.*

x Et de nece. eo. *ideſt de prædictis malis, ex quo tenentur ad gratiarum actionem. Liberauit eos, ideo ſubditur,*

y Con. do. mi. *& patet litera ex dictis.*

b Suſcepit eos de via ini. eo. *Hæc eſt tertia pars in qua ponitur liberatio à tertio periculo. ſ. infirmitatis corporalis, quæ aliquando à Deo inducitur propter peccata, & à Deo ſanatur adueniente vera pœnitentia. Exemplũ habetur de Ezechia rege Iuda, & ſimile multis alijs contigit, de quibus dicitur: Suſcepit eos de via iniquitatis eo. ſ. ad puniendum infirmitate corporis, ſicut pater accipit filium ad caſtigandum.* — *Liberatio in firmitatis corporis.* — † ppter miſericordiã — *4. Reg. 20. a* — † impleuit

d Propter iniuſtitias enim ſuas hu. ſunt. *id eſt fracti & debilitati infirmitate.*

e Omnem eſcam abominata eſt anima eo. *infirmitate ingrauescente.*

f Et appropinqua. vſq; ad por. mo. *ex deſperatione recuperandæ ſanitatis ſicut Ezechias infirmatus dixit: Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. eò q̃ Eſa. dixerat ſibi ex parte domini: Diſpone domui tuæ mo. enim tu, & non viues.* — *Eſa. 38. a*

a Et

## NIC. DE LY.

a Et de ne. eo. *i. dedictis periculis.*

b Eripuit eos. *clamantes ad ſe deuotè.*

c Et de. in vi. re. *ſic prouidẽtia, nõ humana.*

d Vt irent in ci. ha. *i. in qua poſſent habitare ſecurè, & ſibi de victualibus prouidere, & quia ad hoc debet ſequi gratiarum actio, ideo ſubditur,*

e Confite. do. *i. inducant ad confitendum illos, quibus facti ſunt.*

f Et mirabilia eius fi. ho. *ideſt quæ facta ſunt filijs hominum, inducant, ſupple eos, ad gratias agendum.*

g Quia ſa. ani. *i. debilitatam ex deuio itineris.*

h Et animam eſu. *ex defectu cibi.*

i Satiauit bonis. *& accipitur hic anima pro ipſo homine, eo modo quo totum denominatur à nobiliori ſui parte.*

K Sedentes. *Hic ponitur liberatio, à ſecundo periculo. ſ. captiuationis ab hoſtibus, à quo multi liberati ſunt diuinitus. Exemplum huius habetur de Manaſſe rege Iuda liberato diuinitus à carcere, & compedibus, & in ſuo regno reſtituto, & ſimile contigit multis, & hoc eſt qđ dicitur, Se. in t. & vm. mor. quia carceres ſunt communiter in locis tenebroſis.*

m Vinctos

## MORALITER.

✱ patet de Dionyſio, & Cratone philoſopho, & pluribus alijs.

a *Et de neceſſitatibus eorum.* viam veritatis oſtendendo, propter quod ſubditur, D

c *Et deduxit eos in viam.* & quoniam de hoc regratiandum eſt Deo, ſequitur,

e *Confiteantur do. miſericordiæ eius.* confeſſione laudis.

k *Sedentes in tenebris.* Hic ponitur inuitatio ex liberatione ab hæreſi, & primò ponitur grauitas huius mali, cum dicitur: Seden. in te. peſtiferi erroris.

l *Et vm. mortis.* infernalis.

m *Vinctos in mẽdici.* per ſubtractionẽ gratię diuinæ.

n *Et ferro.* obdurationis malignæ. Et ſubditur cauſa cum dicitur,

o *Quia exacerba. elo. Dei.* peruertendo ſanum intellectum.

p *Et conſilium altiſſimi irrita.* ideſt ſecreta fidei.

q *Et humiliatum eſt.* ideſt deiectum.

r *In laboribus cor eorum.* Sapien. 5. b. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis. — *Sap. 5. b.*

t *Nec fuit qui adiuuaret.* ſtante eorum obduratione.

u *Et clamauerunt ad domi. cum trib.* ideſt ad amaritudinem pœnitentiæ adducerentur per ſacros eccleſiæ doctores. Cætera patent ex dictis vſque ibi,

y *Confiteantur domino miſericordiæ eius.* id eſt, effectus diuinæ miſericordiæ inducant liberatos ab hæreſi ad confitendum laudis confeſſione.

z *Et mirabilia eius.* facta.

a *Filijs hominum.* Reductio nanque ab hæreſi eſt opus mirabile Dei.

b *Suſcepit.* Hic ponitur inuitatio ad Dei laudem pro liberatione à malo deſperationis, vbi requiritur Dei gratia ſpecialis, ideo dicitur, Suſcepit eos. ſ. Deus gratia ſpeciali.

c *De via iniquitatis eorum.* Homo nanque cadit in deſperationem propter multitudinem peccatorum. Prouerb. Impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit ſcilicet ad Deum reuerti. — *Prou. 18. a*

e *Omnem eſ. abomi. eſt anima eorum.* ideſt omne fomentum reductionis ad bonum.

f *Et ap. vſque ad p. m. Et cla. ad domi.* ideſt pœniterent amare de ſua

✱ deſperatione,



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Qui deſcendunt mare.* Quinta pars, vbi ponitur quarta tentatio,quæ eſt tempeſtas ſeculi. De tribus prædictis liberatus, iam fortaſſe dignus eſt,cui populus committatur,qui in gubernaculo nauis,ideſt,eccleſiæ conſtituatur. Ibi quarta tentatio occurrit, ſcilicet tempeſtas ſeculi, quæ quatiens eccleſiam turbat rectorem. Hoc periculum maximè pertinet ad rectores, cuius tamen non erunt expertes ſubditi ſi tota nauis periclitatur. Ipſi viderũt opera domini. *Aug.* Vel viderunt,ideſt ſpiritualiter intellexerunt, vt in mari rubro baptiſmum, ſic in cæteris, eoq́; fit, vt mirabilia in profundo videant, quia opera eius profunda æſtimatione conſiderant. Sed ne inde tumeſcerent,exponit procellas eorum ſubdẽs: dixit,& ſtetit.

b *In profundo. Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ. Aug.* Profundum,cor hominum vnde venti erumpunt,& fiunt tempeſtates ſeditionum,& diſſenſionum.

c *Sicut ebrius. Aug.* Titubant,quia proſperitas eorum, vel aduerſitas maior eſt viribus.

d *Et omnis ſapientia eorum &c.* In quiete ſapientes apparent, quando loquuntur,quando legunt: ſed veniente tempeſtate, omnia humana conſilia deficiunt: quid agendum ſit, non videtur. Reſtat ergo clamare, vt cor eorum ſolidet Deus, ne tentationibus ventiletur.

e *In eccleſia. Aug.* Ecce vnde omnia dixerit, & vbi omnia prædicta aguntur.

a *Poſuit*

a ¶Defectum animæ.

ad pǒrtas mortis. Et clamauerunt ad dominum,cum tribularentur: & de neceſſitatibus eorum libera-

a ¶Cuius faſtidio languor erat.

uit eos. Miſit verbum ſuum,& ſa-

a ¶Aug. Non de errore vel fame, non de difficultate vincendi peccata,ſed de corruptela mentis, quæ faſtidit quod dulce eſt.

nauit eos:& eripuit eos de †interi-

a ¶Ergo & de hoc. ¶Hier. Expoſitum ne exponas,ne actum agas.

tionibus eorum. Confiteantur domino †miſericordiæ eius,& mirabilia eius filijs hominum. Et ſacri-

a ¶Aug. Iam enim vt laudet: ſuauis eſt dominus.

ficent ſacrificiũ laudis,& †annun-

a ¶Non cum tædio & mœrore.

tient opera eius in exultatione.

a ¶A contemplatiua vita ad actiuam,vel ad procellas ſeculi. ¶Seculi.

Qui deſcendunt mare in nauibus

a ¶Dum prædicant & huiuſmodi. b ¶Populis.

facientes operationem in aquis

¶Rectores. ¶Singulariter q. aſi præ cæteris.

multis. Ipſi viderunt opera domi-

a ¶Ideſt quæ Deus mirabiliter operatur in cordibus humanis. b ¶Seculi.

ni,& mirabilia eius in profundo.

a ¶Et quid agitur in hoc profundo? prim fit. ¶Deus volens,vt ad eum clament,& qui gubernat,& qui vehitur. b ¶Ideſt perdurauit vel inhorruit ſpiritus procellæ, ideſt tyrannica perſecutio vel diabolus. c ¶Quod fecit ſpiritus.

Dixit, & †ſtetit ſpiritus procellæ: et

a ¶Audendo. ¶Quando ſeculi elationibus eriguntur.

exaltati ſunt fluctus eius. Aſcen-

a ¶Contra Deum. b ¶Timendo. ¶Cum in deſperationem & metum veniunt.

dunt uſq; ad cœlos, & deſcendunt

a ¶Gehennam. b ¶Rectorum.

vſq; ad abyſſos: anima eorum in

¶Et in his. a ¶Confuſione ſenſus. ¶Experti rectores hoc ſentiunt.

malis tabeſcebat. † Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius:& omnis

a ¶Vnde & Apoſtolus: Supramodum grauati vt tæderet viuere,& ipſi in nobis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis.

ſapientia eorum †deuorata eſt. Et clamauerunt ad dominum, cum tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eduxit eos. Et †ſtatuit pro-

a ¶Maris ſeculi. b ¶Leuem ventum. ideſt procellas temperatas fecit & tolerabiles, vel in ſerenitatem quietis æternæ.

cellam eius in †auram,& ſiluerunt

a ¶Rectores feſſi poſt laborem. ¶Hoc faciunt feſſi poſt laborem,ideſt lætantur.

fluctus eius. Et †lætati ſunt,quia ſi-

a ¶Dominus. b ¶Tranquillitatem optatam, vel in æternam beatitudinem.

luerunt:& deduxit eos in portum

¶Ergo

volũtatis eorum. Cõfiteantur dño †miſericordię ei⁹,& mirabilia eius

a ¶Ideſt laudent populi minores qui reguntur, laudent & ſeniores qui regunt. ¶Ideſt pro.

filijs hominum. Et exaltẽt eum in

dicuntur volueres cœli,qui volitant per aerem, & quando vndæ de altitudine deſcendunt,videntur,quòd debeant deſcendere vſque ad profundum maris,quod dicitur abyſſus.

r Anima eorum in malis tabeſcebat. *propter periculum imminentis naufragij.*

s Turbati ſunt ſicut ebrius. *quia ex magna commotione maris mouetur cerebrum, & per conſequens turbatur caput, & vires animæ ſenſitiuæ.*

t Et omnis ſapientia eorum deuorata eſt. *quia turbato cerebro, & virtute phantaſtica impeditur intellectus ab actu ſuo. quia ſecundum quod dicitur 3. de Anima: intelligentibus nobis neceſſe eſt phantaſmata ſpeculari.*

u Et clamauerunt ad dominum. *Exponatur ſicut ſupra.*

y Et ſtatuit procellam eius. *ideſt poteſtatem.*

z In auram. *ideſt in ventum ſuauem, ſiue tranquillitatem.*

o Et ſiluerunt fluctus eius. *quia fluctus maris conturbati faciunt terribilem ſonitum, qui ceſſat fluctibus quietatis.*

b Et lætati ſunt. *ſcilicet homines in nauibus exiſtentes.*

d Et deduxit eos. *ſcilicet dominus.*

d In portum voluntatis eorum. *ideſt in portum ab eis deſideratum. Et quia ad hoc debet ſequi gratiarum actio,ideo ſubditur,*

e Confiteantur domi. miſericordiæ eius. *Exponatur vt ſupra.*

f Et exaltent eum. *laudes debitas reddendo.*

g In eccleſia plebis. *ideſt in loco diuini cultus,vbi conuenit populus fidelis.*

a Et

## NIC. DE LY.

a Et clamauerunt ad dominum. *exponatur ſicut ſupra.*

b Miſit verbum ſuum. *ideſt effectum verbi ſui.*

c Et ſanauit eos. *quia dicere Dei eſt facere, pſal. Ipſe dixit,& facta ſunt.*

d Et eripuit eos de interitionibus eorum. *ideſt ab infirmitatibus ducentibus eos ad interitum mortis.*

e Confiteantur domino. *exponatur ſicut prius.*

f Et ſacrificent ſacrificium laudis. *Quia in veteri lege ſacrificia offerebantur cum diuinis laudibus, & ſic eſt in noua lege de ſacrificio euchariſtiæ.*

g Et annuntient opera eius. *in ſeipſis experta per mirabilem ſanationem.*

h In exultatione. *deuotionis, & non diſſolutionis.*

i Qui deſcendunt mare in nauibus. *Hæc eſt quarta pars, in qua ponitur gratiarũ actio pro liberatione à quarto periculo,quod eſt tẽpeſtas in mari à Deo immiſſa, & à quo frequenter homines diuinitus liberantur. Exemplum habetur Ionæ 1. Quia propter tempeſtatem à Deo immiſſam periclitabantur,& diuinitus fuerunt liberati,& hoc eſt,quod dicitur: Qui deſcendunt in nauibus. Mare enim diſtat à centro circunquaque æqualiter, & ideo eſt inferius ipſa terra vbique ſicut in ripa, prout dictum fuit ſupra pſal. 103.*

k Facientes operationem in aquis multis. *Ibi enim eſt magnus labor dirigendo nauem, & remigando & ſic de alijs.*

l Ipſi viderunt opera domini. *quia multa inuiſa videntur in mari.*

m Et mirabilia eius in profundo. *Aliquando enim deſcendunt aliqui de nautis ad recolligendum anchoras proiectas vſq; ad profundum maris.*

n Dixit & ſtetit ſpiritus procellæ. *Quia ad imperium domini excitatur ventus commouens mare, & ideo cum dicitur hic:*

o Stetit. *non importatur quietatio vẽti,ſed magis fortificatio,ſicut homo ſtans fortior eſt,quam tacens, vel ſedens. Propter quod in translatione Hier. habetur: Dixit & ſurrexit ventus tempeſtatis.*

p Et exaltati ſunt fluctus eius. Aſcendunt vſque ad cœlos. *Quia quando vndę ſunt magnæ in mari, nauis eleuata ſuper vndam aſcendit vſque ad magnam partem aeris, qui vocatur cœlum in ſcriptura: vnde dicuntur*

ment Deum,vt dirigantur per ipſum.

x *Et de neceſſita. eorum eduxit eos.* dans eis ſpiritum gubernationis bonum.

y *Et ſtatuit procellam eius in auram.* conferendo conſcientiæ ſerenitatem.

b *Et lætati ſunt.* ſ.in domino ex eius beneficio.

c *Et deduxit eos in por.* vitæ cœleſtis. Et quoniam ex hoc eſt Deo regratiandum, non ſolum particulariter, ſed etiam generaliter à prælato, & toto populo, ideo ſubditur,

e *Confiteantur domino.*

## MORALITER.

desperatione, quod fit per conſolationem ſpiritusſancti, & doctoris boni, ideo ſequitur,

b *Miſit verbum ſuum.* & quia ſequi debet gratiarum actio, ſubditur,

e *Confiteantur domino.* & patet ex dictis ſententia.

i *Qui deſcendunt mare in nauibus.* Hic ponitur inuitatio ad Dei laudem pro liberatione à periculo, quod eſt in regimine eccleſiæ,cum dicitur: Qui deſ.ma. in na. Iſti ſunt homines ſpeculatiui,qui de contemplatione deſcendunt ad regendum nauem eccleſiæ,vbi magnus eſt labor, & magnus fructus,ſi bene fiat.

l *Ipſi vide.ope.do.* in ſacris ſcripturis,in quibus eſſe debent eruditi.

m *Et mirabilia eius in profundo.* ſcripturarum, quæ non poſſunt explicari ad plenum.

n *Dixit.* ſcilicet Deus, cuius dicere eſt facere.

o *Et ſte.ſpi.procel.* i.tentationis periculoſę, quæ quandiu Deus permittit,ſtat in ſuo feruore,ideo ſubditur,

p *Et exal.ſunt flu.eius. Aſcen.* vſque ad c. in ſui reputatione ex impenſo ſibi honore.

q *Et deſcen. vſque ad a.* ex periculi conſideratione.

r *Anima eo.in ma.ta.* quia durum eſt eis honores dimittere, & durum eſt eis in periculis manere,propter quod ſequitur,

s *Turbati ſunt.* nam ignorant,quid præeligere debeant.

u *Et clamauerunt ad do.* illi ſcilicet qui timent Deum,vt dirigantur per ipſum.

a *Poſuit*



a *Poſuit flu. Caſ.* Sexta pars hactenus,quõ Deus ad ciuitatem adducit,iuuat,paſcit,& regit:nunc quõ, & mala inimicorũ prodeſſe facit. *Aug.* Poſuit flumina. Conſequenter eccleſia commendatur,ita vt nobis in omnibus gratia Dei prædicet, qui ſuperbis reſiſtit,humilibus dat gratiã. Et vt euidenter appareat, de qua Pſal. ab initio loquebatur,cõmendatur eccleſia. *Aug.* Cõmendatio eccleſiæ, quæ per gratiam Dei ſalua facta eſt, non per meritum ſuum,& memoratur inimicorum afflictio pp ſuperbiã, quibus extinctis erecta eſt eccleſia,& propter inſidias & domeſtica detrimenta ab hæreticis:vnde & erga eccleſiam Dei beneficia apertè monſtrantur.

b *In ſalſugi. Caſ.* Salſus humor,vbi dominatur,fœcunditatem tollit.

c *A mali inha. Aug.* Propter malitiã eorum, qui terram illam i.tabernaculũ dñi doloſis mentibus inhabitabant.

d *Et ſe.* Seminãt agros,plãtãt vineas, q corpora ſua cœleſti iſtitutione purificãt,vt fructus bonorũ operũ ferant.

e *Nimis. Caſ.* pro valde vel,quia multi vocati,pauci vero electi.

f *Et pauci. Aug.* Septima pars vbi dr̃ et aliquid de hæreticis,qbus quaſi ciuilibus bellis quatitur eccleſia:vñ & circa eccleſiam diuina beneficia cõmendantur. *Aug.* Et pauci fa. Quaſi de his dicat, de quibus ante loquebatur,cũ tamen ſupra de bonis, hic de hæreticis agat, de quibus quaſi de eiſdẽ pp cõia ſacramenta,pp ſpeciem pietatis non pp virtutem. vnde Iohannes: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. i.exierunt de multitudine vocatorũ,ſed nõ erãt de paucitate electorũ.

g *vexati. Caſ.* Vel,perſiſtentes per hæreticos, vel hæretici inſidijs diaboli. Dolor,& tribulatio his,qui autorem ſalutis relinquunt.

h *Effuſa eſt. Aug.* Vel,effuſus eſt contẽptus: reprobati ſunt. n.ab eccleſia, & magis ſunt contempti,quia principes eſſe voluerũt:de quibus per Oſeã: Iſti regnauerunt,& nõ ex me: principes extiterunt,& non cognoui. Iſti facti ſunt ſal infatuatũ, qd proiectũ eſt foras,& cõculcatur ab hominibus,quo quid vilius,& magis contemptũ? Vel,aliter abhinc,& pauci. Agit de eiſdẽ bonis, de quibus ante egerat.q.d. Multiplicati ſunt:Et pòſt,ipſi boni,pauci facti.i.per illos hæreticos imminuti ſunt. Et vexati ſunt,boni,perſiſtentes in fide. A tribulatione malorum.ſ.hęreticorum. Et dolore habito pro cadẽtibus. Ideo vexati ſunt boni,quia: Effuſa eſt contentio ſuper principes corũ. i.quia ſuperbi hæreſiarchæ contendunt contra catholicos. Et dñs errare fecit, vel ſeduxit eos principes,relinquendo eos ſibi: vnde: Tradidit eos Deus in reprobũ ſenſum. Hoc ergo mõ ſeduxit,quia donauit illos ſibiipſis. Nam ſi propriè inquiras ipſi ſe ſeducũt. Qui.n.putat ſe aliqd eſſe,cũ nihil ſit, ſeipſum ſeducit. Seduxit ergo eos,dimittendo eos in inuio, & nõ in via. *Aug.* Illi ſupra boni ſci.in via poſiti,& ad ciuitatem directi. Iſti relicti ſibi à Deo in inuio ſeducti & nullo modo in via ſunt. Quomodo enim eſt in via,qui partem tenet,& totum relinquit? & quid fecit etiam de illis ſeductis. Ecce.

i *Adiu.pau.* Potuit illos pati Deus ſemper intus, ſed nos de illis non proficeremus. Cum aũt ſeparati ſunt,& per q̃ſtiones nos inquietant,naſcit̃ nobis inquiſitionis ſtudiũ, & timoris exemplum

a ¶Bene rectis. b ¶Pro bene regentibus.

eccleſia †plebis:& in †cathedra ſenio

a ¶Quid enim in eccleſia fecit? ¶Superbis Deus reſiſtit; quia. b ¶Iudæos. ¶Vbi aquæ doctrinæ. ¶Aug. Vbi currebant prophetiæ:ſed iam non eſt propheta:non eſt ibi fides Chriſti,nec ſacerdos nec ſacrificiũ, nec tẽplũ.

rum laudent eũ. Poſuit flumina in

a ¶Vnde alijs manabant.

deſertum,& exitus aquarũ i †ſitim:

a ¶Secundum opera bona quæ faciebat. b ¶Sterilitatem.

Terram fructiferam in ſalſuginem

a ¶Quo merito? ¶Pro. b ¶Scribarum & Phariſæorum dominantium ibi. c ¶Humilibus gratiam dedit.

à malitia inhabitantiũ in ea. Poſuit

a ¶Gentes. b ¶Vt aquæ in eis maneant. c ¶Repetit idẽ.

deſertum in ſtagna aquarũ, & terrã

a ¶Vt alijs mittant,vel emanent aquæ.

ſine aqua in exitus aquarum. Et †col

a ¶In hac gratia. b ¶Qui auide ſuſciperent. ¶Vnde. Edent pauperes,& ſaturabuntur. c ¶Firmiter præceptis Dei obediendo.

locauit illic eſurientes, & conſtitue-

a ¶Vbi interim habitent in ſpe. b ¶Verbo Dei.

rũt ciuitatem habitationis. Et ſemi-

nauerunt agros, & plantauerunt vi-

a ¶Naturalem non degenerem.

neas:& fecerunt fructum †natiuita-

a ¶Econtra ſterilis ficus maledicitur. b ¶Numero vel merito pro benedictione.

tis. Et benedixit †eis, & multiplicati

a ¶Simplices,ſed viles non adeo docti,ſed fide pleni.

ſunt nimis: & iumenta eorum non

a ¶Quia firmum ſtat fundamentum Dei,quia: Nouit dominus,qui ſunt eius. b ¶Præſumentes de ſe. ¶Vel boni per illos diminuti. ¶Omnes diuiſi ab vnitate ſi dei pauci ſunt;multi vero qui in vnitate perſiſtunt.

†minorauit. Et pauci facti ſũt, & ve-

a ¶Hæreticorum.

xati ſunt à tribulatione malorum

a ¶Pro cadentibus. b ¶Boni vexati,quia ſuperbi cõtendũt.

& dolore.† Effuſa eſt cõtentio ſuper principes,& errare fecit eos i inuio,

a ¶Abiecti ſunt ſuperbi, inſtructus eſt humilis. b ¶Qui nihil ſibi dat,ſed totum de miſericordia Dei expectat.

†& nõ in via. Et adiuuit pauperem

*deſiccantur fontes,ex quibus flumina oriuntur: ideo ſubditur.*

d Et exi.a. *ideſt fontes ex quibus aquæ exeunt de ſubterraneis locis.*

e In ſi.i. *in ariditatẽ, & quia ad hoc ſequitur deſiccatio terræ, ſequitur,*

f Ter.fru.in ſal.i. *poſuit terram,quę prius proferebat fructus vberes in ſterilitatem: ſal enim reddit terram ſterilem, & cauſa ſubditur,*

g A ma.inha. *i. talia fecit Deus in punitione habitantium, & quia ſuccedente vera pœnitentia condeſcendit diuina miſericordia, ideo ſubditur,*

h Po.de.i. *terram prędicto modo deſiccatã.*

i In ſtagna aqua. *dãdo pluuias, & niues in tanta abundantia, q in ſtatum priſtinum reducuntur torrentes,fontes, & flumina.*

l Et col.illic eſu. *reducẽdo habitatores, qui inde fugerant propter nimiam ſterilitatem.*

m Et con.ci.ha. *reparando loca, quę pp inhabitationem facta fuerant in parte ruinoſa, ita quòd non fuerunt apta ad habitandum.*

n Et ſe.agros. *ad habendum cibum.*

o Et plan.vi. *ad habendum potum.*

p Et fe.fru.na.i. *fructum naturalem, & bonum. Terra enim,quæ diu quieuit à cultura, quando iterum incipit coli, ſolet ferre fructus multiplices, & bonos.*

q Et be. *multiplicando eis temporalia, & ſpiritualia.*

r Et iumen. *minus dicit & plus ſignificat, ideſt multiplicauit.*

s Et pauci. *Hæc eſt ſexta pars in qua ponitur liberatio à ſexto periculo, quòd eſt diſſenſionis inter conciues,quæ quantò eſt intimior tantò eſt periculoſior, & in ea ſolent perire maiores,qui ſunt capitanei diſſenſionum, & pauperes euadere per oppoſitum, & quantum ad hoc dicit: Et pauci facti ſunt. conciues alicuius ciuitatis, vel compatriotæ.*

t Et vexa.ſunt. *interius conſurgente. & vnde conſurgat,ſubditur,*

u Effuſa eſt con. *vt patet manifeſtè in ciuitatibus Lombardiæ, & in alijs locis.*

x Et errare fe. eos in. *ideſt iuſto ſuo iudicio permiſit eos errare deuiando à iudicio rationis rectę.*

y Et non in via. *per quam poſſent habere intentum licet eſſet malum: & ſic defraudantur non ſolum a bono rationis,ſed etiam a bono ſenſualitatis ab eis optato.*

z Et ad.pau.de ino. *quia contentio tyrannorum, & mutua occiſio eſt pauperum oppreſſorum ab eis ſublenatio, & multiplicatio, non ſolum in bonis temporalibus,ſed etiam in prole.ideo ſubditur,*

a Et

## NICOL. DE LYRA.

a Et in cathe. *hoc dicitur, quia in veteri lege doctores magis prouecti ſcientia, & ætate docebãt legem, & prophetas iuxta templum, & in noua lege prædicatores annuntiant verbum diuinum.*

b Poſuit flu. *Hæc eſt quinta pars,in qua deſcribitur liberatio à periculo quinto, quod procedit ex ſterilitate terræ, quæ communiter contingit ex nimia ſiccitate, quæ aliquando à Deo propter peccata hominum immittitur, & ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ remittitur, & de hoc habetur exemplum,de ſiccitate facta tempore Achab ad verbum Eliæ, & ad preces eius reuocata, & ſimile pluries contigit vel in toto vel in parte,quantum ergo ad hoc dicitur, Poſuit flumina in deſertum.ea deſiccando ad modum deſerti,quia aliquando ex magna ſiccitate, & longa, non ſolum deſiccantur torrentes generati ex aquis pluuialibus, ſed etiam deſic-*

## MORALITER.

a *Poſuit.* Hic ponitur inuitatio ad laudandum Deum ex liberatione à ſpirituali ſterilitate, de qua dicit Amos. Mittam in terram non famem panis,neq; ſitim aquæ:ſed audiendi verbum domini: à qua Gentilitas fuit liberata per receſſum apoſtolorum de Iudæa, dicẽtium. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quoniã repellitis illud,ecce conuertimur ad gentes:ſic enim præcepit nobis Deus. Sic ergo dicitur: Poſuit flu.ſ.ſacræ ſcripturæ. Amos 8.d / Act.13.g

c *In deſer.* quantum ad Iudæam,in qua prius abundabant.

d *Et exi.a.in ſitim.* repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionẽ, & ſubditur cauſa,

g *A ma.inha.in ea.* ſ.Iudæorum repellentium Dei verbum.

h *Poſuit deſer.* ideſt Gentilitatem.

i *In ſtagna aqua.* per prædicationem apoſtolorum.

k *Et terram ſine aqua.* repetitio eſt eiuſdem ſicut ſupra.

l *Et colocauit ibi e.* i.gentes Chriſti fidem deuotè recipientes.

m *Et con.ci.ha.* i.eccleſiam collectam de gentibus deuotis.

n *Et ſeminauerunt a.* ſ.os verbi diuini per doctores de Gentilibus cõuerſos.ſ.Dionyſium,Ambro.Aug.& cæteros.

o *Et plan.vi.* i.eccleſias.

p *Et fe.fru.nati.* i.Chriſtianitatis,quæ eſt natiuitas ſpiritualis.

q *Et be.eis.* multiplicando in bonis ſpiritualibus & temporalibus.

r *Et iumenta eorum non mi.* i.multiplicauit,per quæ ſignificantur laici ſimplices ſcripturas ignorantes.

s *Et pauci facti ſunt.* Hic reuertitur ad deſcribendum malum Iudæorum, cum dicitur,Et pauci fa.ſ.per Romanos partim occidentes & partim captiuantes eos,& ſubditur cauſa cum dicitur,

u *Effuſa eſt con.* ſ. Romanorum,& Iudæorum.

z *Et adiuuit pauper. de ino.* ideſt populum Gentilem ſacra ſcriptura prius inopem.



a Et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E exemplum,vt: Qui ſtat,videat ne cadat. Et quid in paupere adiuto fit de illis ſeductis.

Ge.10.a a *Et po.ſi.oues.* Vnum pauperem putabas: ſed iſte pauper eſt multę familię multæ eccleſiæ:tñ & eſt vna eccleſia,vna ouis. Hæc tanta myſteria diu latentia, & ideo dulciter inuenta.

*Vbi ſupra.* b *Vide.re.& la. Aug.* Ecce quò Pſal tendat, ad hoc.ſ.vt oſtendat ꝙ boni per miſericordiam Dei exaltantur, et mali per ſuperbiam conteruntur.

c *Quis ſapiens & cuſtodiet hæc. Aug.* Concluſio. q.d. quia pauperem adiuuat dominus.ergo:Quis eſt ſapiens?

*Iac.4.b* d *Miſericor. Aug.* Quòd de errore liberat, & conſuetudine praua & tædio,& naufragio,ꝙ deniq; conſtituit eum in populo, non vbi ſuperbis reſiſtit, ſed humilibus dat gratiam: quod facit,vt intus manens multiplicetur, non foras exiens minuatur,hæc vident recti,& lætantur, & iniquus os ſuum oppilat. † miſerationes

a ¶Et per adiutum familias ſeruat in innocentiam. b ¶Propter ſimplicitatem & innocentia.

a de inopia, & poſuit ſicut oues a

b familias. Videbunt recti,&†læ b

a ¶Garriens contra veritatem.

tabuntur: & omnis iniquitas c

a ¶Conuicta. ¶Ergo.

c oppilabit os ſuum. Quis ſa- d e

a ¶Vt ſit pauper,non diues.non, inflatus non ſuperbus. b ¶Quare cuſtodiet hæc,quia? ¶Ideſt quia.

piens,& cuſtodiet hæc:et intel f

a ¶Non merita ſua,non vires.

a liget † miſericordias domini. g

*d* Oppilabit os ſuum.*ex ſua deiectione factus tacens, & mutus. Inſine concludit pro omnibus prædictis.* G

*e* Quis ſa.&cu. *i.arca cordis ſui, tanquam theſaurum chariſſimum.*

*f* Et intelliget.*ideſt intra ſe leget frequenter meditando.*

*g* Miſe.do.*quæ ſubueniunt homini in omni neceſſitate fideliter inuocanti. Numerus autem prædictorum periculorum, à quibus Deus liberat,poteſt ſic accipi: Quia periculum aut contingit à principio intrinſeco, vel extrinſeco. Si primo modo, aut ex paucarũ perſonarum,vel totius communitatis, ſi primo modo,hoc contingit aut ex parte animæ, & ſic contingit periculum deuiationis de via communi in itinere procedens ex ignorantia,vel ex parte corporis, & ſic accipitur periculum infirmitatis cõtingentis ex humorum diſtemperantia. Si ab intrinſeco,& communitatis, ſic accipitur periculũ diſſenſionis. Si autem ſit ab extrinſeco, hoc contingit dupliciter: vno modo ab hoſte, & ſic accipitur captiuitas: alio modo à continente.ſ.aere, qui propter impulſionem ventorũ conturbat mare,& ſic accipitur periculũ tẽpeſtatis,& per nimiã ſiccitatẽ reddit terrã ſterilẽ, & ſic accipitur periculum ſterilitatis.*

NICOL. DE LYRA.

¶ *a* Et poſuit ſi.o. ſa. *Et quia talis mutatio dexteræ excelſi eſt bonis cauſa lætitiæ,ideo ſubditur,*

*b* Vi.re. *& quia eſt triſtitiæ occaſio malis, & iniquis,ideo ſubditur,*

*c* Et omnis ini.*ideſt omnis homo iniquus.*

*d* Oppi-

MORALITER.

✻ a *Et poſuit ſi.o.ſa.*ſ.Gentilium humiliter Chriſto ſeruientium.

b *Vide.recti,& l.c.*in domino,ipſum deuotè laudando.

c *Et om.in.*ſ.iniqui,qué iniquitas à diuinis laudibus facit mutum.

*In pſalmo 106.Confitemini &c.*

ADDITIO I.

¶ Huic pſal. præmittitur haleluiah in Hebræo. De materia verò eius quantum ad primam partem.ſ.vſq; ibi: Errauerunt in ſolitudine excluſiuè videtur tenendum cum Aug.ſ.ꝙ agit Pſal. ad literam de redemptione generali facta per Chriſtum,quam propheticè prę uidebat,de illis enim propriè dicitur, quod ſunt redempti à domino,& congregati à regionibus, & à quatuor partibus mundi: quo modo loquendi plores vſi fuerunt prophetæ, cum de congregatione fidelium in vna,& eadem eccleſia propheta rent,& ſic continuatur prima pars huius pſal.cum vltima pſal.præcedentis,vbi dixerat. Et congrega nos de na.&c.Quòd autem dicit poſt.ꝙ populus Iſrael fuit frequenter captiuatus particulariter ad omnem poſitionem terrarum in circuitu terræ promiſſionis exiſtentium licet quantum ad aliquid teneat veritatem, non tamen propriè de hoc verificaretur. De regionibus congregauit eos. A ſolis ortu,& occa.&c.quo planè modo intelligitur de eiſdem ſimul redemptis,& à quatuor partibus mundi ſimul congregatis. Vnde ſuper illud verbum: De regionibus congre.eos,&c.ait Aug.ne Iudæus hoc ſibi attribuat, quia liberatus ſit à Pharaone,vel huiuſmodi,ideo ait: De regionibus cõgre.i.de quatuor climatibus mundi. Quòd autem obijcit poſti. de litera ſequenti.ſ.Errauerunt in ſolitu.&c.vſq; ad finem pſal. qui videtur loqui de liberatione à quibuſdã periculis corporalibus, non valet. Pro quo ſciendum,quod fideles,qui ſunt redẽpti à domino &c. credentes,ꝙ ſolus Deus liberat à cunctis periculis,ſicut ipſi confiteãtur domino confeſſione laudis, & gratiarum actionis: ſic & alios quoſcunq; à periculis liberatos inuitant ad huiuſmodi confeſſionẽ & gratiarum actionem. Vnde & prima pars huius pſal.cum ſequentibus ſic eſt conſtruenda ſ.Qui redempti ſunt à domino,quos redemit de manu inimici,& de regionibus congregauit eos,&c.Dicant nunc hoc, quod ſequitur.ſ.ꝙ qui errauerunt in ſolitudine eſurientes,& ſitientes &c.Et clamauerunt ad dominum,& eripuit eos.Cõfiteantur domino miſericordiæ eius. Et ratio huius eſt: Quia ſatia. animã ina.&c.ita ꝙ illud quod in principio dicitur,dicant.conſtruitur cum hoc quod dr̃:Confiteantur domino miſericordiæ eius &c. & eſt ſenſus,ꝙ redempti à domino,ſ.fideles Chriſti, imitari debent omnes à quibuſcunq; periculis liberatos,ad hoc vt gratiarum actiones Deo perſoluant,& ſic confiteantur domino miſericordiæ eius, & iſto modo proceditur in ſequentibus periculis, &c. F

*In eo.pſal.106.vbi dicitur in poſt.Et mirabilia eius filijs hominum.*

ADDITIO II.

¶ Quod dicitur, & mirabilia eius filijs hominum planius videtur ſic intelligendum.ſ.ꝙ illi,qui huiuſmodi mirabilia à Deo receperũt in ſui liberatione, confiteantur illa mirabilia non ſolum Deo, ſed etiam filijs hominum, vt Deus laudetur ab audientibus, & eadem ratione dicitur infra in ſimili:Et exaltent eum in eccleſia plebis,&c.

*In eo.pſal.vbi dicitur in poſtil.Qui deſcendunt mare in nauibus.*

ADDITIO III.

¶ Quòd mare diſtet à centro æqualiter circunquaq;, prout poſtil. dicit, eſt manifeſtè falſum.loquendo de centro terræ, ſeu de centro mundi,quod idem eſt,prout in talibus communiter accipitur:nam ſi æqualiter diſtaret mare ab huiuſmodi centro, ſic tota terra eſſet aquis maris cooperta,ſicut fuit in prima die creationis. Si autem loquitur de partibus terræ,quæ non fuerunt diſcoopertæ,& de his tãtum dicit,quod æqualiter diſtant à centro, ex hoc non ſequitur, ꝙ mare eſſet inferius terra vbiq;: prout ipſe concludere intendit, ſed potius oppoſitum.ſ.quod mare eſſet altius ipſa terra vbiq;. Conſequentia eſt manifeſtiſſima, quia quantò aliquid magis diſtat à centro,tantò magis accedit ad circunferentias,& per conſequens eſt altius. Verum eſt tamen,quod incedentes per terram verſus mare,cõmuniter dicuntur in ſacra ſcriptura deſcendere,ſicut cum hic dicitur:Qui deſcendunt mare. Et legitur de Iona eunte ad mare:Deſcẽdit in Ioppem,qui eſt portus maris,& ſic de multis alijs locis. Et eſt ratio:quia cum omnia flumina vadunt ad mare, & ſecundum curſum fluminum conſueuerũt homines vocare partes terræ,à quibus fluunt ſuperiores, Similiter & partes ad quas fluunt inferiores,ideo euntes aduerſus mare,deſcendentes dicuntur,ſicut & ipſæ fluentes aquæ:ſed ex hoc non ſequitur, ꝙ partes maris ſe habeant in altitudine reſpectu terræ ſicut in ripa,prout poſtil.videtur velle. Quomodo autem intelligendum hoc, videndum eſt Gene. 1. vbi agitur de congregatione aquarum,& apparitione aridæ. H

REPLICA.

IN pſal.Confitemini.cum poſtil. diceret expoſitionem beati Aug. fore myſticam, qui exponit pſal. de redemptione populi facta per Chriſtum,& diceret materiam huius pſal. fore gratiarum actionem pro liberatione à quibuſcunq; periculis corporalibus,ſicut pericula corporalia in litera deſcribuntur. Burg. contendens expoſitionem beati Aug.fore non myſticam, ſed literalem,quod tamen puto de mente Aug.non fuiſſe. Nam ſecundũ eundem beatum Aug.ſupra allegatum. ſæpe ille eſt ſenſus literalis primus,quem voces,vel res ſine abſurditate ſignificãt. Omnis alius autem myſticus meretur dici. Nunc autem redemptio Chriſti ad pericula corporalia,de quibus hic pſal.dicit,non ſe extendit principaliter,& Chriſtus etiam ſibi chariſſimos illis periculis,& ad ea ſuſtinẽdum animauit di.Nolite timere eos,qui occidũt corpus,&c. voluit enim ſuos charos his periculis exerceri,vt probat Apoſt. in ſiti,frigore,& nuditate. Ipſe etiam Apoſtolus gloriatur ſe huiuſmodi periculis expoſitum,concludens:periculis in falſis fratribus,&c. Redẽptio igitur per Chriſtũ facta principaliter reſpicit ſpiritualia,de quibus beatus Aug.hunc pſalmũ exponit,& hoc eſt myſticè transferre corporalia ad ſpiritualia circa illum paſſum:Qui deſcendũt mare in nauibus,&c. Cum poſtillator dicit,quod mare diſtat à centro æqualiter,& per conſequens inferius dr̃, ad quod hic dicitur fieri deſcenſus. Burg.dicit illud manifeſtè falſum. Et ratio ſua eſt, quia ſic aqua maris totam terram cooperiret. Ibi dico.ꝙ Burg.non attendit ad legem poſitam aquis,ne tranſirent fines ſuos, Pro.8.ad quam legem poſtil. reſpexit. Et cum Burg.ſubſumit: Si poſtil.vult hoc intelligere de terra diſcooperta,tunc nõ ſequitur, quod mare ſit inferius terra,ſed potius oppoſitum. Ad quod dico,quod bene ſequitur in reſpectu quò ad nos,quia ſicut terra eſt ſub pedibus noſtris,ita & mare,ſed quò ad naturã eſt aqua ſuper terram, quia cõtinet terrã in ſui concauitate,præterquam ex ea parte, qua Deus voluit, vt appareat arida. Quomodo autem fuit factum,vide in correctorio Gen.v.

GLO. ORD. ▪ Canticum pſalmi ipſi Dauid.

*Prov. pſal. 56.&59.* a *Can. pſal. Aug.* Ex poſtremis partibus duorum,quorũ diuerſi ſunt tituli hic cõponitur. Vnde ſciẽdum eſt titulos,qui de hiſtoria poni videntur, ſecũdum prophetiam phetiã debere accipi, & vtrũq; illũ pſalmũ ad vnum concurrere: nõ ſuperficie hiſtoriæ,ſed altitudine prophetię,copulatis partib᷒ vtriuſq; in iſto,cuius titulus neutri illorum ſimilis eſt, niſi ꝙ hic etiã eſt ipſi Dauid.



A Et hoc ideo,quoniã multis partibus,multiſq; modis olim Deus locutus eſt patribus in prophetis,tandem locutus eſt in filio,quem miſit,vt complerentur eloquia prophetarum. *Caſ.* Hic plura,eadẽq; ſupra Quæ aliter ſunt,parũ differunt,vt Chriſtum Deum,& hominem credamus. Mirabiliter q̃ in diuerſis dicta ſunt, in vnã veniunt conuenientiam,vt diuerſi ſapores condiantur in paſtũ animæ,vnde adhuc licet cantoribus multa compingere,ſicut de Dauid legit̃ in Paral. diuerſis partibus pſalmorũ adunatis ante arcã laudes Dei cantaſſe,& bene iungũtur,q̃ nullatenus repugnãt. *Aug.* Ex poſtremis nanq; partibus duorum p̃cedentium pſalmorum 56 & 59.quorum diuerſi ſunt tituli,hic pſal. cõponitur. Nam poſtrema pars 56.pſal.prima pars eſt huius pſal. vſq; ad illũ verſum,vbi dr̃: Et ſuper omnem terram gloria tua. Inde vſq; ad finem poſtrema pars eſt 56.pſa. *Ca.* In primo agitur de fuga Dauid. In ſecundo de victoria & fortitudine eiuſdẽ: hic verò de alio agitur. de Chriſti.ſ.humilitate ſecundum hominem,& altitudine ſecundũ Deum, quod & tituli oſtendit mutatio. Et eſt ſenſus tituli: Cãticum iſtud pſalmi. Canticũ,quia agit de mẽtis iucunditate. Et pſalmi, quia monet ad bona opera, attribuitur ipſi Dauid.i. Chriſto. *Caſ.* Verba de duobus pſalmis ad alium intellectum ducuntur,quod oſtẽdit mutatus titulus. Cãticũ ad diuinas res,pſalmus ad actuales operas.

Pſalmus CVII.

¶Ad laudes, quia peccatis non tardatur.

a PAratũ cor meũ Deus, a

¶Repetit. a ¶Et ideo. ¶In me & in meis.

paratũ cor meũ:cãn b

a ¶Cum ſpirituali cantico ſemper iungi debent opera. b ¶Reſurrectionis,ideſt conſideratione glorioſæ reſurrectionis. c ¶Vt hoc fiat, Exur. ¶Hoc pater ad filium,vel filius ad corpus.

tabo,& pſallã in gloria mea. Exur c d e

a ¶Ad morum probitatem. ¶Supra: Exurge gloria mea,ſed & ibi ad hoc dicitur: Exurge pſalterium &c.vt in ea cantaretur & pſalleretur. b ¶Ad paſſionem. c ¶Filius reſpondet patri.

ge pſalterium & cithara:exurgam f

a ¶Dominicæ diei. b ¶Et tunc.

diluculò. Confitebor tibi in popu g h

¶Pſalmum dicam.

lis domine, & pſallam tibi in na-

a ¶Aug. Ibi magnificata eſt vſque ad cælos. ſcilicet vt magna ſit etiã in cęlis,quæ [illegible]

¶Et merito.

tionibus. Quia magna eſt ſuper i

a ¶E[illegible] angeli beneficijs [illegible]

cælos miſericordia tua, & vſque k

a ¶Apoſtolicas ¶Quas compleuerunt populos. b ¶Caſ. Cui [illegible] habent cęli, iure ſuper [illegible] exaltari.

ad nubes veritas tua. Exaltare ſu- l

a ¶Verbum. b ¶[illegible] vſq; ad nubes, [illegible] gloria ſuper omnem terram exaltata eſt.

per cælos Deus. & ſuper omnem

b terram gloria tua, vt liberentur m

a ¶Chriſtus pro me [illegible] vnum [illegible] b ¶Per [illegible] propitiationem.

c dilecti tui. Saluum fac dextera

a ¶Omnem patris b ¶Quod non dubitam.

tua, & exaudi me: Deus locutus

a ¶In me ſancto [illegible] per ſanctum me per eum putaretur loqui [illegible] per prophetas & apoſtolos: vel prophetæ dicunt [illegible] Chriſto, quaſi ita orauit: Chriſtus & [illegible] quod orauit fiet,quia Deus locutus eſt & cætera.

d eſt † in ſancto ſuo. Exultabo,& diuidã Sichimam.& conuallẽ tabernaculorũ † dimetiar. Meus eſt Ga-

e laad,& meus eſt Manaſſes: & † E-

a ¶Aug Supra [illegible] fortes facit,cum ipſe Chriſtus nos ſuſcepit,vel cum nos [illegible] ſuſcipimus.

phraim ſuſceptio capitis mei.

GLO. ORDINAR. PSAL. CVII.

PAratum. *Caſſio.* Sextus pſal. de duabus naturis in Chriſto.

a *Paratum cor meum. Caſſi.* Primò Chriſtus gratias agit, quia ſuſcipiens paſſionem ſurrexit in gloriam. Secundo,quæ ſalus ſit facta omni terræ,ibi:Vt liberentur. B

b *Vt libe. Caſ.* Secunda pars, quæ ſalus ſit facta omni terræ ſuper quã gloria, hic etiam humilitas humanitatis, & potentia maieſtatis oſtenditur.

c *Saluum fac.* Vt liberentur in futuro, hic ſalua eos,ne cadãt. Vel,ſe petit ſaluari in reſurrectione,vt fideles liberentur,qui tali ſigno deitatem eius ſentẽrunt. Quaſi,vt cantem,& pſallam. Saluum me fac in reſurrectione dextera tua.i.per verbũ,qui eſt brachiũ patris, vt ſic liberẽtur dilecti tui. Ordo verborum conuerſus eſt Dicit.n.Saluum me fac,& exaudi,pro,exaudi,& ſaluũ me fac.

d *Exultabo. Aug.* Vel exaltabor,ſupra lætabor,hic vero exaltabor,quod ſatis conuenit, quia de exaltatione eſt lætitia. Et loquitur hic Chriſtus in perſona eccleſiæ.

e *Et Ephraim. Aug.* Ephraim meus eſt,ideſt mea eſt fructificatio,quæ eſt ſuſceptio capitis mei. Hæc fructificatio eſt ex eo, quod caput ſuſcepit me,vel ego caput *Ca.* Vel,Ephraim, id eſt fructificatio,eſt ſuſceptio capitis mei: quia dum ſpineam coronam caput meum ſuſcepit,vltra omnes fructificauit:totum enim Chriſtus lucratus eſt mundum.

a *Quis*

NIC. DE LY. PSAL. CVII.

¶ PAratum cor meum. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Heb. & in tranſlatione Hier. Canticum pſalmi Dauid. per hoc autem,quòd præmittitur, Canticum datur intelligi,quòd Dauid gratias agendo hunc pſal.percantabat,& ſic venit in per eum ſpiritus prophetiæ reuelans ea quæ in hoc pſal. ſunt deſcripta, ſicut de Eliſeo dicitur, Dumque caneret pſaltes,facta eſt ſuper eum manus domini,&c. De materia huius pſal.patet ex circuſtantia literæ, quod eſt gratiarum actio de reſtitutione regni Iſrael in ſtatum bonum, tempore Dauid victoria ſibi à Deo conceſſa de aduerſarijs,& potiſſimè de Idumæis quos redegit ſub tributo. Hoc etiam patet per titulum pſal. 59. qui pſal.conuenit cum iſto,non ſolum in ſententia, ſed etiam in verbis ab illo loco: Vt liberentur dilecti tui, &c. vſque ad finem. principium tamen differt hic,& ibi,quia pſal.ille incipit à planctu. eò quòd Dauid ibi plangit deiectionem regni Iſrael ante tempus ſuum. Iſte autem pſal.incipit à lætitiæ cantu ex victoria ipſi Dauid conceſſa. Et ſecundum hoc pſa. iſte in duas partes diuiditur,& primò ponitur hic exultatio,& ſecundò exultationis ratio,ibi: Vt liberentur. Circa primum ſciendum, ꝙ quando exultatio mentis in Deum ſecundum partem ſuperiorem animæ intenditur,fit quædam redundantia ad vires inferiores eam ſequentes ſuo modo:ſic autem fuit in Dauid, quando fecit iſtum pſal.& hoc eſt,quod dicit,* C *Diuiſio.*

a Paratum cor meum. *ideſt in parte ſuperiori. Paratum cor meum,in parte inferiori. Per cor enim,ex quo procedit ſenſus, & motus ad alias partes corporis, intelligitur anima, quæ eſt principium vitæ in corpore.*

*b* Cantabo,*ore.*

c Et pſallam,*mente ſecundum illud pſal.73. Cor meum & caro mea exultauerũt in Deum viuum.* *Pſal.73.*

d In gloriam. *Gloria eſt clara notitia cum laude. Dauid autem inter alios prophetas habuit valde claram notitiam, & prophetiam ſuam protulit per modum diuinæ laudis,vt dictum fuit in principio huius libri diffuſius, propter quod prophetia ſua bene vocatur hic gloria.*

e Exurge pſal.*quia Dauid pſal.ſuos cantabat voce propria,& [illegible] inſtrumentis.*

*f* Exurgam dilu. *Illa enim hora homines deuoti ſurgunt ad laudem Dei: vnde & angeli Deum laudantes dicuntur aſtra matutina, Iob 38.a. Cum me laudarent aſtra matutina,& iubilarent omnes filij Dei. & Gen.32.f. Angelus domini [illegible] cum Iacob dixit: Dimitte me.iam enim aſcendit aurora. [illegible] eſt hora [illegible] Deum,non [illegible], ſicut dictum fuit ibidem.* *Iob.38.f* *Gen.32.f*

g Confitebor tibi.*confeſſione laudis.*

*h* In populis domi.*præuidit enim in ſpiritu, quòd pſal.[illegible] forent in futuris generationibus decantãdi,ſicut videmus impletum in eccleſia.*

*i* Quia magna eſt ſu. *Quod enim aliquibus angelis de cœlo cadentibus,alij remanẽtes fuerũt confirmati, proceſſit ex miſericordia Dei.*

*K* Et vſque ad nubes veritas tua. *ideſt veritas iuſtitiæ tuæ, per quam angeli ſuperbientes ceciderunt in hoc aere caligino ſo, vbi generantur nubes: propter quod dicuntur aereæ poteſtates.* D

*l* Exaltare ſuper cœlos Deus & ſuper omnem terram. *per cœlum,& terram intelligitur omnis creatura, quam excellentia Dei excedit in infinitum.*

*m* Vt liberentur. *Hic incipit verſus in Heb. & in tranſla.Hieron.vbi Dauid reddit rationem ſuæ exultationis, quæ eſt reſtitutio regni Iſrael in melius, quam exprimit primò per modum petitionis à Deo, dicens, vt liberentur dilecti tui. Et exponatur iſta litera vſque ad finem pſal.ſicut ſupra expoſita eſt pſal.59.* †Ephrem *Sup 55.b*

MORALITER.

✻ a *Paratum cor meum.* Pſal. iſte ſecundum literalem ſenſum eſt exultatio Dauid pro ſtatu regni ſui meliorato. Moraliter autem poteſt exponi de bono prælato ſeculari, vel religioſo in domino gaudente de ſubditorum ſuorum melioratione. Et ſic dicit: Paratũ cor meum Deus.ad tibi fideliter ſeruiendum. Paratum cor meum. ad inducendum populum ad amorem tuum.

b *Cantabo.* corde.

c *Et pſallam.*ore.

d *In gloria mea.*ideſt de profectu populi mei. gloria patris eſt filius ſapiens. Exurge gloria mea. ideſt puritas meæ conſcientiæ. Gloria noſtra hæc eſt,teſtimonium conſcientiæ noſtræ. *Prou.13.a* *2.Cor.1.e*

e *Exurge pſal.*i.obſeruatio decem mandatorum.

f *Et cithara.* quæ eſt triangularis figuræ: propter quod ſignificat fidem trinitatis.

f *Exurgam dilu.*i.velociter ad iſta & animo promoto.

g *Confite.tibi in popu.do.*eos ad tuam laudem inducendo.

i *Quia ma.eſt ſu.cę.mi.tua.*nam ibi maximè relucet in beatis.

k *Et vſq; ad nu. ve tua.* i.tua iuſtitia, quæ exercetur in dæmonibus in aere caliginoſo habitantibus,vbi ſunt nubes.

l *Exaltare ſuper cœlos Deus.*per angelos & terrenam potẽtiam,quæ eſt in principibus terrenis,& prælatis,adducens homines ad gloriã, ideo ſubditur,

m *Vt liberentur di.tu.*Reſiduum exponatur ſicut ſupra pſa. Vt quid Deus repuliſti.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Quis deducet me.* Caſ. Sicut homo, quærit Chriſtus, vt reſpondeat: negat hoc ab homine poſſe fieri. Ciuitas, infernus quē nul'us poterat aperire. Idumæa, gentes quibus poſt reſurrectionem innotuit: hæc à ſola deitate poterant fieri.
b *Repulisti nos, & non exi.* Caſ. Pluraliter dicit nos, quia hic Chriſtus cum membris patitur, ſupra, ſingulariter dicendo, deducet me. Horum omnium expoſitiones require in 59. pſalmo.

*In pſal. 117. Paratum cor meum. vbi dicitur in poſtil. in gloria mea. Gloria eſt clara notitia.*

ADDITIO I.

¶ Quòd prophetia Dauid inter alias propriè dicatur gloria ratione inducta per poſtil. hoc facit pro opinione Aug. dicentis, quod omnium pſal. fuit autor ipſe Dauid. Si n. Aſaph, & filij Core, & alij eſſent autores pſal. ſibi intitulatorum, pari ratione cuiuſlibet eorum prophetiæ ſeu pſal. gloria deberent dici, quia eodem modo claram notitiam per modum diuinæ laudis in ſuis pſa. miſteria diuina tradiderūt, vt dictum fuit in additione ſuper prologum Pſalterij, & in quibuſdam aliis additionibus.

Iuda † rex meus, Moab lebes † ſpei meæ. In Idumæam extendam calceamētum meum: mihi † alienigenæ amici facti ſunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam, † quis deducet me vſque in Idumæam?
Nonne tu Deus qui repuliſti nos, & non † exibis Deus in virtutibus noſtris? † Da nobis auxilium de tribulatione, † quia vana ſalus hominis. In Deo faciemus virtutē, & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtil. Quia magna eſt ſuper cœlos mi. tua.*

ADDITIO II.

¶ Similia verba ponuntur pſal. 35. vbi dicitur: Domine in cęlo miſericordia tua, & veritas tua vſq; ad nubes, q̄ quidem verba fuerunt in additione ſuper prædictum pſal. expoſita: vide ibi: Nec obſtat, quod in hoc loco dicit: Magna eſt ſuper cęlos Deus miſericordia tua, & ibi dicit: Domine in cęlo miſericordia tua: quia quod dicitur hic: Magna eſt ſuper cęlos, refertur ad hoc, quod miſericordia excedit merita beatorum. Quod autem ibi dicitur: In cęlo miſericordia tua, refertur ad beatos, qui in regno cœlorum exiſtentes miſericordiam perfectè conſequuntur, ſicut legitur apud Matt.

REPLICA.

In pſal. Paratum cor meum Deus. Circa illum paſſum. Quia magna eſt ſuper cœlos miſericordia tua. Burgen. facit applicationes non neceſſarias. De quo vide circa pſal. Dixit iniuſtus.

GLO. ORDIN.

a *In finem pſal.* Aug. Prophetia de Chriſto, hic eſſe oſtenditur in Actibus apoſtolorum: vbi de Iuda prophetatum hoc eſſe dicitur: Et epiſcopatum eius accipiat alter. de quo ſolo non omnia, quæ hic dicuntur, poſſunt accipi: ſed de toto genere inimicorum Chriſti, ingratorūq; Iudæorum. Vt enim Petrus typum eccleſiæ, ita Iudas perſonam inimicorū portat, quibus congruent, & quæ de Iuda expreſſa ſunt, vt illud: & epiſcopatum eius accipiat alter. Caſ. Quintus eorum, qui latius de paſſione agunt.

GLO. ORDINAR. PSAL. CVIII.

b Deus laudem. Caſſi. Monet Iudæ malitiam declinare, & Chriſti humilitatem imitari. Tripertitus eſt pſal. Primò, incipiens à prece increpat Iudæos, qui reddunt mala pro bonis. Secundò, prophetat, quæ mali recipient pro impietate, ibi: Conſtitue ſuper eum. tertiò, precatur, vt reſurrectionem conſequatur, & inimici dedecus, ibi: Et tu domine. Chriſtus ergo ſecundum quod homo orans ad patrem ait.
c *Quia os peccatoris.* Caſſiod. Decora diuerſitas: quia iniqui non tacent vituperium.
d *Gratis.* Aug. Sicut pijs per ſe placet æquitas, ſic impijs iniqtas.
e *Pro eo, vt me.* Aug. Plus nocent, in membris detrahentes Chriſto, quia animas credituram interficiūt, quàm qui carnem eius mox reſurrecturam peremerunt.

*oraſſe, & potiſſimè imminente ſua paſſione. Et ſecundum hoc pſal. iſte diuiditur in tres partes, quia primò ponitur orationis Chriſti inchoatio, ſecundò ad hoc adducitur ratio, ibi: Quia os peccatoris, & tertiò ſubditur orationis inchoatæ conſummatio, ibi: Et tu domine. Circa primum dicitur in perſona Chriſti.*

In finem pſalmus Dauid CVIII.

Deus † laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & os doloſi ſuper me apertum eſt. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederunt me: & expugnauerunt me gratis. † Pro eo, vt me di-

a Deus, ſ. pater, quem Chriſtus homo legitur frequenter Deum ſuum vocaſſe. Eli Eli lama ſabathani, quod interpretatur: Deus meus, Deus meus quare dereliquiſti me.
b Laudem meam ne tacueris. Ideſt orationem meam ad te directam. In omni enim oratione debita laudatur Deus, non diſſimules, nec differas exaudire.
c Quia os peccatoris. Hic conſequenter adducitur ratio, vt ſua oratio fiat citò exaudibilis, & accipitur ex doloſitate ſuæ traditionis imminentis: vbi primò deſcribitur proditorum culpa, & ſecundò pœna, ibi: Fiant dies. Proditores autem fuerunt Iudæi ementes, & Iudas venditor, & culpam vtrorunque ſimul deſcribit, ſicut verba ementis, & vendentis ſimul concurrunt, & quātum ad hoc dicit: Quia os peccatoris. ſ. cœtus ſacerdotum, qui primò habuerunt notitiam de Chriſto, q̄ eſſet à Deo miſſus, ſecūdum quod dictum fuit ſuper illud Matt. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt: Hic eſt hæres. Sed quia Chriſtus cœpit reprehendere eorum vitia, & habere gratiam coram communi populo. Iſta cognitio de Chriſto fuit in eis obſcurata inuidia & odio contra Chriſtum: quæ obſcuritas magis aggrauabat, quàm alleuiabat peccatum: & ideo cœtus ſacerdotum dicitur os peccatoris.
d Et os do.i. Iudæ proditoris, qui ſciens principes ſacerdotum cōgregatos ad tractandum de morte Chriſti, acceſſit ad eos tractans cum eis de eius venditione.
e Lo. ſunt ad. ſ. Iudæi & Iudas ſimul tractando de traditione mea. Iſt quantum ad Iudæos ſingulariter, verbis doloſis quærentes eum capere in ſermone, di. Magiſter ſcimus quia verax es, & c. hoc dicebant doloſè, vt facilius poſſent eum capere, vt habetur ibidem. Item Ioh. 8. proponentes quæſtionem de muliere deprehenſa in adulterio, vt ſi diceret eam dimittendam, argueret eum legis tranſgreſſorem: ſi lapidandam, dicerent eum crudelem, & ſic redderēt eum populo odibilē, vt plenius dictū fuit ibidē.
f Et ſer. o. dicentes ei ex odio. Samaritanus es, & dæmonium habes. & dicentes de eo: Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit.
g Et expu. me gra. Vnde dixit eis. Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus vultis, me occidere? & in tota paſſione ſua expugnauerunt eum gratis, i. ſine cauſa.
b Pro eo, i. pro bono, quod eis feci, vnde me diligere deberent.

NIC. DE LY. PSAL. CVIII.

Deus lau. me. Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebr. Ad victoriam Dauid pſal. Et in tranſlatione Hier. Pro victoria Dauid canticum. Et patet ſententia ex ſupradictis pſal. 4. & 12. De materia verò huius pſal. dicit beatus Petrus Act. 1. quòd litera huius intelligitur de paſſione Chriſti ſpecialiter quantum ad hoc, q̄ fuit traditus à Iuda proditorè: qui motus fuit ad hoc auaritia & Iudæi ex inuidia. Vnde dicit in Act. In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit: Viri fratres, oportet impleri ſcripturam, quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Ieſum. & ſubditur poſtea: Scriptum eſt enim in libro pſal. Fiat commoratio eorum deſerta, & non ſit, qui habitet in ea, & epiſcopatum eius accipiat alter. Prima verò pars huius verbi habetur ſupra pſal. 68. & ſecunda in hoc pſal. tamen beatus Petrus coniunxit vtranque ſcripturam, quia vterque pſal. loquitur de Chriſti paſſione. Et prima pars exprimit pœnam Iudæorum pro Chriſti morte: quia fuerunt captiuati per Romanos, & terra eorum deſtructa. Secunda verò pars exprimit ſubſtitutionem Matthiæ, loco Iudæ. Ad proditionem verò Chriſti concurrerunt iſti. ſ. Iudas vendendo, & Iudæi emendo, vt deſcribunt quatuor euangeliſtæ. Igitur ſecundum hoc Dauid in hoc pſal. loquitur in perſona Chriſti hominis, qui frequenter legitur Deum patrē oraſſe

MORALIT.

a *Deus laudem.* Pſalmum iſtum exponunt Iudæi, vt ſit eorum oratio pro ſua liberatione de captiuitate moderna, qua diſperſi ſunt per orbem in abiectione magna. ſed ſicut oſtendi in expoſitione literali, non poteſt ſic exponi, ſed de Chriſti paſſione, in qua orauit pro ſe, & ſuo myſtico corpore, & ſic expoſui: nec occurrit mihi alia expoſitio ſpiritualis conueniens hic ponenda.



a *Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis.* Aug. Sex differentiæ ſunt. Reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis: hæc duo bonorum ſunt, & prius melius. Non reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis, hæc duo malorum, & poſterius deterius. Reddere bona pro bonis, mala pro malis, hæc duo mediorū: prius propinquū bonis, quod Chriſtus non arguit, ſed plus oportere dicit, quia & Ethnici hoc faciunt: poſterius propinquum malis, conuenit tamen etiam bonis. Vnde & lex modum vltionis ſtatuit: Oculum pro oculo, quæ (ſi dici poteſt) iniuſtorum iniuſtitia eſt: nō quia iniqua eſt vltio, quam lex ſtatuit, ſed quia vitioſa eſt libido vlciſcendi: magiſq; ad iudicem pertinet hoc inter homines decernere, quàm bonū hominem ſibi expetere: hic enim redderet malum pro malo, iudex verò nō, ſed dilectione iuſtitiæ iuſtū pro iniuſto, quod eſt bonum pro malo quod & Deus iudex facit. Caſſ. Tribus modis omne peccatum contrahitur. Primus gradus, non reddere bona pro bonis. Secundus, reddere mala pro malis. Extremus, mala pro bonis: hoc deterius Iudæi elegerunt. Cōtra hæc eſt dare bona pro bonis. Secundum non reddere mala pro malis, perfectum bona pro malis, quod Chriſtus orans pro Iudæis fecit.
b *Conſtitue ſuper eum peccatorem.* Aug. Secūda pars, vbi incipit prophetare, quæ pro impietate recipiant. Aug. Supra de pluribus, nunc, quo digni ſunt prænuncians de vno dicit, intendens in eum. i. Iudam, qui ſe. i. Chriſtum tabulus tradidit, de quibus ante loquebatur: Conſtitue &c. Nutantes transferantur. Aug. Caſſ. Vel de populo Iudæorū poſſunt hæc omnia accipi. Hæc eadem namque congruunt Iudæis, quorum perſonam Iudas geſſit. Conſtitue ſuper eum peccatorem. Sicut de Iuda, ita de eis.
c *Cum iudicatur, exeat condemnatus.* Quia in nequitia permanentes theſaurizant ſibi iram. Oratio in peccatum, quia non ſit per mediatorem. Dies pauci. ſecundùm regnum, quod poſt non diu ſtetit. Epiſcopatum. i. Chriſtum (qui ad eos miſſus) accepit populus gentium. Filij or. amiſſo quaſi patre regnū, vel patre Deo. Vxor. i. plebs. Vidua, amiſſo regno. Transferātur, vt in captiuitate factum eſt. Mendicent, ſub regibus gētium. Omnem ſubſtantiam eius. i. vitam, ſingula peccata puniens, debita eorum non dimittuntur, quia in ſolo Chriſto dimittuntur. Et alieni. i. diaboli, & angeli eius. Diripiant alieni labores eius, quia non theſaurizant in cœlo. Et non ſit il. &c. i. adiutor non eſt ei, cui Chriſtus deeſt. Nec ſit qui miſ. non dico ad temporalia habenda, ſed æterna. Fiāt nati eius in inte. ſempiternum. Ideo quia manſerunt in gen. vna, ideſt quia non regenerati fuerunt. Et non deleatur no. i Ieruſalem terrenæ, quæ ſeruit cum filiis ſuis, quæ prophetas interfecit. Et diſpereat de terra viuētium. i. eccleſia. Memoria eorū. quia cū eſſent rami naturales, fracti ſunt. Pro eo quòd non eſt re. pœnitendo. Facere miſericordiam, ſupra membra Chriſti.
d *Et oratio eius fiat in peccatum.* Aug. Ne putetur ab imminente damnatione liberari oratione, quam inter apoſtolos dicerat: oratio, inquit, fiat in peccatum, quia non per Chriſtum, quem non vult ſequi, ſed perſequi. Aug. Quando autem Iudas ita orare potuit, vt oratio eius fieret in peccatum, quæri poteſt: Credo antequam Dominum traderet, & cum de illo iā cogitaret tradendo: nō enim iam poterat orare per Chriſtū. Oratio, quia nō eſt iuſta oratio, niſi per Chriſtum, & non ſolùm non delet peccatum, ſed fit in peccatum.
e *Et epiſcopatum eius accipiat alter.* Caſſ. Hic primum in veteri teſtamēto nomen epiſcopatus inuenitur. Accipiat al. Aug. Loco eius ſubſtitutus eſt Matthias, vt legit in Actibus apoſtolorū.
f *Fiant filij eius orphani. & vxor eius vidua. Nutantes transferantur filij eius.* Aug. Vique mortuo ipſo & filij eius orphani, & vxor eius vidua fuit. Eſt cura mortuis de ſuis, vt de diuite legitur, quos viuere ſciūt, quia nec in locis pœnarum vident eos, vbi dies ſine fratribus erat, nec in requie beatorum, vbi Abrahā & Lazarū, quamuis longè agnoſcebat. Non tñ ideo conſequēs eſt eos ſcire quæ circa charos illorū aguntur hic, vel læta, vel triſtia. Si ergo hoc ſentiunt mortui, cumulus eſt malorum: ſi non ſentiunt, formido eſt viuorum: poſſunt enim timere, ne pro peccatis ſuis, vel parentum ſimilia eis contingant.
g *Scrutetur fœ. om. ſub. eius.* Aug. Quomodo hoc totū vxori eius, & filiis contigerit, indicat, ſcrutetur. Sed quomodo habuit ſubſtantiā, qui cū apoſtolis dūm ſequebatur. Oīa autem quę habuit, ita vxori & filiis dimiſit, vt adhuc cor illis habuerit, nec vinculum cupiditatis abruperit, & putabat dūm falli, quoniam ea, quæ mittebantur, de loculis auferebat.

ligerent, detrahēbant mihi: ego autem orabam. Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Conſtitue ſuper eū peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius. Cùm iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum. † Fiant dies eius pauci, & † epiſcopatum eius accipiat alter. † Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. † Nutantes transferantur filij eius, & mendicent: & eiiciantur de habitationibus ſuis. † Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius, & diripiant alieni la-

NICO. DE LYRA.

¶ a Detrahebant mihi. *Dicentes de me. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et Matth. Ecce homo vorax. & potator vini publicanorum, & peccatorum amicus.*
b Ego autem orabam. *Vnde de eo dicitur, quòd erat pernoctans in oratione Dei.*
c Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis. *Reddentes verba iniurioſa: detractiones, & perſecutiones pro bonis, quæ feci inter eos, docendo, ſanitates conferendo, ſicut patet in euangelio.*
d Et odium pro dilectione mea. *Quia ex dilectione magna erga populum Iudaicum operabatur ſalutem in medio terræ, propter quod dicebat: Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & pro iſta dilectione concepit populus Iudaicus maximum odium contra Chriſtum.*
e Conſtitue ſuper eum. *Ideſt conſtitues.*
f Peccatorem. i. Caiphā, *qui erat pontifex anni illius, qui dicitur hic peccator, eò quòd vltimatum conſilium dedit de morte Chriſti.*
g Et diabolus ſtet à dextris eius. *Id eſt ſtabit, quia ad hoc à diabolo excitabatur principaliter: quia cum eſſet tunc pontifex, poterat alios ad ſuam ſententiam inclinare.*
h Cùm iudicatur. *Iſtud ad Iudam ſpecialiter refertur, cuius iudicium à Chriſto fuit prolatum in cœna, cum dixit de Iuda: Væ homini illi per quem filius hominis tradetur, & c. Eſt autem væ, comminatio pœnæ æternæ.*
i Exeat condemnatus. *Quia poſt verba prædicta Chriſtus dedit Iudæ panem intinctum, quo accepto introiuit in eum Sathanas, ad amplius eum poſſidendum, & exiuit continuò de ſocietate Chriſti, & Apoſtolorum, & iuit ad perficiendum proditionem ſuam, accipiendo cohortem à pontificibus, & Phariſæis miniſtros, vt traderet in manibus eorum Ieſum, ideo ſubditur:*
k Et oratio eius fiat in peccatum. *Hic accipitur oratio pro ratione oris, ſecundum interpretationem nominis, oratio dicitur oris ratio, & hæc oratio non fuit directa ad Deum, ſed ad principes Iudæorum, vt traderent ſibi ſocietatem armatorum.*
l Fiant dies eius pauci. *Hic conſequenter ponitur prædictæ culpæ debita pœna, & primò ipſius Iudæ ſpecialiter. ſecundò populi Iudaici generaliter ibi: Nutantes. Circa primum dicitur: Fiant dies eius pauci, quia citò ſuſpendit ſeipſum, poſtquam tradiderat Chriſtum.*
m Et epiſcopatum eius. *Id eſt apoſtolatum. vnde & epiſcopi in eccleſia ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, vt habetur in decretis diſtin. 21. c. in nouo teſtamento.*
n Accipiat alter. i. beatus Matthias, *qui loco eius fuit electus.*
o Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. *ſ. ipſius Iudæ, pro quibus ſuſtentādis fur erat, & loculos habēs tradendo vxori, & filij. eis, quæ dabantur pro egenis, vt dicit hic quidam doctor. Et ſatis concordat ei quod dicitur in Iohā. vbi cum dixiſſet Iudas de vnguento effuſo: Quare hoc vnguentum non venit. i. venditur trecentis denarijs, & datum eſt egenis? Et ſubdit Euangeliſta: Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, &c.*
p Nutantes transferantur filij eius. *Hic conſequenter ponitur pœna populi Iudaici generaliter, qui in pœnam mortis Chriſti per Romanos fuit captiuatus, & diſperſus, & primò deſcribitur hæc pœna, ſecundò recolitur cauſa, ibi: Pro eo, quod non eſt recordatus, & c. Circa primum dicitur:* Nutantes transferantur filij eius. i. *Iudaici populi.*
q Et mendicent. *Omnibus bonis ſuis ſpoliati.*
r Et eiician. de habitationibus ſuis. *Quia de tota Iudæa fuerunt eiecti.*
s Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius. *In tranſlatio. Hieron. ponitur exactor, & iſte fuit Titus, qui præcepit omnem ſubſtantiam Iudæorum diligenter inquiri, & auferri. ideo ſubditur:*
t Et diripiant alieni labores eius. i. *diuitias eorum laboribus acquiſitas.*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Adiutor. Caſſiodorus.* Quia & boni tentantur: ſed habent
E Deum adiutorem.

*Vbi ſupra.* b *Pupil.Caſſ.* Quaſi puſilli. vnde & pupilla oculi, quaſi parua.

*Vbi ſuprà.* c *In memoriam redeat. Aug.* Et peccata patrum eis redduntur, qui à malis eorũ non diſcedunt: ſed non eis, qui mutati ſunt in Chriſto, qui iam non ſunt filij iniquorum. Si ergo Iudas teneret adoptionem, quam acceperat, non pertineret ad eum, vel ſua præterita, vel patrum iniquitas: ſed quia rediit ad mala vetuſti generis, redit iniquitas patrum in conſpectu Domini, vt in eo puniretur.

d *Contra Dominum ſemper. Aug.* Id eſt in conſpectu Domini, quod & alij ſic tranſtulerunt. †altera

e *Et perſecutus eſt hominem. Aug.* Pauperes inſequi ſola ſæuitia eſt, alij pro diuitiis, vel honoribus interdum huiuſmodi patiuntur.

f *Et compunctum corde mortificare. Aug.* Compunctus corde non ſolet dici, niſi qui ſtimulis peccatorum pũctus eſt in dolore pœnitendi. Sed quia & hi tales, ſunt membra Chriſti, ideo & eum, quẽ crucifixerunt, Iudæi perſecuti ſunt in membris. †Sint corã domino

g *Maledictionem. Aug.* Peccata modo delectant, ſed dicuntur maledictio: quia tormenta parant.

h *Quo operitur.* Videtur dicere hic qđ ſuprà. Induit maledictionẽ ſicut veſtimentum. Sed differt, quia ſupra veſtimentũ, quo induitur vt tunica, hic quo operitur, vt pallio, qđ eſt in conſpectu hominũ de iniquitate gloriari. Zona præcinguntur homines, vt ad operandum ſint aptiores, non impediti ſinibus veſtium. Zona ergo cingitur, qui non repente facit malum, ſed diſpoſitum aggreditur, & ita diſcit mala facere, vt ſemper ſit paratus, vnde hic ait ſemper præcingitur.

F i *Apud Dominum. Auguſt.* Specialiter Chriſto detrahunt, qui dicunt non eſſe ex patre, vel minorem patre.

K *Mala. Aug.* Dicentes non potuiſſe ſurgere cùm vellet.

l *Et tu Do. Caſſ.* Tertia pars vbi precatur, vt liberatus reſurrectionem conſequatur: quia inimici dedecus.

m *Fac mecum. Aug.* i. operare, vt ego in vaſa miſericordiæ. Vel: Fac mecum. i. adiuua me ſecundum hominem.

n *Propter nomen tuũ. Aug.* Nullis enim operũ meritis præcedentibus in tantam celſitudinem ſubuecta eſt humana natura, vt totum ſimul verbum, & caro, hoc eſt Deus, & homo vnigenitus filius diceretur: hoc autem factum eſt, vt ab illo, qui creauerat, per id, qđ perierat, quæreretur: vnde hic ſequitur: quia ſuauis eſt miſericordia tua. † miſericordiam

o *Quia egenus & pauper ego ſum. Auguſt.* Egeſtas, & paupertas Chriſti eſt infirmitas, ex qua crucifixus eſt.

p *Sicut vmb. cum declinat, abl. ſum. Caſſ.* Sicut ex vmbra declinãte fit nox, ſic ex mortali carne fit mors. †quoniam

a *Immutata*

a ¶Aug. Ad tuendam eius poſteritatem. Vnde addit: nec ſit qui mi. pu. Sed quia poſſent ſine adiutore & tutore filij, licet in ærumnis creſcere, & genus propagationis ſeruare, addit: Fiãt na. eius &c. ſpem poſteritatis tollit.

a bores eius. Nõ ſit illi adiutor, nec ſit a b
b qui misereat̃ pupillis eius. † Fiát na- c

a ¶Aug. Quaſi quod de ea generatum eſt, non generet, & cito tranſeat.

ti eius in interitum: in generatione
c †vna deleatur nomẽ eius. †In memo d e

a ¶Aug. Vnde verè dicitur: Reddam peccata patrum in filios. Quod vero per Ezechielem dicitur: Filius non portabit iniquitatem patris &c. de conuerſis ad Deum intelligendum eſt.

riã redeat iniquitas patrũ eius ĩ cõ-
ſpectu domini, & peccatum matris

¶Pater eius & mater, non vt domino aduerſentur, ſed vt Deus mala merita eorum non obliuiſcatur in iſto.

d eius non deleatur. †Fiant cõtra dñm f
ſemper, & diſpereat de terra memo g

a ¶Parentum eius deleta propagine.

ria eorum, pro eo ꝙ non eſt recor- h

¶Iudas.

e datus facere miſericordiam. Et per- i k

¶Chriſtum.

ſecutus eſt hominẽ inopem & men l

a ¶Id eſt vt mortificaret.

f dicum, & cõpunctum corde †mor- m n

¶Aug. Iudas furando de loculis & dominum vẽdendo. Iudæi dicendo: Sanguis eius ſuper nos &c.

g tificare: & dilexit maledictionẽ, & ve o p

a ¶Sicut quando maledixerunt cæco illuminato, dicens: Tu diſcipulus eius es.

niet ei: & noluit benedictionem, †& q r

a ¶Ad gentes. b ¶Iudas vel populus.

elõgabitur ab eo. Et induit maledi- s

a ¶Deprauatum corpus. ¶Aug. Foris in corpore, intus in anima incidens in eius iudicia, qui corpus & animam perdit in gehenna.

ctionẽ ſicut veſtimentũ, & intrauit

a ¶Deprauata anima. b ¶Quia modo delectat eos male facere, vel fortaſſe fortes ſe putant, quia licet impune modo male facere.

ſicut aqua ĩ iteriora ei⁹, & ſicut oleũ

a ¶Deprauatione. b ¶Iudæ vel populo.

in oſſibus eius. Fiat ei ſicut veſtimẽ- t
h tum, quo operitur: & ſicut zona, qua u

a ¶Non dixit merces ſed opus, patet enim quod veſtimento, aqua, oleo, zona, opera deſcribit, quibus æterna maledictio comparatur. b ¶Pluraliter nõ vnus Iudas eſt, ſed multi qui detrahunt.

ſemper præcingitur. Hoc opus †eo- x

a ¶Dicentes non eſſe eum quem lex Domini & prophetæ prænunciauerunt.

i rum, qui detrahũt mihi apud dñm: y
k & qui loquũtur mala aduerſus ani- z

a ¶Iſti ita. ¶Nota Et: quaſi, quia ego Et. b ¶Geminatio notat affectum orandi.

l m mam meam. Et tu Dñe Dñe fac a b

a ¶Quia eadem ſunt opera patris & filij. b ¶Non merito. ¶Gratiam commendat.

n mecum propter † nomen tuũ, quia c d

a ¶Quæris quod perierat per me. b ¶Ita fac mecum. ¶A paſſione.

ſuauis eſt miſericordia tua. Libera e
o me, † qa egenus & pauper ego ſum: f

a ¶Triſtis eſt anima mea. ¶Caſſ. Cor potuit cõturbari, vt caro crucifigi, in quibus vera natura hõis aperitur.

& cor meũ conturbatũ eſt intra me. g

a ¶Mortuus.

p Sicut vmbra cũ declinat, † ablatus h

a ¶Aug. Hoc in mẽbris. Vnde hoc apertius pluraliter dicit, ſicut locuſtæ. excuſſi ergo. i. fugati fideles à perſecutoribus, q ſunt multi vt locuſtæ, vel ſaliẽtes de loco ad locũ.

ſum: & excuſſus ſum ſicut locuſtæ. i

## NIC. DE LYRA.

a Nõ ſit il. ad. *Quia nullus alius populus auſus fuit iuuare Iudaicum populũ cõtra Romanos, imò & Agrippa rex, qui erat Iudæus noluit eos iuuare: ſed magis coniunxit ſe Romanis, vt refert Ioſeph. lib. de Iudaico bello.* *Ioſeph. de bello Iud.*

b Nec ſit qui miſereatur pupillis eius. *Quia milites Romani ſine miſericordia eos partim occidebant, partim captiuabant, multipliciter affligentes. ideo ſubditur:*

c Fiant nati eius in interitum: in generatio. vna. *i. infrà tempus vnius generationis, quia quadrageſimoſecundo anno poſt paſſionem Chriſti debellauerunt eos Romani.*

d Deleatur nomen eius. *Quia illi qui remanſerunt de Iudæis, diſperſi ſunt per diuerſas partes orbis, ſubiecti gentibus alijs, ita quòd non faciunt per ſe populum habentem aliquam terram, ſeu dominium.* G

e In memoriam redeat iniquitas patrum. *Quia infrà 42. annos prædictos illi, qui tractauerunt de morte Chriſti, erant mortui, ſaltem pro maiori parte: ſed eorum iniquitas fuit ad memoriam reducta, quando in vindictam mortis Chriſti captiuitas fuit ſuper populum inducta.*

f Fiant contra Do. ſemper. *i. fient. quia illi, qui remanſerunt, pro maiori parte ſunt obſtinati in infidelitate, & ſic ſunt contra Dñm.*

g Et diſpereat de terra memoria eorum. *Quantum ad bonum, quia de eis non remanet niſi memoria ad malum eorum, ſecundum quod dicitur in Prou. Memoria iuſti cũ laudibus, & nomen impiorum putreſcet.*

h Pro eo quòd non eſt recordatus fa. &c. *Hic recolitur dictæ punitionis cauſa, cum dicitur:* Pro eo quòd non eſt rec. *& incipit hic verſus in Hebræo, & in tranſlat. Hieron.*

i Facere miſericordiam. *Minus dicit, & plus ſignificat, ſcilicet quòd populus Iudaicus fecit crudelitatem maximam in perſecutione Saluatoris. ideo ſubditur:*

K Et perſecutus eſt hominem. *i. Chriſtum de Virgine natum: eius enim deitatem perſequi non poterant.*

l Inopem & mendicum. *Chriſtus enim duxit vitam pauperem valde.*

m Et compunctum corde. *i. afflictum mente ex Iudæorum ingratitudine.*

n Mortificare. *Quia Pilato iudicante illum dimitti debere, noluerunt acquieſcere dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris.*

o Et dilexit maledictionem. *Quæ imprecatur perſecutoribus innocentium, in multis locis.*

p Et veniet ei. *Quia perſecutionem atrociſſimam ſuſtinuit à Romanis.*

q Et noluit benedictionem. *Quæ in lege imprecabatur pro operibus miſericordiæ.*

r Et elongabitur ab eo. *Quia Romani non fuerunt miſerti populo Iudaico.*

s Et induit maledictionẽ ſicut veſtimentum. *Id eſt fuit circundatus maledictionibus, ſicut homo circundatur veſtimento. Et quia pœna huius maledictionis non tantùm tetigit Iudæos in exterioribus bonis, ſed etiã in interioribus corporis, & animæ. ideo ſubditur:* Et intrauit ſicut aqua in interiora eius. H

t Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur. *Patet ex dictis ſententia.*

u Et ſicut zona, qua ſemper præcingitur. *Quia fuerunt ligati, & ſic violenter tracti extra terram ſuam, & ſic captiuati. In fine huius maledictionis concludit Pſal. loquens in perſona Chriſti hominis.*

x Hoc opus eorum. *i. hæc pœna, quæ prædicta eſt pro opere malo reddita illis.*

y Qui detrahunt mihi apud Dominum. *id eſt Iudæis, qui multipliciter detraxerunt Chriſto, vt prædictum eſt.*

z Qui loquuntur mala aduer. ani. meam. *i. vitam meam. De cuius deſtructione inter ſe tractauerunt, vt prædictum eſt.*

a Et tu Domine. *Hic vltimò ponitur orationis Chriſti ſuperius inchoatæ conſummatio, dicentis ad patrem:* Et tu Domine. *i. Domine angelorum & hominum.*

b Fac mecum. *Scilicet miſericordiam, me reſuſcitando, & glorificando.*

c Propter nomen tuum. *i. vt nomen tuum glorificetur per meam exaltationem.*

d Quia ſuauis eſt miſericordia tua. *Sanãs omnes morbos, & vulnera.*

e Libera me. *A Iudæorum perſecutione.*

f Quia egenus, & pauper ego ſum. *Quia vt dictum eſt, duxit vitam valde pauperem.*

g Et cor meum cõturbatum eſt intra me. *Ex Iudæorum ingratitudine.*

h Sicut vmbra cum declinat, ablatus ſum. *De vita præſenti per mortem, & paſſionem meam.*

i Et excuſſus ſum ſicut locuſtæ. *i. tranſiens de loco ad locum fugiendo perſecutionem, vt patet in Matth. vbi dicitur, quòd propter perſecutionem Herodis fuit portatus in Aegyptum, & fugiens perſecutionem Iudæorum, abijt trans Iordanem, & aliàs propter eorum perſecutionem abijt in regionem iuxta deſertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem.*

a Genua



a *Immutata eſt.* Immutata eſt ergo caro Chriſti, vt miſſo ſpiritu
A vngeret diſcipulos, qui ad eos non veniſſet, ſi Chriſtus nõ abiiſſet. Vnde ipſe ait: Niſi ego abiero paracl. non ve. &c. Et Euangeliſta ait: Nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum fuit glorificatus.

b *Propter oleum. Aug.* Id eſt ſpiritualem gratiam, vnde Chriſtus dicitur:

c *Mouerunt capita ſua. Caſſ.* Furioſi commotione capitis eminantur. *Aug.* Mouerunt capita, quia viderunt pendere in cruce, ſed nondum quando caro immutata.

d *Adiuua me Domine Deus meus. Caſſ.* Rogat, vt homo, præſtat, vt Deus.

e *Manus tua hæc. Aug.* Chriſtus. Hæc manus, & eſt verbum apud Deum, & fecit eam, dum verbum caro factum eſt. Erat enim ſine tempore ſecũdum diuinitatem, & facta eſt in tempore ſecundum carnem.

f *Maledicent illi.* Vna eſt maledictio malorum: Deus cum benedicit, facit, quod dicit.

g *Sicut diploide confuſione ſua.* Alij interpretantur pro diploide, duplex pallium. i. confundantur intus, & foris. i. coram Deo, & hominibus.

h *Nimis.* Solet poni nimis, pro plus quam debet, ſed &, pro valde.

i *In ore meo. Aug.* Id eſt in communi, vel in corde.

K *Qui aſtitit à dextris pauperis.* Diabolus à dextris Iudæ, qui diuitias augere voluit vendito Chriſto. Sed Dominus à dextris pauperis, vt ipſe Dominus ſit diuitiæ pauperis. Aſtitit enim, non vt annos huius vitæ augeret, vel vt fortem, vel incolumen, vel diuitem faceret, ſed vt animam ſaluaret à perſequentibus.

a ¶Aug. Et hoc apertius in membris. i. fortes pane. i. Chriſto ſubtracto defecerũt: ſed ne penitus ſuccumbant, factum eſt quod ſequitur: & caro &c.

Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, a

a ¶Aug. In melius, in gloriam immortalitatis, vt in morte deficientes, miſſo ſpiritu firmaret.

a b & caro mea † immutata eſt propter b c

a ¶Factus maledictum poſt mortem crucis.

oleum. Et ego factus ſum oppro- d

¶Tanquam furioſi.

c briũ illis: viderunt me, & mouerunt e

¶Totum caput & corpus.

d capita ſua. Adiuua me Domine De⁹ f

a ¶Non debitum operum.

meus: ſaluum me fac †propter miſe g

a ¶Hi ſ. pro quibus orauit, qui fuerant inter illuſores.

e ricordiam tuam. Et †ſciant, quia ma h
nus tua hæc, & tu Domine feciſti eã.

a ¶Neque inſultantes. b ¶Bonum. c ¶Putantes proficere contra me.

f Maledicent illi, & tu benedices, qui i k l

a ¶Cum exaltatus ero ſuper cœlos, & cœperit eſſe ſuper omnem terram gloria mea.

inſurgunt in me confundantur: ſer- m

a ¶Aug. Vel in dextera patris, vel in mẽbris lętantibus. b ¶Id eſt pudeat eos detraxiſſe mihi: Quod & in bono poteſt accipi, dum corriguntur.

uus autem tuus lętabitur. Induantur, n
tur, qui detrahunt mihi †pudore: & o

a ¶Duplici contritione contere eos do. de no.

g operiantur ſicut diploide confuſio-

a ¶In membris. b ¶Laudem. c ¶Valde.

h i ne ſua. Confitebor Dño nimis in p

a ¶Ore fit confeſſ. ad ſa. b ¶Quod alibi, in medio eccleſiæ l. t. ¶Corde creditur ad iu.

ore meo, & in medio multorũ lau- q
k dabo eum. † Qui aſtitit à dextris r

a ¶Ne paupertate. i. infirmitate ſuccumbat: hoc adiutoriũ corpore Chriſti datũ eſt in omnibus ſanctis martyribus.

pauperis, vt ſaluam faceret à perſe- s
quentibus animam † meam.

B

## NIC. DE LYRA.

a Genua mea infirmata ſunt à ieiunio. *Ieiunauit enim Chriſtus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus continuè, & poſtea eſuriit ex attenuatione corporis. Et non ſolũ ex illo ieiunio, ſed etiam ex alijs laboribus, & vigilijs paſſus eſt fatigationem corporis, quę maximè ſentitur in genibus, eò quòd ſuſtinent pondus corporis. Vnde dicitur in Iohan. Ieſus autem fatigatus ex itinere ſedebat ſuper fontem.*

b Et caro mea immutata eſt. *In maciem.*

c Propter oleum. *i. ex defectu olei, in quo notatur tenuitas cibi ſui condimento carentis. Et huic concordat tranſlatio Hieron. quæ ſic habet: Et caro macilenta eſt abſque oleo. In Hebraico ſic habetur: Et caro mea macilenta eſt abſque pinguedine. Corpus enim Chriſti optimè complexionatum erat, quia virtute ſpiritusſancti formatum fuit, quæ non poteſt deficere, & ideo in iuuentute habuit conuenientem carnoſitatem, quæ tamen fuit immutata in maciem ex ieiunijs, laboribus, & vigilijs. Propter quod dixerunt Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, &c. Sic enim locuti fuerunt, quia quamuis haberet tantùm 32. annos cum dimidio, vel 33. ſecundum alios videbatur tamen ſatis plus habere propter mutationem corporis, & faciei ex prædictis.* C *Iohan. 8. g.*

d Et ego factus ſum opprobrium illis. *Vt patet ex ſupradictis. & maximè hoc fuit in ſua paſſione. ideo ſubditur:*

e Viderunt me, & mo. ca. ſua. *Me deridendo, ſicut dicit Matth. Prætereuntes autẽ blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei, &c.* *Matth. 27. e*

f Adiu. me Do. *in paſſione confortando.*

g Saluum me fac. *A morte ſuſcitando.* †, ſecũdum

h Et ſciant, quia ma. tua hæc. *i. poteſtas tua, qua ſola mortui reſurgere poſſunt.* † ſcient

i Maledicent illi. *Quia Iudæi in malitia obſtinati, Apoſtolis gloriam reſurrectionis Chriſti prædicantibus illi maledicebãt. Cum autem quidã indurarentur, & non crederent, maledicentes viã Dñi coram omni multitudine, Paulus diſcedens ab eis ſegregauit diſcipulos &c.* *Act. 19. b*

K Et tu benedices. *Quia prædicationem apoſtolorum confirmauit per curationes languidorum, & ſuſcitationes mortuorum, & alia Dei beneficia, quæ dicuntur benedictiones in ſcripturis. ideo ſubditur:*

l Qui inſur. in me con. *Quia ex dictis miraculis confundebatur aduerſarij veritatis.* † reuerentiam

m Seruus autem tuus lætabitur. *Quia Chriſtus lætabatur in ſe, & in membris ſuis.*

n Induantur qui detrahunt mihi pudore. *id eſt vndique habeant cauſam verecundiæ, ſicut veſtimentum circundat vndique.*

o Et ope. ſicut diploide confuſione ſua. *In tranſlatione Hieron. habetur: Sicut pallio. Et ex dictis patet ſententia, quia eſt repetitio eiuſdem ſententiæ ſub alijs verbis, ſicut ſolet fieri in orationibus & canticis.* † quia D

p Confitebor Domino. *Confeſſione laudis.*

q Et in medio mul. lau. eum. *Quod verificatum fuit in Chriſto, quando poſt reſurrectionem diſcipulis ſuis apparuit, manifeſtans reſurrectionem ſuam ad laudem Dei patris, & etiam in membris ſuis, per quæ laudauit Deum patrem, & laudat vbique in eccleſia.*

r Qui aſtitit à dextris paup. *i. Chriſti hominis in ſe & in membris ſuis.*

s Vt ſaluam faceret à perſe. ani. meam. *Me reſuſcitando, & membra mea protegendo, & ſua gratia viuificando.*

*In pſal. 108. Deus laudẽ. vbi dr̃ in poſt. Os peccatoris, et doloſi. ſ. Iudæ.*

### ADDITIO PRIMA.

¶ Iudas proditor propriè dicitur doloſus: quia doloſè cum oſculo pacis dominum tradidit. Sacerdotes autem, qui patenter Chriſtum blaſphemabant, & in eum manus ſceleratas iniecerunt, non doloſi dicuntur propriè, ſed tranſgreſſores ſeu peccatores.

*In eo. pſal.*

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtilla: Hoc opus eorum. i. hæc pœna.*

### ADDITIO II.

¶ Secundum glo. præcedentia quę fuerunt ſingulariter dicta: applicanda ſunt ipſi Iudæ. Cum autem hic dicitur pluraliter: Hoc opus eorum qui de. mi. &c. intelligitur de Iudæis, quod videtur magis propriè dictum, licet vtrumque ſit applicabile, &c.

## GLO. ORDIN.

a *Pſalmus Dauid. Caſſ.* Pſalmus iſte ſeptimus de duabus naturis in Chriſto, plenè, & breuiter de incarnatione, & omnipotenti diuinitate Chriſti dicit: Sicut Iohannes in euangelio. In principio erat verbum, & verbum caro factum eſt. Totum hic ſummatim dicitur, quicquid in vtroq; teſtamento cõtinetur. *Caſſ.* Propheta hortatur Chriſto ſubiici. *Caſſ.* Primò, refert propheta verba patris de filio, in quibus natura diuinitatis, & humanitatis exponit. Secundò, pater indicat naturam deitatis aliquatenus, ibi: Tecum principiũ in die virtutis tuę, &c. Tertiò propheta agit de humanitate Chriſti, ibi: Iurauit Dominus Domino meo, hoc diuinitatis. Sede, & virgam virtutis tuæ emittet, hoc humanitatis.

## NIC. DE LY. PSAL. CIX.

Dixit Dominus. *Hic incipit ſecunda pars principalis in executione huius libri: ſicut dictum fuit à principio, in qua agitur de ſacerdotio Chriſti: tamen iſta diuiſio non eſt præciſa: quia cum hoc tractantur multa alia, ſed eſt per reductionem ad iſtud, quod in hoc pſalmo tangitur. Cui præmittitur talis titulus in Hebræo: Pſalmus Dauid, ſed præponitur litera ל lamed ad deſignandum, ꝙ Dauid eſt datiui caſus, & ſic apparet autor huius pſal. quia appropriatur ipſi Dauid, ſicut autori. De materia verò huius pſal. dicunt aliqui Hebræi, ꝙ eſt gratiarum actio pro victoria diuinitus conceſſa* *Gen. 14. a*

Abrahæ

a Pſal. Dauid CIX.

¶Remig. Id eſt effectu, vel generatione, vel æternaliter diſpoſuit. ¶Pater.

b DIXIT Dominus a

## GLO. ORD. PSAL. CIX.

b Dixit Dominus. *Caſſ.* More noſtro, vt homo inſtruatur. Dominus Domino. Perſonas diſcerne, & vnam naturam, & potentiam accipe.

a *Sede*

## MORALITER.

a *Dixit Dominus.* Sicut oſtendi multipliciter in expoſitione literali, pſal. iſte loquitur de regno Chriſti, & eius ſacerdotio. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet martyre, qui Rex eſt, & ſacerdos in cœlo. Apoc. Facit nos regnum, & ſacerdotes &c. vt dicatur in perſona alicuius ſibi deuoti. *Dixit Dominus.* Deus. *Apoc. 1. a*

a *Domino*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Sede. Caſſiod.* Poſt laborem quieſce, & conregna, ſecundum quod homo.

Vbi ſupra. b *A dextris meis.* In potioribus meis bonis. Et occultus, donec regnes manifeſtus. Et hoc eſt, donec ponam, inimicos

Vbi ſupra. tuos &c. *Aug.* Sede, non ſolùm in alto, vt excelſis domineris, ſed etiam in occulto, vt latens, & occultus credatis: quia non eſt merces fidei, niſi lateat, quod credimus. Subſtrati autem, qui hic inferius ſperant, & credunt, quod non vident. Hęc eſt iuſtitia fidei, de qua Dominus in euan

Iohan. 16. b gelio: Cùm venerit paracletus, arguet mundum de peccato, quòd non credit, & de iuſtitia, quia ad patrē vado, & iam non videbitis me. i. hæc erit iuſtitia veſtra, vt credatis in eum, quem

Heb. 10. g non videbitis. Tunc enim iuſtus fide viuit, ſi non videt, quod credit.

c *Scabellum pedum tuorum.* A ſimilitudine, vbi & plena notatur ſubiectio, per pedes ſtabilitas ęterna. Hoc quotidie in conuerſis.

d *virgam virtutis tuæ.* Incipit autem ex Sion, id eſt ex Iudæis regnum Chriſti. Vnde ſubdit: Virgam virtutis &c. *Hieron.*

Exp. pſ. 109. tomo 7. *Alcuin.* Virgam virtutis &c. Hanc laudem propheta canit Chriſto, Chriſto ad ipſum in ſua pſona loquēs, & ordinē incipiēdi regni oſtendens, a Iudæis ad gentes, & ſic vſque ad finem pſalmi decurrit. *Caſſ.* Virtutis: & addit, tuę: qa hæc poteſtas propriè eſt Chriſti ex deitate. Sequit̄: dominare, vel dominaberis, vel dominabitur. Q. Emitte virgam, & ſic emiſſa virga dominabitur ipſe pater. Vel, Tu Chriſte dominare, vel dominaberis. Virga eſt ſceptrum regiæ poteſtatis, qua ſuſtentantur boni, frangunt̄ mali: emiſſa virga dn̄aberis conuerſis, non vindicabis quaſi ingratos vindictæ deſtructione percellat, ſed ait: dominaberis, vt fideles educet beneficiis, & correctione.

e *Ex Sion.* Non de illo regno Chriſti loquitur propheta, quo Chriſtus ſemper regnat cum patre: ſed de illo diſpenſatorio, & temporali, quo nos carne ſua mediatrice vocauit in ęternitatem, & in nobis regnat: cuius tamen non erit finis. Incipit autem a Ieruſalem. Vnde ipſe Dominus ait: Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiā, & remiſſionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus à Ieroſolyma.

a ¶ Filio. b ¶ Etiam ſecundum quod homo. c ¶ Quaſi ęqualis.

Domino meo: ſede à dextris meis.

a ¶ Pro ęterno. ¶ Caſſ. Hoc quotidie, et paulatim peragitur in conuerſis. b ¶ Nolentes vel volentes. c ¶ Subiectos per fidem tuæ diuinitati. Subiectos ex voluntate vel neceſſitate.

Donec ponam inimicos tuos, ſca-

a ¶ Quod ita fiet. ¶ Regnum potentię incipit à Ieruſalē: & ſic dominabitur in medio inimicorum tuorum.

bellum pedum tuorum. Virgam

a ¶ Quia propriè ex diuinitate eſt hæc poteſtas Chriſti. b ¶ Vnde: De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.

virtutis tuæ emittet Dn̄s ex Sion:

a Tecum

## NIC. DE LYRA.

Gen. 14. a ¶ Abrahæ de quatuor Regibus, vt habetur plenius in Gen. & ſic exponunt quod dicitur in principio: Dixit Dominus Domino meo. vt ſint verba Eliezer ſerui Abrahæ dicentis: Dixit Dominus. i. Deus, qui eſt Dominus omnium. Domino meo. ſ. Abrahæ. Sede à dextris meis. i. ſis ſecurus de protectione mea in bello contra Amraphel, & alios qui erant cum eo. Donec ponam inimicos tuos. i. reges prædictos, qui dicuntur inimici Abrahæ, eò quòd captiuauerant Lot nepotem ſuum. Scabellum pedū tuorum, habendo de eis plenam victoriam, & ſic conuenienter applicant literam ad ſuum propoſitum, prout poſſunt. Alij verò Hebræi dicunt, quòd eſt gratiarum actio ipſius Dauid, de hoc quòd Dominus eum aſſecurauerit in perſecutione Saulis, quòd non traderetur in manibus eius, & ſic cùm dicitur: Dixit Dominus &c. verbum eſt ipſius Dauid dicentis pro gratiarū actione: Dixit Dominus. i. Deus dixit mihi. Domino meo. i. pro meo Domino Saule me perſequente. Sede à dextris meis. i. ſis ſecurus de protectione mea, quia nō traderis in manibus eius. Donec ponam inimicos tuos, i. omnes illos, qui nituntur te impedire à regni conſecutione. Scabellum pedum tuorum. i. totaliter tibi ſubiectos, quod fuit impletum, vt patet in

2. Reg. per totum. 1. Paralip. per totum. 2. Reg. & 1. Paralip. & ſic conſequenter nituntur applicare literam ad iſtud propoſitum. Iſtas duas expoſitiones non intendo proſequi: tum ad prolixitatem vitandam: tum quia continent falſitatem, & à litera diſſonātiam, quod patet de prima expoſitione, ſecundum illud quod in principio dicitur: Dixit Dominus Domino meo &c. eſt verbum Eliezer, & per conſequens alia quæ ſequuntur. Ad quod videtur ſequi, quòd ſit autor pſalmi, cui repugnat pſalmi titulus, vt dictū eſt. Item ſecunda expoſitio, quæ dicit: Dixit Dominus Domino meo. i. pro meo Domino Saule videtur extorta manifeſtè. Item illud quod dicitur infra: Tu es ſacerdos in ęternum, &c. non poteſt conuenire ipſi Dauid, nec etiam Abrahæ: quia non fuerunt ſacerdotes, vt patet de Dauid manifeſtè. ſimiliter

Gene. 14. d de Abraham, quia dedit decimas Melchiſedech ſacerdoti. Præterea dato quòd fuiſſent ſacerdotes, illud ſacerdotium non fuit ęternum, & ideo hæc litera dicitur de illo ſolo, cuius ſacerdotium eſt ęternum. ſ. Chriſto, ſe-

Heb. 7. d cundum quod diffuſè tractat Apoſtolus ad Hebr. dicens: Ieſus autem, eò quòd maneat in ęternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Et ideo pſalmus iſte ad literam loquitur de Chriſto. Item hoc patet per dictum Sal-

Matth. 22. d uatoris, vbi dicitur: Congregatis autem Phariſæis interrogauit eos Ieſus, dicens: Quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo: ſede à dextris meis, &c. & ſubditur: Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpondere verbum: quia Phariſæi diuinitatem Chriſti ignorabant, per quam Chriſtus eſt Dominus ipſius Dauid, & filius eius

Rom. 1. a ſecundum carnem. Apoſt. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. ex verbis autem prædictis duo apparent manifeſtè. ſ. quòd Dauid fuit autor huius pſalmi. & quòd iſte loquitur de Chriſto. Hoc etiam

Heb. 1. a apparet per dictum Apoſtoli, vbi per literam huius pſalmi probat Chriſtum maiorem angelis, dicens: Ad quem autem angelorum dixit aliquando: Sede a dextris meis, quoadu ſque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, q. d. nulli, ideo ſubditur: Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi? Probatio autem non fit niſi ex ſenſu litera-

Aug. contra Vinc. Donat. li, ſecundum quod dicit Aug. contra Vincentium Donatiſtam. Ex quo patet ſecundum ſententiam Apoſtoli, quòd hic pſal. loquitur ad literam de Chriſto. Item hoc poteſt declarari per dicta doctorum Hebręorum antiquorum. Primò, per Ionathan filius Oziel, qui tantæ autoritatis fuit, & eſt apud Hebræos, quòd nullus fuit auſus contradicere ſibi in tranſlatione ſua Chaldaica: vbi nos habemus: Dixit Dominus Domino meo &c. tranſtulit ſic: Dixit Dominus verbo ſuo: ſede &c. Abraham autem non poteſt dici Dei verbum, nec Dauid, ſed tantùm Dei filius Ieſus Chriſtus,

Iohan. 1. a ſecundum quod dicitur in Iohan. In principio erat verbum, &c. Hoc

Pſalm. 17. d etiam patet per quādam glo. Hebraicam, quę eſt Ra. Ioden ſuper illud pſ. Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me. Glo. in futurum Deus ſanctus, & benedictus conuertere faciet Regem Meſſiam ad dexteram ſuam, ſicut ſcriptum eſt in pſal. Dixit Dominus Domino meo, &c. Et idem dicit Rabi Moy. Hadarſan ſuper illud in Gene. Apparuit autem illi Dominus ad ilicem Mambre, &c. Patet igitur ex dictis Chriſti, & Apoſtoli Pauli, & doctorum antiquorum apud Hebræos, & adhuc apparebit proſequendo hunc pſalmum, quòd pſalmus iſte intelligendus eſt de Chriſto. His præmiſſis pſalmus iſte in duas partes diuiditur. Quia primò deſcribitur Chriſti conditio. ſecundò agitur de eius ſacerdotio, ibi: Iurauit Dominus. Conditio autem ipſius Chriſti eſt, quòd eſt Deus & homò in vna perſona, ita quòd ſecundum naturam humanam eſt minor patre, ſecundum diuinam ęqualis ei. Primò ergo oſtenditur iſta minoritas, & ſecundò ęqualitas, ibi: Tecum principium. Minoritas autem fuit oſtenſa per hoc, quòd Chriſtus in natura humana fuit exaltatus à Deo patre in ſua benedicta aſcenſione. Nullus enim exaltatur niſi à maiore ſe. Et hoc eſt quod dicit Dauid loquens de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ: Dixit Dominus. id eſt Deus pater.

a Domino meo. *Ipſi Chriſto, quem Dauid vocat Dominum ſuum ratione deitatis.*

b Sede à dextris meis. *Quod impletum fuit in ſua aſcenſione, ſecundum quod dicitur in Mar. Et Dominus quidem Ieſus, poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cœlum, & ſedet à dextris Dei.*

c Donec ponam inimicos tuos. *Id eſt Iudæos, qui perſecuti fuerunt Chriſtum ad mortem.*

d Scabellum pedum tuorum. *i. ſubiectos tibi. Quod videmus impletum, quia illi qui de Iudæis crediderunt, ſunt Chriſto ſubiecti per fidem. Ille verò, qui increduli remanſerunt, ſunt membris Chriſti ſubiecti, quia in terris principum Chriſtianorum manent ſicut ſerui, & abiecti. Inter Saracenos autem habitare non permittuntur, vt à fide dignis audiui. Ad Aſcenſionem verò Chriſti ſecuta eſt miſſio ſpirituſſancti in ſigno viſibili, propter quod dicitur in Iohan. Nondum erat ſpiritus datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. Iſta verò miſſio fuit facta in monte Sion, vt dicit Hierony. in epiſtola ad Paulinum, de omnibus ſacræ ſcripturæ libris: & Apoſtoli, alijq́; diſcipuli ſpirituſancto confirmati, de Sion exiuerunt ad prædicandum per orbem gloriam Chriſti, ſecundum quod dixerat eis Saluator: Accipietis virtutem ſuperuenientis ſpirituſſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ. Et hoc eſt quod prædixit hic Dauid dirigens ſermonem ad Chriſtum.*

e Virgam virtutis tuæ. *i. poteſtatem docendi in omnibus linguis, & faciendi miracula ad confirmationem doctrinæ.*

f Emittet Dominus. *i. Deus pater, qui cum filio miſit ſpiritumſanctum conferentem poteſtatem iſtam Apoſtolis.*

g Ex Sion. *Quia ſpirituſſanctus ex Sion, vel in Sion Apoſtolis fuit miſſus, vt prædictum eſt. Ex Sion miſſi ſunt Apoſtoli ad prædicandū, non ſolum à filio, ſed etiam à patre. Et quia per doctrinam & miracula apoſtolorum illi qui per orbem propter idola Chriſtum perſequebantur, conuerſi ſunt ad fidem, & ſubiecti ipſi Chriſto, ideo ſubditur:*

¶ a Dominare

## MORALITER.

a *Domino meo.* Tali ſancto quem dominum & patronum elegi.

b *Sede à dextris meis.* Cum angelis beatis.

c *Donec ponam inimicos tuos &c.* Tortores enim martyrum poſuit Deus in inferno ſub pedibus eorum.

e *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion.* Poteſtatem enim gloriæ martyrum declarauit Deus per miracula cælitus facta, ex quibus honorantur in terra. ideo ſubditur:

a *Dominare*



a *Tecum principium. Caſſiod.* Secundò indicat pater naturam diuinitatis aliquatenus pro noſtra capacitate, quaſi: Ego dominus emittam virgam virtutis tuæ, quia tecū eſt mihi principium, ne dicam, tibi mecum: ne alicui poſterior me videaris, ego, & tu ſumus vnum principium omnium: quod hic non videtur, ſed in die. i. ęternitate, vbi virtus diuina conſpicitur, non ab aliis, ſed à ſanctis: quando in reſurrectione erunt ſplendidi, vt angeli Dei. *Aug.* Iam dominatur, iam virtus, ſed in die ſpecialis virtutis, cùm olim viſus in forma ſerui, videbitur à mundis cordibus in forma Dei, à quo viſu tolletur impius ī die virtutis. ſ. quando ſancti erunt in ſplendore fulgentes, ſicut ſol in regno patris. Tunc cum eo erit principium, & modò eſt principium. ſ. pater cum filio principium eſt. Sed tunc videbitur quomodo principium cum eo, quia tunc ſimiles ei videbunt eum, ſicut eſt. Viderat Philippus ſecundum formam ſerui, & obiurgatus, eò quòd in filio non agnoſceret patrem, quem quærebat videre, dicens: Domine oſtende nobis patrem, & ſufficit, &c. Audit: Qui me videt, non formam ſerui, ſed qualem me abſcondi timentibus, & qualem me videndum præficio ſperantibus, videt & patrem: hoc modo credendum, vt tunc videatur. Vnde: Non credis quia ego in patre, & pater in me eſt? quaſi: Quod nondum videre potes crede, vt videre merearis filium cum patre, & in patre qualiter pater cum eo principium. Hoc tunc, ſed nunc.

b *Ex vtero.* i. ex ſecreta, & occulta ſubſtantia mea. Genui te ante luciferum. i. ante tempora. Lucifer eminens pars pro ſyderibus, per quæ tempora, quia in ſignis, & temporibus poſita ſunt. Vel Dauid dicit cum Maria: De me, ex vtero. ſ. virginis ante luciferum genui te: noctu ſcilicet, ad hoc natus de ea, vt eſſet ſacerdos in ęternum qui ſe offerat. vnde ſequitur: Iurauit &c. *Caſſ.* Vel, Tecum principiū. Hoc pater, quaſi, hoc tibi tribuo plus quàm alij, quia filius per naturam. *Aug.* Vel ex perſona prophetæ poteſt accipi loquentis ad filium. Tecum. quaſi dicat: Dominus emittet virgam virtutis. Et ipſe eſt principium tecum, id eſt coæternus tibi, non tantū ſecundum quod tu es homo, ſed in die virtutis. i. in claritate deitatis. Virtutis dico tuæ, quaſi, & conſubſtantialis eſt tibi. Et eſt etiam principium in ſplendoribus ſanctorum, id eſt cum ſpirituſancto, qui ſanctus ſplendificat.

c *Iurauit Dominus &c. Caſſiod.* Tertiò agit propheta de humanitate Chriſti. Ecce verbum caro factum eſt. Notandum: ſupra verba prophetæ agentis de humanitate Chriſti fuerunt. Virgam virtutis tuæ, vſque ad, Tecum principium. Ibi verò Deus pater, ſiue propheta loquitur ſecundum diuerſas lectiones, agens de Chriſti deitate. Hic item propheta loquitur vſque ad finem pſalmi, agens de Chriſti humanitate, quaſi diceret: Dominus dixit: Sede à dextris &c. Dedit etiam ſacerdotium ęternum. Iurauit, firmiter promiſit, tibi ſecundum quod homo. Non pœnitebit. Pro more noſtro, de Deo hoc dicitur, quia non aliter euenit, quàm ſperabatur. Et quia omnia inde gauiſa. Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum ordinem Melchiſedech, quia panem, & vinum in corpus, & ſanguinem ſuum conſecrauit, cuius ſimilitudinem præmiſit Melchiſedech. Hinc conſtat tranſire victimas ſecundum ordinem Aaron.

d *Non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in ęternum. Aug.* In Deum nulla cadit pœnitentia. Scit enim quid agat, nec mutat conſilium: ſed verbo pœnitentiæ mutatio rerum aliter, quàm ſperabat, euenientium ſignificatur. Quomodo enim cum aliquid pœnitet te feciſſe doles factum, quod feciſti.

a ¶ In præcordiis, vel in eccleſia inter malos conſtituta. b ¶ Quorumlibet

† dominare in medio inimicorum tuorum † Tecum princi-

¶ Coęternus. ¶ Et nobis

a ¶ In claritate deitatis. b ¶ Conſubſtantialis. c ¶ Et cum ſancto ſpiritu qui ſanctos ſplēdificat.

piū in die virtutis tuæ in ſplen-

a ¶ Et ego b ¶ Ante omnem creaturam.

doribus ſanctorū: ex vtero an-

a ¶ Præ omnibus ſtellis. Lucifer qui nunciat diem mundo. b ¶ Iuratio Dei eſt firmamentum promiſſionis.

te luciferum genui te. Iurauit

a Sicut de ſacerdotio Aaron, quod præter ſpem mutauit. b ¶ Non mutabit.

Dn̄s, & non pœnitebit eum:

a Reges

## NICO. DE LYRA.

¶ a Dominare. *Scilicet tu Chriſto.*

b In medio inimicorum tuorum. *Notandum verò, quòd poteſtas docendi prædicta conuenienter ſignificatur per virgam, quia doctores Hebręorum antiquitus virgam portabant in ſignum doctrinæ, & ſimiliter baculum portant paſtores eccleſię: vnde & Apoſtolis ad prędicandum miſſis dicitur, quòd non portent aliquid in via, niſi virgā tantùm. Similiter poteſtas miracula faciendi per virgam deſignatur. Vnde Moyſi miſſo à Deo in Aegyptum dicitur. Virgam quoque hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna.*

c Tecum principium. *Hic conſequenter oſtenditur ęqualitas Chriſti ad patrem, quæ conuenit ei ratione diuinę naturę, quę eſt eadem in patre, & filio, & hoc eſt, quod dicitur:* Tecum principium. *Principium dicitur hic ipſe pater, ſecundum quod dicit Iohan. In principio erat verbum, id eſt in patre filius, qui eſt cum filio inquantum eſt vnus cum eo in natura, & diſtinctus in perſona? hoc autem importat hæc dictio, tecum. ſ. vnionem diſtinctorum.*

d In die virtutis tuæ. *Hoc eſt in claritate patrię, quę eſt dies ſine nocte. Apoc. Nox enim non erit illic. In qua die videbitur apertè virtus Chriſti quantum ad deitatem, & humanitatem: quia ſancti in patria reficiuntur interius in aſpectu deitatis, & exterius in aſpectu humanitatis, vt dicit Aug. ſuper Iohan. ideo ſubditur:*

e In ſplendoribus ſanctorum. *Qui illuminati lumine gloriæ eleuantur ad dictam viſionem.*

f Ex vtero ante luciferum genui te. *Hoc dicitur in perſona patris. Nec mirum, quia modus loquendi frequenter mutatur in prophetis, & maximè in pſal. vt frequenter apparuit in prædictis. Et oſtenditur hic coęternitas filij ad patrem. Ex vtero, quia filius eſt de ſubſtantia patris.*

g Ante luciferum genui te. *Id eſt ante productionem ſtellarum, quæ nomine luciferi deſignantur, ſicut totum à nobiliori parte denominatur, & per conſequens generatio filij præcedit creationem cæli, cum quo factæ ſunt ſtellæ. Tempus autem ſequitur motum cæli, & per conſequens ante tempus eſt generatio filij, & per conſequens ęterna: quia ante tempus non eſt niſi ęternitas. Litera autem Hebraica ſic habet. Populi tui principes in die virtutis tuæ in decore ſancto de matrice auroræ tibi ros adoleſcentię tuæ. Et ſecundum iſtam literam in prima parte huius verſus non oſtenditur ęqualitas filij ad patrem, ſed magis continuatur ſententia verſus pręcedentis, in quo agitur de poteſtate docendi, & miracula faciendi Apoſtolis data, per quam facti ſunt principes ſuper omnem terram in ſpiritualibus, ſecundum quod dicitur pſal. 44. Conſtitues eos principes ſuper omnem terram, &c. & hoc eſt, quod dicitur hic: Populi tui, id eſt Apoſtoli, alijq́; diſcipuli cum eis exiſtentes in die Pentecoſtes. Principes ſupple ſunt conſtituti. quia communiter hoc verbum eſt, in omnibus ſuis modis, & temporibus ſupponitur in Hebręo. In die virtutis tuæ, i. in die pētecoſtes, qua declarata eſt virtus tua in miſſione ſpirituſſancti in ſigno viſibili, ſecundum quod dicitur in Act. Dextera igitur Dei exaltatus effudit hunc, quem vos videtis & auditis. In decore ſancto, quia gratia ſpirituſſancti ſanctificat, & decorat. De matrice aurorę &c. Hic oſtenditur, quòd ſicut Apoſtoli confirmati fuerunt virtute ſpirituſſancti, ſic eadem virtute formatum fuit corpus Chriſti de Virgine. Et*

Thren. 5. a *hæc eſt ſententia Rabi Barachiæ exponentis ſuper Gen. illud Thren. Pupilli facti ſumus abſque patre. Deus ſanctus, & benedictus ait Iſraeli: Vos dixiſtis coram me. Pupilli facti ſumus abſque patre: redemptor (quem ego ex vobis ſuſcitabo) ſine patre erit, ſicut ſcriptum eſt pſ. 109. De matrice auroræ tibi ros infantiæ tuę. Ex hoc igitur dicto patet, quòd pſalm. iſte ſecundum intellectum illius doctoris loquitur de Chriſto, qui expectabatur, vt redemptor, & quòd naſciturus erat in terris de matre ſine patre, & ſecundum hoc exponitur iſta litera: De matrice auroræ. i. de vtero virginis, quæ aurora dicitur. Quia ſicut ſol viſibilis oritur de loco aurore, ſic Chriſtus de Virgine ortus eſt, qui dicitur Sol iuſtitiæ,*

Malach. 4. a *Malach. Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. Tibi ros, id eſt corpus formatum virtute ſpirituſſancti de puriſſimo ſanguine beatæ Virginis, ſicut ros generatur virtute cœleſti in materia humoris. Adoleſcentiæ tuæ, quia Dei filius immutabilis, & ęternus in corpore aſſumpto de Virgine, factus eſt infans, & adoleſcens, & tandem vir perfectus.*

Redemptor ſine patre erit, ſed ſpirituſſancti virtus formabit, &c. Nota argumenta de Chriſti incarnatione contra Iudæos.

b Iurauit Dominus. *Hic conſequenter agitur de Chriſti ſacerdotio. Et quia ad ſacerdotium in difficilibus & dubijs pertinebat vltimum iu-*

Deute. 17. b *dicium, Deuter. Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus,*

Diuiſio *veniesq́; ad ſacerdotes Leuitici generis, &c. Ideo hic primò agitur de ſacerdotio Chriſti. ſecundò de eius iudicio finali, ibi: Iudicabit. Circa primum dicit:* Iurauit Dominus. & non pœnitebit eum. *i. firmiter ſta-*

Gen. 22. c *tuit, & abſque retractatione, Gen. Per memetipſum iuraui, dicit Dominus, &c. Sequitur: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Quod impletum eſt in ſacerdotio Chriſti de ſemine Abrahæ deſcendentis. Benedictio enim pertinet ad officium ſacerdotis.*

¶ a Tu es

## MORALITER.

a *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Martyres enim multi venerantur, vbi fuerunt martyrizati, vt beatus Dionyſius in Francia, & beatus Thomas Cantuarenſis in Anglia, & ſic de pluribus aliis.

Iohann. 8. d c *Tecum principium.* Id eſt Chriſtus, qui dixit de ſeipſo. Principium qui & loquor vobis.

d *In die virtutis tuę.* i. tuæ glorificationis cum aliis ſanctis.

f *Ex vtero ante luciferum genui te.* id eſt ex occulto prædeſtinationis meæ diſpoſui te glorificare.

h *Iurauit Dominus.* Id eſt firmiter diſpoſuit, quòd tu eſſes ſacerdos, ęternaliter offerens Deo laudes.

b *Secundum*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Reges. Aug.* Qui volunt vel volebant delere nomẽ Chriſti.
E b *Iudicabit in nationibus. Caſſ.* Quaſi Reges frãgit pro ſuperbia,
*Vbi ſupra.* populos iudicat propter cõmunia peccata, vtroſque, vt hu-
*Vbi ſupra.* milientur ad conuerſionem. Vel,
c *Conquaſſauit capita.* i. infirmos reddidit, vt non poſſent, quod volunt, vel volebant tempore occultæ iræ, quando cadentes ſuper humilem lapidem conquaſſantur, vel ad excæcationem, vel ad conuerſionem. In iudicio autem futuro manifeſtè lapis cadens ſuper eos conteret. vnde:
*Luc. 20. a* Qui offenderit ad lapidem illum, cõquaſſabitur: Super quem autem ceciderit, conteret eum. Et nunc iudicabit in gentibus vt ruinas, non erectos impleat.
d *Terra multorum. Aug.* Quæ peccatores abundanter nutrit.
e *De torrente in via bibit. Caſſ.* De tranſitoria paſſione, & turbulenta. In via, qua itur ad aliam manſionem.
*Philipp. 2. b* f *Exaltabit caput.* Vnde: Propter hoc exaltauit illum, & dedit Deus illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Ieſus Chriſtus eſt in gloria Dei patris.

a ¶Quid iurauit?
tu es ſacerdos in æternum † ſecun- a b
a ¶Hic fit conuerſio ad patrem: Et ô Domine qui hoc iuraſti: iſte ſacerdos qui eſt Dominus eus à dextris tuis, cui dixiſti: Sede à dextris.
dum ordinem Melchiſedech. Dominus à dextris tuis, confregit in c
a ¶Id eſt in gentibus.
a b die iræ ſuæ reges. Iudicabit in na- d
a ¶Humiles non erectos, cadentes ſcilicet ab altitudine, quæ contra Chriſtum ſe erexerunt. b ¶Hic de ſuperbis humile facit.
c tionibus, implebit † ruinas: conquaſ e f
a ¶Vi a iſta.
d e ſabit capita in terra † multorum. De g h
a ¶Vnde hoc ei. ¶Aug. De fluxu mortalitatis noſtræ bibit naſcendo moriendo. b ¶Quam vt gigas cucurrit. c ¶Prophetia. ¶Aug. Quia humiliatus eſt, & factus obediens vſque ad mortem.
f torrente in via † bibit, propterea ex- i
altabit caput.

† bibet

cipes Iudæorum regentes populum, ſicut dictum fuit diffuſius pſalm. 2. exponendo illud: *Aſtiterunt Reges terræ, &c. Et iſti fuerunt confracti in die iræ Dei. i. vindictæ ipſius, quia Pilatus, & Herodes fuerunt relegati in exilium per Imperatorem Romanum, & principes Iudæorum per Romanos exterminati.* G
d Iudicabit. *Hic conſequenter agitur de iudicio finali, quod fiet per Chriſtum autoritatiuè ex deitate, executiuè in humanitate, quia in forma humana in iudicio apparebit, & hoc eſt, quod dicitur:* Iudicabit in nationib. *Quia illud iudicium erit generale.*
e Imple. rui. *In Heb. hr: Funera, quia corpora defunctorum, quæ per mortem ruerunt à vita præſenti, reſuſcitabuntur diuina virtute, & ſic replebuntur animabus ea viuificantibus, vt ſic iuſti ſint beati in anima, & corpore, & impij dãnati in vtroq;. ideo ſubdit.*
f Conquaſſabit capita. *Id eſt grauiter damnabit tyrannos huius mundi, qui fuerunt ſuper alios principes, & capitanei.*
g In terra multorum. *Quia in multis terris magis viget, & viguit tyrannis, quàm regnum. Conſequenter oſtenditur, vnde poteſtas iudicandi meritoriè conceſſa eſt Chriſto homini, cùm dicitur:*
h De torrente in via bibit. *De fluxu, ſeu impetu tribulationis bibit in via vitæ præſentis, & maximè in ſua paſſione. Propter quod dixit Iacobo & Iohãni. Poteſtis bibere calicem, quẽ ego bibiturus ſum? Quod autem per torrentem intelligatur impetus tribulationis, patet in Eſa. Spiritus eius velut torrens inundans vſque ad medium colli, ad perdendas gentes, in nihilum.*
i Propterea exaltauit caput. *Poteſtatiuè iudicando, & omnibus dominando, ſecundum quod dicitur ad Philipp. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Tu es ſacerdos in æternum. *Quod intelligitur de ſacerdotio Chriſti, vt ſuprà declaratum eſt. Et idem dicit Rabi Moyſes Hadarſan ſuper illud Geneſ. At verò Melchiſedech Rex Salem, hoc eſt acſi dixerit*
*Geneſ. 14. d*
*ſcriptura pſal. 109. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, iuſtus, & ſaluator, vt dicit Zacha. Iubila filia Ieruſalem: Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & Saluator. Ex hoc dicto habetur, quòd Melchiſedech, qui interpretatur Rex iuſtitiæ, fuit figura Chriſti, & quòd hæc ſcriptura huius pſal. cix. intelligenda eſt de Chriſto.*
*Zachar. 9. c*
b Secundum ordinem Melchiſedech. *Quia ſicut Melchiſedech obtulit panem, & vinum in ſacrificium, ſic Chriſtus in ſacrificium Euchariſtiæ conſecrat corpus ſuum & ſanguinem, quia in hoc ſacrificio ipſe eſt ſacerdos, & hoſtia.*
*Geneſ. 14. d*
F c Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges. *Iſti ſunt qui aduerſus Chriſtum ſurrexerunt. ſ. Herodes, & Pontius Pilatus, & principes*

## MORALITER.

✱ b *Secundum ordinem Melchiſedech.* i. Chriſti, qui eſt Rex iuſtitiæ.
c *Dominus à dex. tuis confr.* ſ. tyrannos martyres perſequentes.
d *Iudicabit in nationibus.* In iudicio finali.
e *Impleuit rui.* angelorum electos aſſumendo ad ordines eorum.
f *Conquaſſabit capita in terra multorum.* ſ. tyrannos, qui in terra fuerunt capitanei malorum.
h *De torrente in via bibit.* ſ. iſte martyr in ſua paſſione.
i *Propterea exaltauit caput.* Id eſt exaltabit in ſua glorificatione. Frequenter enim in ſacra ſcriptura ponitur præteritum pro futuro, & etiam econuerſo. H

## GLO. ORDIN.

a *Alleluia. Caſſiod.* Primus pſalmus per omnes literas alphabeti, qui indicat perfectos laudatores in eccleſia, ſicut qui non per omnes, minus perfectos. Vel, vt Hilarius ait, huiuſmodi pſalmi incipientibus quaſi elementa dantur, vnde monemur, vt ad eruditionem feſtinemus. *Caſſ.* Populus Dei ab omni malo liberatus laudat, & ad laudem Dei inuitat pro operibus ſuis. Nomen autem angelicæ laudis alleluia, etſi omnibus pſalmis congruat, ibi tamẽ præcipuè ponitur, vbi magna exultatione gaudetur, quæ laus figuram habet futuræ. *Caſſiod.* Populus fidelis primò ſe dicit confiteri in cõgregatione iuſtorum, vbi æterna laus. Secundò fideles ſpirituali munere ſatiatos promittẽtes aduentum Chriſti, ibi: Memoriam fecit. Tertiò eoſdem redemptos aſſerit, & nouum teſtamentum manſurum, ibi: Redemptionem.
*Super pſal. 110.*

a Alleluia CX.
a ¶Laudando. b ¶Quia à te ab omni malo liberatus.
b Confitebor tibi † Do- a
a ¶Non labiis prope, corde longe, vt de quibus dicitur: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe &c. b ¶Hoc dicit fidelis populus in ſpe quaſi iam ſit in angelorum ſocietate.
c mine in toto corde meo, in conſi- b c
a ¶Qui ſedebũt ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. i. inter quos iã nullus iniquus, ſed modo inter malos gemit eccleſia, qui quãdo iuſti congregabuntur, excludentur: hæc ſunt magna opera Do. exq. in omn. vel, per quas nullum confitentẽ deſerit miſericordia, nullius iniquitas ſit impunita, quãdo flagellat etiam filium quem recipit.
c lio iuſtorum, & congregatione.
¶Ideo confitebor.
d e Magna opera Domini, exquiſita d e

## GLO. ORD. PSAL. CX.

b *Onfitebor tibi Domine. Aug.* Non eſt hic confeſſio peccatorũ, ſed laudis. Illa luget, hæc gaudet. Illa vulnus medico oſtendit, hæc de ſanitate gratias agit.
*Enarr. pſal. 110. tom. 8.*
c *In conſilio iuſtorum. Aug.* Non temerè, ſed ex ratione. ſ. pro æternis, ſicut omnes iuſti. *Caſſ. In conſilio iuſtorum.* Hic nunquam inter omnes iuſtos, vbi ſunt miſti mali: ſed iam videtur in futura ſocietate pſallere ſpe rapti ad ſuperna. In cõſilio, quod eſt, quando cum Domino iudicant. In congregatione, quando de toto mundo collecti.
d *Magna opera Domini.* Hæc eſt materia, & cauſa cõfeſſionis. Magna ſunt opera Domini, quòd de impio facit pium.
e *Exquiſita.* Cui nihil ſimile, dum ſinit diabolum ſæuire in bonum

## NIC. DE LY. PSAL. CX.

Onfitebor tibi Domine. *In præcedenti pſal. actum eſt de ſacerdotio Chriſti, & eius ſacrificio, quod eſt euchariſtia, in iſto agitur de Euchariſtiæ efficacia, quia ſicut baptiſmus eſt quædã ſpiritualis regeneratio, ſic Euchariſtia eſt regeneratorum ſpiritualis nutritio, tamen cum hoc agitur hic de quibuſdã alijs operibus diuinis, ex quibus omnibus eſt laudandus, & ideo huic pſalmo præmittitur pro titulo Alleluia: quod ſignificat laudate Deum, & hic eſt duplex dictio, ſicut dictum fuit ſupra pſal. 104. Diuiditur autem pſalmus iſte in duas partes: quia primò Pſalmiſta Deum ſe laudare promittit. Secundò ad hoc rationes adducit, ibi: Magna opera Domini. Circa primum dicit:*
a Confitebor tibi Do. *Confeſſione laudis.*
b In toto corde meo. *Intellectu. ſ. & affectu, & ideo non ſolum labijs, ſicut illi de quibus dixit Dominus: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.*
c In conſilio iu. & congregatio. *& non in conuenticulis infidelium, & hæreticorum.*
d Magna opera Domini. *Hic ad propoſitũ magnas rationes adducit: Et primò ex diuinis operibus generaliter. Secũdò ex beneficio Euchariſtiæ ſpecialiter, ibi: Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dñs, &c. Circa primũ dicit:* Magna opera Domini. *Quod patet in rerum productione, & earũ gubernatione.* Exqui. in omnes voluntates eius. *quia ſi*
¶ aliquis

## MORALITER.

✱ a *Confitebor tibi Domine.* In hoc pſalmo ad Dei laudem inducimur ex operibus eius mirabilibus, cùm dicitur: *Confitebor tibi Domine in toto corde meo,* & nõ ſolùm ore ſicut faciunt hypocritæ, Eſa. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.
c *In conſilio iuſtorum.* Non in conuenticulis hæreticorum.
d *Magna opera Domini.* Quia non poſſunt ad plenum inueſtigari niſi ab ipſo, ideo ſubditur:
e *Exquiſita, &c.*

✱ a *Confeſſio*



bonum ſuorum. Et ne putes pro parte laudari, addit: In om
E nes voluntates eius, quia omnia eximiè facit. Quæ ſint opera ſubdit: Confeſſio. vel, vt Hier. ait: Gloria & decor. quia laudabilia ſunt & decora quæ facit. Iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi, dum his dixerit: Ite maledicti in ignem æternũ. illis: Venite bene. pa. Magna opera. Quid magnificentius quàm iuſtificare impium? Sed ne putes, quòd opus hominis præueniat hanc magnificẽtiam Dei cõfitendo peccata, quia & confeſſio. i. delicti improbatio, quæ nõdum quidem eſt opus iuſtitiæ eſt opus eius. quid ergo? iniquus eſt Deus cuius vult miſerando, quem vult indurando. Non: Iuſtitia enim eius manet in ſeculum ſeculi.
a *In omnes vo. Aug.* Nihil ſuperat voluntatem Dei, qui etſi vult non pecces, non tamen prohibet. Si vult parcere pœnitenti, vult & impœnitẽtem punire: ita de homine ſemper Deus implet ſuam voluntatem, quia nihil facit homo, de quo non operetur Deus quod vult.
b *Confeſſio & mag. opus eius. Caſs.* Quaſi confitebor, quia magna ſunt opera domini. Quælibet etiam opera ſunt magna, ſi in eis videatur intentio & voluntas, quæ eſt confeſſio peccatorum, & magnificentia bonorũ operum: & iuſtitia. i. merces, quã iuſtè dat.
c *Memor. fecit. Caſs.* Secundò dicit fideles copioſo munere ſatiatos promittens aduentum domini vt hæreditas auidè quæratur. *Aug.* Memoriam fecit mirabilium ſuorum. Hunc humilians & hunc exaltans. Sciendum, cũ quotidie ſint opera eius mira: reſeruat tamen opportunè inuſitata, quæ meminerit hominis infirmitas, ſed quid proſunt miracula, niſi vt Deus timeatur? Quid timor niſi, vt miſericors eſcã det timentibus?
F Eſca eſt panis qui de cælo deſcendit, quem nullus meruit, ſed miſericordia dedit. Quòd ſi huic vitæ tantum dedit, vt peccator iuſtificandus, verbum carnem factum acciperet, quid in futura glorificatus accipiet.
d *Eſcam dedit. Caſs.* Facit confeſſionem & magnificentiam, quia dedit eſcam. i. bonam voluntatem per ſpiritum ſanctũ, vel aduentu Chriſti timentes paſcit, in quo remiſſio eſt & ſalus. Eſcam. *Caſs.* Timentibus dedit, non carnalem, quæ & malis, ſed corpus & ſanguinem. ſ. Et vt de aduentu eius acciperes, ſubdit: Memor erit. ſicut promiſſum eſt in veteri, implet

a b † in omnes voluntates eius. † Con- a
a ¶Exponit opera. ¶Præconialis. b ¶Delicti improbatio. b ¶Quia vbi abundauit peccatum, ſuper abundauit & gratia.
feſſio & magnificentia opus eius:
a ¶Incommutabilis.
& iuſtitia eius manet in ſeculum ſe b
a ¶Re completa memoriam dedit ſignificantium, quæ erant in veteri lege, ita dedit eſcam, vel plura noua contra ordines rerum fecit, per quæ eum omnia regere patuit.
c culi. Memoriam fecit mirabili- c
a ¶Natura. b ¶Exhibitione, quando venit.
um ſuorum miſericors & miſera-
a ¶Non corporalem ſed ſpiritualem, id eſt corpus & ſanguinem ſuum. ¶Chriſtum formam iuſtitiæ.
d tor dominus: eſcam dedit timenti- d
a ¶Et per eos, vel propter eos timentes. b ¶Quia poſt illud teſtamentum non ſequetur aliud. c ¶In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.
e bus ſe. Memor erit in ſeculum te- e
a ¶Ita memor erit. ¶Completionem. b ¶Figurarum ſignificantium.
f ſtamẽti ſui: virtutem operum ſuo- f
a ¶Iudaico, vt Apoſtolis fecit. ¶Ad hoc.
g h rum annuntiabit populo ſuo. Vt g h
a ¶Apoſtolis. b ¶Eccleſiam de omnibus gentibus Abrahæ promiſſam. ¶Gentes colendas. c ¶His dabit hæreditatem tamen.
det illis hæreditatẽ gentium, opera i

† Gloria

plet. In ſeculum. i. in æternum: quia verba teſtamenti ſolida veritate cuſtodit, vt omnia impleantur. G
e *Memor erit in ſe. te. Aug.* Nec totũ dedit, qui pignus dedit. Et non contriſtentur ſancti qui audiunt: Facilius eſt camelũ intrare per foramen acus, quã diuitem in regnum cælorum. *Matt. 19. c*
Quia virtutem operũ ſuorũ annuntiabit populo ſuo. Quæ n. hominibus difficilia, Deo ſunt facilia, vt diuites faciat intrare in regnum cælorũ. Vt det illis hæreditatem gentium. Itum eſt. n. ad gentes. multi. n. ſunt vocati, occupata eſt hæreditas gentiũ & cameli ſe humiliantes per foramen acus, id eſt per compungẽtes paſſionis anguſtias intrant.
f *Virtutem operum. Caſs.* Virtus operũ eſt quod cæci vident, &c. quæ fecit nota Chriſtiano populo. Vt det illis hæreditatem. hæc ſunt intentio miraculorum, vt crederent.
g *Vt det illis hæ. gen. Caſ.* Quaſi licet illis det hæreditatem: tñ multa patiẽtur.
h *Opera ma. e. Caſs.* i. virtutis. Veritas, dum conuerſis promiſſa reſtituit: Iudicium, quod impijs minatur. *Aug.* Veritas, quã ſancti martyres tenent, pro qua & iudicãtur hic. Et iudiciũ, quo in futuro iudicabũt eos à quibus hic iudicantur. *Aug.* Opera manuum eius veritas & iudiciũ. Teneãt veritas ab his qui iudicãtur, quo iudicent iudicãtes ſe, & in Angelos contra quos luctãtur, nihil ſeparet a Chriſto, quia fidelia oĩa mandata. Nõ fallit, exhibet, quod promiſit: Non tamẽ hic ſperãdũ eſt vt hic habeat. Sed cõfirmata in ſeculũ ſeculi, facta in veritate & iuſtitia: quia hoc verũ & iuſtũ, vt hic laboretur quod mandat, ibi requieſcat quod promittit. quia. Redẽptionem miſit populo ſuo, à captiuitate huius ſeculi, vt in cælo ſit requies. Dedit quidẽ Iudæis terrã promiſſionis. Sed hoc vetus teſtũ eſt ad veterem hominẽ pertinens, ſed nouum mandauit in æternum, vbi nil carnale ſperetur. Cuius hæres ſi quis eſſe volueris, nolo te fallas, nõ tale aliquid adipiſci mediteris, quale ſolet hic oculus auaritiæ cõcupiſcere, ſed quale oculus hominis nõ vidit. Sed primò pœnas fuge antequã deſideres promittentẽ Deum, caue minantem, quia ſanctum, & terribile nomen eius. Pro oĩbus autem huius ſeculi delicijs deliciarum matrem deſidera ſapientiam. Sed initiũ eius timor dñi: illa delectabit, ſed prius donãda ſunt tibi debita quã præmia poſtulanda. Nec extollaris, quia timor qui intellectus eſt, initium H

## NIC. DE LYRA.

¶ *aliquis quærat rationem, operum Dei inueniet, quòd omnia dependẽt ex eius mera voluntate & gratia: propter quod ex ſuis operibus eſt magis laudandus. propter quod ſubditur:*
a Confeſſio & magnifi. opus eius. *Quando enim aliqua proprietas alicui conuenit excellenter, non ſolùm dicitur talis in concreto, ſed etiam in abſtracto: ſicut ille cui largitas conuenit per excellentiam, non ſolùm dicitur largus, ſed etiam ipſa largitas: Deus autem ex ſuis operibus eſt excellenter laudandus, vt dictum eſt, ideo conuenienter dicitur hic: Confeſſio & magnificentia opus eius. id eſt opus Dei eſt confeſſio laudis, ſiue laus ipſa & magnificentia.*
b Et iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. *Iuſtum enim eſt quòd eius voluntas ſemper impleatur.*
c Memoriam fecit mirabilium ſuorum &c. *Hic ponitur ratio diuinæ laudis ex beneficio euchariſtiæ ſpecialiter. Et primò ponitur huius ſacramenti conditio. ſecundò eius inſtitutio, ibi: Redemptionem miſit populo. Prima in duas, quia primò ponitur eius conditio reſpectu præſentis vitæ, ſecundò reſpectu futuræ, ibi: Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui. Conditio autem euchariſtiæ reſpectu vitæ præſentis eſt nutritio ſpiritualis, quæ fuit figurata in veteri teſtamento in manna, quo Deus nutriuit filios Iſrael in deſerto. Cibus autem ille ſapidus erat valde, & nutritiuus bonis, ſecundum quod dicitur, in Sap. Panem paratum de cælo præſtitiſti ei ſine labore omne delectamentum in ſe habentem. malis autem erat inſipidus & abominabilis. vnde dicebant. Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo. ſic euchariſtiæ cibus ſapidus eſt guſtui ſpirituali, & nutritiuus in gratia ipſis bonis, propter quod dicit ſaluator. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. malis autem eſt valdè nociuus, ſecundum quod dicit Apoſt. Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit propter hoc & quædam alia dicitur à doctoribus, quòd iſtud manna fuit euchariſtiæ figura potiſſima: figuratum autem reducit ad memoriam ipſam figuram, & hoc dicitur hic: Memoriam fecit, dominus, mirabilium ſuorum.*
d Eſcam de. ti. ſe. *ſ. corpus ſuum in ſacramento, euchariſtiæ, per quod reducitur ad memoriam mirabilia Dei quæ fecit filijs Iſrael in manna.*
e Me-

e Memor erit in ſecu. teſt. ſui. *Hic conſequenter deſcribitur conditio ſeu efficacia euchariſtiæ reſpectu vitæ futuræ. habet enim efficaciam introducendi ad vitam beatam ſi deuotè ſumatur, & propter hoc viaticum nominatur, & quantùm ad hoc dicitur: Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui. hoc eſt huius ſacramenti, quod dicitur teſtamentum, vt videbitur infrà.*
f Virtutem operum ſuorum. *id eſt efficaciam huius ſacramenti à Deo nobis collati.*
g Annun. po. ſuo. *Quia Chriſtus per ſemetipſum hoc annũtiauit Apoſtolis, & Apoſtoli eccleſiæ primitiuæ, & ſic conſequenter annuntiatur in eccleſia quotidie. Quæ autem ſit virtus annuntiata, hic ſubditur:*
h Vt det illis hæreditatem gentium. *id eſt vitam beatam, ad quam introducit hoc ſacramentum. Et dicitur vita beata hæreditas gentium, eò quod omnes gentes inquantùm ſunt factæ ad imaginem Dei, habent quandam aptitudinem ad hanc hæreditatem. propter quod dicit: Quòd Deus vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: quod eſt verum voluntate antecedente, non tamen voluntate conſequente.* *1. Tim. 2. a*
i Opera manuum eius veritas & iudi. *Maximè in hoc ſacramento.*
¶ a Veritas

## MORALITER.

✱ a *Confeſſio & magnificentia opus eius.* id eſt eius opera inducũt nos ad magnificè confitendum ei laudis confeſſione, & quoniam euchariſtia eſt opus Dei mirabiliſſimum, ſubditur:
c Memoriam fecit &c. *Nam euchariſtia reducit ad memoriam manna in deſerto datum, ſicut res vera figuram præcedentem.*
f Memor erit in ſeculum te. ſui. *i. euchariſtiæ ſacramenti. de quo dicit. Apoſt. Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine.* *1. Cor. 11. f*
f Virtutem operum ſuorum. *In hoc ſacramento.*
g Annuntiabit po. ſuo. *Per euangelium, in quo dicitur: in Ioh. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum, ideò ſubditur:* *Ioh. 6. f*
h Vt det illis hæreditatem gentium. *ſcilicet cæleſtium.*
i Opera manuum eius veritas & iudicium. *In hoc ſacramento.*


✱ *Veritas*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tium ſapientiæ eſt. Bonus ſacientibus, quia periculum eſt intelligere, & non facere. Laudatio eius, cuius timor eſt initium ſapientiæ, manet. hoc totum præmium eſt, hic finis, hic ſedes perpetua, hic mandata confirmata: hic eſt hæreditas noui teſtamenti.

*Vbi ſupra* a *Fidelia omnia mandata eius. Caſſ.* Quia ſeruant ſeruantes ſe, non ſunt mendacia.

b *Confirmata in ſeculum ſeculi.* Non in caſſum miſſa, vt verba humana. Facta non tãtum dicta in veritate, quia omnia complentur.

*† Certa* c *In æquitate.* Quia omnia cum libra iuſtitiæ.

d *Redemptionem. Caſſiod.* Tertiò redemptos aſſerit, & teſtamẽtum nouum æterna gratia conſecratum. vel

*† rectitudine.* e *Nomen eius: initium ſapientiæ. Caſſiod.* id eſt filius, qui in humanitate ſanctus potentia deitatis terribilis. Ametur ergo aduocatus, timeatur iudex, ne ſis negligens, ne deſperes.

f *Timor domini. Caſſiod.* Metus iudicij, ianua eſt conuerſionis, ſi addatur diſcretio dilectionis.

g *Laudatio eius manet in ſeculum ſeculi.* Intentio pſal. vnde halleluia præſcribitur, à laude incepit, in laude finit, populus fidelis à diabolo liberatus gratias agens expreſſit, quid & hic faciẽdum ſit deuotis, & in cælo peragendum, hic quia liberat, ibi quia coronat.

a ¶Executio iudicij. Verum iudicium, quo dixit paſſuros diſcipulos. dicens: non eſt ſeruus maior domino ſuo. Quaſi, Etſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. b ¶Quo iudicabit.

manuum eius veritas & iudicium. a

¶Et. ¶Sunt eis qui implent, & non diffidunt de promiſſis.

b †Fidelia omnia mandata eius, con-

a ¶Completa vel data ab eo qui non mentitur, & qui nihil niſi æquum mandat.

firmata in ſeculum ſeculi: facta in

a ¶Hoc dedit enim. ¶Chriſtum, qui dat redemptionem captiuis.

veritate & †æquitate. Redemptio-

a ¶Iudæo Non ſum miſſus niſi ad oues quæ per. &c.

nem miſit dominus populo ſuo,

a ¶Et per Angelos vel Apoſtolos. b ¶Futurum. ¶Quia nullum huic ſuccedet. ¶Æterna promittit. c ¶Nouum.

mandauit in æternum teſtamentum ſuum. Sanctum & terribile

a ¶Ergo. ¶Bonis. b ¶Impijs.

a ¶Virtus & potentia vel filius. b ¶Et terror procedit. vnde. ¶Initium ſapientiæ, ſi intelligitur vt diſcrete habeatur, & cum amore.

nomen eius: initium ſapientiæ timor domini. Intellectus bonus

a ¶Metus iudicij, ianua eſt conuerſionis & via ad ſapientiam. Etiam iſte intellectus, qui eſt in timore domini intentus eſt bonus. ſ. verus & vtilis.

a ¶Qui ſic intelligunt hoc vt faciant. ſ. vt per timorem ad ſapientiam aſcendant. b ¶Domini.

omnibus facientibus eum, laudatio eius manet in ſeculum ſeculi.

do Chriſtus ex obedientia Dei patris venit ad ſuã paſſionem, per quam redemptum eſt genus humanum. G

f Mandauit in æternum te. ſuum. *Quia tunc inſtituit euchariſtiæ ſacramentũ, quod vocatur teſtã. vnde dixit Chriſtus in eius inſtitutione. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, &c. & Apoſt. dicit: Hic calix nouum teſtãm eſt in meo ſanguine.* Per hoc autẽ *g dicitur in æternum, deſignatur quod huic ſacramento non ſuccedent alia, ſicut ſacramentis vete. le. ſucceſſerunt no. te. ſacramẽta. huic autẽ ſacramento ſuccedet vita beata, in qua eſt plena fruitio ipſius Chriſti contenti in hoc ſacramento, cuius deitate beati reficientur interius, & humanitate exterius, ſcdm quod dicit Aug. ſuper Ioh. Quod autẽ mandatis Dei, & ſpecialiter mãdato eiꝰ de euchariſtia ſit firmiter obediendum, oñdit, cũm di:* g Sanctum & terribile no. eius. *Quia ſanctũ eſt in ſe formaliter & effectiuè obedientibus, & terribile inobedientibus, & quia per timorem Dei declinat omnis à malo in Prou. ideo ſubditur:*

K Initium ſapientiæ ti. do. *Quia recedens à malo accedit ad bonum ſibi oppoſitum.*

l Intellectus bo. *i. intellectus diuini mandati eſt valde bonus illis qui adimplent mandatum in opere ſecundum verum intellectum eius, illis autem qui non adimplent, talis intellectus eſt magis nociuus quam proficuus, ſecundum quod dicitur in Luc. Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & nõ fecit ſecundũ voluntatẽ eius, vapulabit multis. qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.*

m Laudatio eius. *Qui impleuit mandatum Dei ſecundum verum intellectum.*

n Manet in ſeculum ſeculi. *Quia æternaliter manet præmium operis virtuoſi, &c.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Veritas. *Quia ibi continetur corpus Chriſti verum.*

b Et iudicium. *ſcilicet vitæ ſumentibus deuotè, & iudicium mortis ſumentibus indignè.*

F c Fidelia omnia. *Et maximè mandatum eius de conſecratione, & vſu huius ſacramenti, quod habetur in textu Euangelij.*

d Confirmata in ſeculum ſeculi. *Quia mandata Euangelica ſunt miraculis confirmata, ſecundum quod dicit Mar. Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis, & propter hoc non poteſt ſubeſſe falſitas, cum Deus nõ poſſit eſſe teſtis falſitatis, ideo ſubditur: Facta in veritate & æquitate.*

*Mar. 16 d*

*Inſtitutio euchariſtiæ* e Redemptionem. *Hic ponitur ipſius euchariſtiæ inſtitutio: hoc autẽ ſacramentum Chriſtus inſtituit in cœna imminente ſua paſſione, vt patet in Euangelio, & hoc eſt quod dicitur hic: Redemptionem miſit dominus populo ſuo. Tunc enim Deus pater miſit populo ſuo redemptionẽ, quando Chri-*

## MORALITER.

a Veritas. Vitæ ſumentibus dignè.

b Et iudicium. Mortis ſumentibus indignè. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit.

c *Fidelia omnia mandata eius.* Quia certitudinaliter redditur præmium ea facientibus. Et ſubditur autor euchariſtiæ cum dicitur.

e *Redemptionem.* ſ. filium ſuum qui eſt noſtra redemptio. H

f *Man. in æter. teſt.* ſ. nouum, cui aliud non ſuccedet.

g *Sanctum.* Bonis.

h *Et terribi.* Malis.

i *Nomen eius.* Quia retrahit à malo, & ſic inducit ad bonum.

K *Intellectus bo.* i. facientibus opus timoris præ dictum.

m *Lauda. eius ma.* Quia talis Deum laudabit cũ Angelis in æternũ. In

*In pſalmo cx. Confitebor tibi.*

## ADDITIO I.

Circa expoſitionem huius pſal. attendendum eſt, quòd priores verſus huius quos exponit poſtillator de diuinis operibus in generali, poſſunt proprius adaptari ſacramento euchariſtiæ, de quo per totum pſal. agitur: quod ſic patet: nam cum in primo verſu dicitur: Confitebor tibi domine in toto corde meo, in conſilio iuſtorum & congregatione, propriè poſſet intelligi de ſacramento, cuius inſtitutio fuit facta in conſilio. ſ. in ſecreto Apoſtolorũ. vbi enim nos habemus in conſilio, Heb. veritas habet in ſecreto. Fuit autem hoc ſacramentum inſtitutum in cænaculo ſecreto, & per cõſequens in conſilio iuſtorum. ſ. Chriſti & Apoſtolorum. vſus etiam eius eſt in congregatione, quia in vnitate eccleſiaſtica ad quam ordinatur & figurat: vnde ſacramentum vnitatis dicitur, & ſic eſt in congregatione iuſtorum. ſ. fidelium. Conſequenter cum dicit ſecundò. Magna opera domini, intelligi poteſt propriè de hoc ſacramento, in quo ſunt duæ cõſecrationes, ſicut & duplex materia, quæ quidem conſecrationes ſunt: Magna opera domini. nihil enim maius eſt ſeu mirabilius, quam quod per verba ſacramentalia ſubſtantia panis & vini in corpus & ſanguinem Chriſti tranſſubſtantialiter conuertantur: in qua conuerſione plura difficilia ſunt quàm in creatione, prout ſanctus Tho. in 3. par. q. 75. ar. 8. in reſponſione ad 3. arg. deducit. vnde de iſtis conſecrationibus poſſet dici, Magna opera domini. Sequitur autem tertiò: Exquiſita in omnes volũtates eius. Pro quo ſciendum, quòd licet voluntas diuina (quæ eſt eius eſſentia) ſimpliciſſima eſt: tamen dicuntur multæ diuinæ voluntates per modum ſigni ſeu effectus, vnde magiſter in 1. di. 45. hoc autori- tate pſal. ſ. Exquiſita in omnes voluntates eius, arguit quod Dei voluntas multis modis accipitur: vnde ibidem quinq; modos ponit, quibus diuina voluntas. ſ. ſigni accipitur in ſcripturis. Dicitur enim Deus velle illud quod præcipit fieri: & iſto modo innotuit voluntas diuina circa hoc ſacramentum, cùm de eo dominus dixit: Hoc facite.

*Matt. 26. a*

*Th. 3. par. q. 75. ar. 8. reſponſ. ad 3. arg.*

*Voluntas Dei accipitur multis modis, 1. Sen. diſtin. 45.*

facite. Secundò dicitur Deum velle illud quod prohibet. per hoc enim quòd Deus prohibet aliquid fieri, ſignatur Deum velle quòd non fiat. quæ quidem voluntas diuina. ſ. prohibitiua circa hoc ſacramentum innotuit. vnde ad Cor. Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem dñi indignè, &c. Tertiò dicitur Deum velle illud quod permittit ſecundum Aug. in enchiridion dicentem: Nõ fit aliquid niſi Deus omnipotens fieri velit, vel ſinendo, vt fiat, vel ipſe faciendo, & iſto modo voluntas Dei innotuit in hoc ſacramento, cũ peccatori occultè permittit hoc ſacramentũ diſpenſari, vt Aug. dicit ſuper illud pſ. Manducauerunt, & adorauerunt oẽs pingues terræ. Quartò dicitur Deum velle illud quod conſulit fieri, & hoc modo innotuit voluntas diuina circa hoc ſacramentum: nam licet in Ioh. legatur: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, nõ habebitis vitam in vobis. per hoc tamen ſecundum doct. non imponitur præceptum neceſſitatis ad ſumptionem huius ſacramenti: ſed tantum rem ſacramenti, prout Auguſt. ſupra prædictum verbi Ioh. declarat. vnde ſumptio huius ſacramenti corporaliter quantũ ad populum vel laicos cadit ſub conſilio potius, quàm ſub præcepto. Quintò dicitur Deum velle id, quod fit, & hoc modo voluntas diuina manifeſtè innotuit in hoc ſacramento in eius inſtitutione per Chriſtum facta, & in eius vſu ab eccleſia frequẽtato. Sic igitur: Magna opera dñi prædicta, exquiſita ſunt in omnes volũtates eius. quia exquiſitæ à fidelibus circa illud voluntates Dei ſunt obſeruandæ. Conſequenter quartò dicit: Confeſſio & magnificentia opus eius: vbi opus eius accipitur pro hoc ſacramento ad quod pertinet confeſſio, quia ſacrificium laudis, ſimiliter ex magnificentia ex magnitudine mirabilium in eodem contentorum. Et notandum, quòd in præcedenti verſu nominat hoc ſacramentum in plurali, cùm dicit: Magna opera domini: ad deſignandum duplicem conſecrationem, vt dictum eſt: in hoc autem verſu nominatur ſingulariter cũ dicit: Opus eius. ad denotandum vnitatem huius ſacramenti, quod eſt vnum tñ formaliter, & perfectiuè: quem modum nominandi tenet eccleſia in quadam collecta, in qua loquens de hoc ſacramento, primò nominat illud pluraliter, cùm dicit: Purificent nos

*1. Cor. 11.*

*Aug.*

*Ioh.*



A nos ſacramenta quæ ſumpſimus. Conſequenter autem nominat illud ſingulariter, cùm ſubdit: Hoc ſacramẽtum non ſit nobis reatus ad pœnam, &c. Conſequenter quintò de effectu huius ſacramenti dicit: Et iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. nam per hoc ſacramentum confertur gratia, dicente Chriſto. Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. ſ. ſpirituali. gratia autem iuſtitia dicitur, iuxta illud. Iuſtificati gratis per gratiam per quam quidem gratiam gloria etiam adipiſcitur. vnde ibidem dominus dicit: Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. & ſic propriè dicitur, iuſtitia eius. ſ. huius ſacramenti, manet in ſeculum ſeculi. Conſequenter ſextò dicit: Memoriã fecit mirabilium ſuorum, &c. Circa quod notandum, quòd licet manna fuit figura huius ſacramenti, non tamen ad memoriam illius referenda ſunt hæc verba Pſalmiſtæ. ſ. Memoriam fecit mirabilium ſuorum prout poſtil. dicatis. Tum quia aliæ figuræ præceſſerunt hoc ſacramentum in veterilege, ſicut agnus paſchalis, & oblatio Melchiſedech, & huiuſmodi, ad quæ non poſſint hæc verba referri, cùm de eis non verificaretur, quòd eſſent mirabilia. Tum quia figuratum eſt melius figura quæ ad ipſum ordinatur, ſicut rex dignior eſt, quàm eius imago. vnde valde inconuenienter dicitur quòd res figurata ſit ad hoc, vt deueniatur in memoriam ſuæ figuræ: ſed potius dicendum eſt ecõtra. vnde verius dicendum eſt, quòd hæc eſt eſca ſalutaris, quam dedit Deus timentibus ſe, & in memoriam mirabilium ſuorum. ſcilicet dominicæ paſſionis, in qua maxima mirabilia noſtræ ſalutis pertinentia inueniuntur. vnde cum Chriſtus hoc ſacramentum inſtitueret, expreſsè dixit: Hoc facite in meam commemorationẽ. Luc. Ad quam memoriam propriiſſimè adaptantur verba Pſ. cùm dicit: Memoriam fecit mirabilium ſuorum. Vnde ſecundum doctores ſacerdos celebrans debet actualiter memoriam paſſionis in mente habere.

*Matt. 6. e*

*Ioh. 6. c*

*Rom. 3. d*

*Aug.*

*Luc.*

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtil. Sanctum & terribile eſt nomen eius.*

## ADDITIO II.

Poſſibile eſt, vt quis per timorem Domini, ſcilicet ſeruilem, recedat à malo, & cùm hoc tamen non accedat ad bonum: nam timor ſeruilis poteſt eſſe ſine charitate, vnde expoſitio poſtill. in hoc verſu. ſ. Initium ſapientiæ timor Domini, non videtur ſufficienter dicta: Sed hæc verba pſal. ad literam expreſſius, & verius exponuntur à magiſtro in 3. diſtinct. 34. vbi dicit, quòd vterque timor Dei. ſ. ſeruilis, & initialis, dicitur initium ſapientiæ, diuerſis tamen rationibus. Nam ſeruilis dicitur initium ſapientiæ, inquantum præparat locum ſapientiæ, & ducit ad ipſam. Initialis verò dicitur initiũ ſapientiæ, quia eſt inchoata ſapientia. quia non ſolũ recedit à malo propter vitandas pœnas ſicut ſeruus, ſed etiam ad vitandam offenſam diuinam, ſicut filius: Huic tamen ſecundo timori, ſcilicet initiali, propriùs applicantur verba Pſal. præcedentia hunc verſum, ſcilicet cũ dicit: Sanctum & terribile nomen eius. Nam timor initialis reſugit terribilitatem Dei, ſcilicet pœnas ab eo inflictas. oritur etiam ex excellentia diuinæ ſanctitatis, quam timet offendere, ſeu amittere, & ſic timet Deum inquantum ſanctum, & inquantum terribile nomẽ eius. Continuantur etiam hæc verba, ſcilicet, Initium ſapientiæ timor Domini. cùm immediatè ſequentibus, magis propriè, ſi intelligantur de timore initiali quã ſeruili. Initialis enim timor eſt: Intellectus bonus omnibus facientibus eum: quia licet non maneat in ſeruum ſicut filialis & caſtus, tamen opera in eo facta ſunt bona ſimpliciter inquantum memoria, eò quod talis timor non eſt ſine charitate ſaltem inchoata, & ſic talis timor eſt intellectus bonus omnibus facientibus eum: quod non poteſt dici de timore ſeruili, quem charitas foras mittit. Iohan. Eſt autem attendendũ, quòd timor Dei in ſacra ſcriptura aliquando dicitur, quòd eſt ipſa ſapientia, vt patet in Iob. quod videtur contrarium huic quod dicitur in pſal. Initium ſapientiæ timor domini. nihil enim prius eſt ſeipſo. Sed ad hoc dicendum, quòd timor ille qui dicitur ipſa ſapiẽtia, intelligitur de timore filiali, qui comparatur ad totam vitam humanam per ſapientiam regulatam, ſicut radix ad arborem. vnde Eccle. Radix ſapientiæ eſt timor domini. Cuius ratio eſt: nam ſicut radix totam arborẽ continet virtute, ſic filialis timor, qui ſemper eſt in charitate firmatus totam vitam viri perfecti continet.

*Eſa. 34*

B

*Timor ſeruilis, & filialis*

*1. Ioh. 4*

*Iob 28*

*Eccle. 1*

## REPLICA.

IN Pſal. Confitebor. quem & poſtil. & Burgen. exponunt de ſacramento euchariſtiæ ſine magna contrarietate. Burg. tamen extendens alas ad volandum inter cætera dicit: In tranſſubſtantiatione plura difficilia quàm in creatione, & allegat ad hoc ſanctum Tho. 3. par. q. 75. vbi oritur dubium an illa difficultas ſe teneat ex parte Dei, rei, vel intellectus noſtri. Non primum, quia apud Deum nihil eſt difficile: imò apud intelligentias ſeparatas, ſecundum philoſophos, difficile eſt impoſſibile. aliàs. n. oporteret eas ponere fatigabiles. Nec ſecundum quia impoſſibilitas ſeu difficultas rei fiendæ attendi videtur penes incompoſſibilitatem terminorum, ſed termini creationis ſunt magis incompoſſibiles quàm termini tranſſub-

mini tranſſubſtantiationis: quia potius ſe compatiuntur aliquid, & aliquid, ſubſtantia & ſubſtantia quàm aliquid & nihil. Nec tertium dari poteſt: quia intellectus facilius capit ex aliquo fieri aliquid, vel a liquid fieri ex nihilo aliquid, quàm aliquid ex nihilo: ſuppoſita igitur Dei omnipotentia facilius intellectus capit tranſſubſtantiationem, quam creationem. In eodem pſal. Burgen. de vſu euchariſtiæ allegat id. Niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. aſſerens quòd quò ad populum laicum communio corporalis eſt cõſilium, ſed per hoc non ſatisfit hæreticis modernis, quia ex littera non habet illud dictum fundamentum: ideo de ſacramentali communione, nec quò ad clerum, nec quò ad laicum habet vim præcepti ad omnes ſecundum verum eius intellectum: quia in eodem contextu literæ declaratur de qua manducatione, & potatione intelligi debet, videlicet de ſpirituali: quia ſequitur: Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. quod beatus Auguſti. exponens ait: Hoc eſt manducare illam eſcam, & bibere illum potum, in Chriſto manere. & Chriſtum manentem in ſe habere, quod nihil aliud eſt quàm eſſe in charitate. Chriſti: hoc autem omnibus indifferenter eſt præceptum ſaltẽ implicitè: ſed nihil directè pertinet ad ſacramentalem, vel corporalẽ manducationem hoc verbum: Niſi manducaueritis, &c. Nam hoc verbum fuit dictum diu antequam ſacramentum euchariſtiæ fuerit inſtitutum, ex illa igitur litera de ſacramentali communione nõ poteſt fieri argumentum efficax. Nam primò debet exiſtere in rerum natura, de quo agitur. C. de iure codicil. l. quidam referunt. §. 1. Nec ad futuras cauſas extenditur reſcriptum, eodem tit. cap. penulti. In cuius capituli gloſ. vide de hoc plures reales concordantias, quoniã ei quod nondum eſt, non datur priuilegium, nec poteſt dici verum vel bonum, quod nunquam fuit nec mortuum, quod nunquam vixit. De euchariſtia igitur ſacramentali, quæ nondum fuit, tam alta ſententia proferri non potuit. quia dicitur: Niſi mãducaueritis &c. Niſi quis curioſus hæreticus diceret, illa verba dicta de vſu ſacramenti euchariſtiæ prognoſticè per modum prophetiæ. Sed ſic dicere non poteſt in aliquo paſſu ſacræ ſcripturæ fundari: ea igitur facilitate contemnitur, qua probatur taliter dictum: præſertim cùm conſtet ex euangelio rotundo textu quoſdam huic præcepto ſatisfeciſſe, quos conſtat ſacramentaliter nunquam communicaſſe, vt patet de latrone. Luc. & quoſdam ſub vtraq; ſpecie communicaſſe, & tamen huic præcepto non ſatisfeciſſe, vt patet de Iuda. Dicit igitur magiſter ſententiarum in 4. diſtin. 9. ad intentionem beati Auguſtini has propoſitiones ſimul eſſe veras: Non manducans manducat, & manducans non manducat. Similiter poteſt dici de potatione. patent illa ex dictis, quia ſtat aliquem ſatisfacere præcepto allegato, & Chriſto per charitatem incorporari, & ſic manducare & bibere: tamen ſacramentaliter nihil percipit, & econuerſo, quia dato oppoſito ſequeretur neminem eſſe in charitate, niſi ſacramentaliter communicantem, quod eſt erroneum dicere. In pſal. eodem cum poſtillatore exponente hunc paſſum: Memoriam fecit mirabilium ſuorum &c. De figuris & miraculis in opere Dei exhibitis, ponens exemplum de manna in deſerto miniſtrato, prout habetur in Exo. hoc Burgen. valde inconuenienter dictum putat. Primò obijcit, quia illæ aliæ figuræ huius ſacramenti præceſſerunt ſicut eius agni paſchalis, & oblatio Melchiſedech, quæ tamen non poſſunt dici opera mirabilia. Ad quod reſponderi poteſt, quòd ſecus eſt dicere de operibus diuinis & humanis in figura factis. Eius enim agni & oblatio Melchiſedech fuerunt figuræ, humano tamen opere factæ, & ideo ſi illa opera fuerunt figuratiua, non tamen mirabilia. Sed dare manna de cœlo fuit opus diuinum & mirabile: ideo ſacramentum euchariſtiæ inſtitutũ poteſt congruè dici memoriale operum Dei mirabiliũ præfiguratum ipſam euchariſtiam: inter quæ exhibitio mannæ fuit mirabilius. Et cùm ſecundò Burgenſ. obijcit: Figuratum eſt præſtantius figura, ſicut rex dignior quàm regis imago: valde autem inconueniens videtur, quòd præſtantius ducat in cognitionem vilioris: igitur figuratum non deſeruit ad memoriam figuræ. Ad hoc dico primò, quòd artis eſt notitiã aliquid procedere à minus notis nobis, ſed magis notis naturæ, & ſic procedit demonſtratione quando concluſio ſit per principia, quæ ante actualem demonſtrationem eſt ignota ex primo poſteriorum. Illa via proceſſum eſt in angelis à cognitione matutina ad ueſpertinam: videlicet à cognitione rerum in diuina eſſentia relucentium ad cognitionem rerum in proprio genere. Res autem cognoſcibiles præſtantius eſſe habent in eſſentia diuina, quia eminens, quàm in proprio genere, quia dependens, quod oſtendere requirit alium tractatum, ſed ſufficit, quòd principium in quo fundat Burgenſ. ſuum argumentum non eſt generaliter verum. Secundò dico, quòd oppoſitus proceſſus ſciendi prouenit ex defectu intellectus coniuncti. & ideo dicitur proceſſus ab ad nos: ſic enim procedimus à confuſis ad determinata: ſicque accidentia magnam vim cõferunt ad cognoſcendum, quod quid eſt. Secundum illum modum principium Burgenſis nõ poteſt habere colorem. Sed ad propoſitum dico, quòd ſicut ſupra circa Exo. 3. dictum eſt, figura aliquando præcedit figuratum, vt in propoſito: aliquando econtra, ſicut in ſignis prænoſticis. Primo modo figuratum eſt rememoratiuum figuræ, patet hoc quando Chriſtus equitauit ſuper pullum dicitur quòd recordati ſunt diſcipuli, quia hæc ſcripta ſunt de illo. Et quando expulit vendentes de templo, recordati ſunt diſcipuli, quia ſcri-

C

*Iohan. 6. f*

*Diuiſio.*

*C. de iure codic. l. quidam referunt. §. 1.*

*Luc. 23. f*

*4. ſen. diſt. 9*

D

*Exodi 16. a*

*Ioh. 12. c*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E quia ſcriptum eſt: Zelus domus tuæ comedit me, &c. Ecce factum ducens in recordationẽ ſigni. Similiter eſt in exemplo Burg. quia imago eſt poſterior rege & imperfectior, tamen facies regis ducit in cognitionem imaginis. In prænoſticis autem ſecus eſt, prout dictum eſt ſupra ſępius. Quòd autem Burg. dicit illum paſſum exponi debere de mirabilibus in paſſione Chriſti geſtis, quorum mirabilium memoriam dicit euchariſtiæ inſtitutionem. Sed cum memoria propriè ſit præteritorum: mirabilia autem in paſſione Chriſti exhibita tempore inſtitutionis euchariſtiæ, non erant præterita G ſed futura. Impropriè igitur diceret Pſalmiſta hanc inſtitutionem illorum memoriam: dixiſſet potius illorum præambulum & ſignificationem: puto bene celebrationem & conſecrationem euchariſtiæ fore memoriale paſſionis, & ad hoc tendũt argumẽta Burg. ex illa littera: Hoc facite in meam commemorationem: ſed inſtitutio non eſt memoria, prout dictum eſt. Illud autem quod Burg. mouet circa illud: Initium ſapientiæ timor domini, &c. non eſt contra poſtil. bene viſum.

## GLO. ORDIN.

a *Halleluia reuerſio. Aug.* Aggeus, & Zacharias longè poſt Dauid fuerunt, completiſq; ſeptuaginta annis tranſmigrationis, tunc ſub Dario rege Perſarum hi duo prophetauerunt, quod ad renouationem templi pertinere videbatur: quæ ſignificat reparationem noui populi ex ruina Adæ, vt portet imaginẽ noui hominis, vt poſt captiuitatẽ huius ſeculi, quod ſeptem dierũ repetitione voluitur, & longinquæ peregrinationis miſeria quaſi poſt lxx. annos æternaliter ſolidetur. *Caſ.* Perfectio huius ędificij eſt illa ineffabilis pax ſapientiæ, cuius initium eſt timor domini: de quo incipit. *Caſ.* Vel iuxta nominũ interpretationem. Aggeus enim mõtanus interpretatur: Zacharias ſolennis, quibus ſignificantur fideles, qui ſunt montani. i. alti in virtutibus, & ſolennes. i. in tribulationibus etiam gaudentes. Sicut ergo illi prophetæ dominum laudauerunt de hac ſpirituali reuerſione, ſic Chriſtiani qui per eos ſignificãtur, poſt abſolutionem peccatorũ dominum laudant tanquam à captiuitate liberati & hilares de bonis quæ habent.

a ¶Quia laudes Dei pro reuerſione cantant, ſic Chriſtiani poſt abſolutionem peccatorum. b ¶Montani. ¶Solennis.

a Halléluia reuerſionis Aggei[b] & Zachariæ.

CXI.

Beatus vir q timet dominũ, i mãdatis eius volet nimis. Potens in terra erit ſemen eius, generatio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius, & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Exortum eſt in tenebris lumen rectis: † miſericors & miſerator & iuſtus. † Iucundus homo qui miſeretur,

a ¶Alias, cupiet. ¶Alias, multum. b ¶Inde quia timet, & quia volet. ¶Vt neque mors neque vita ſeparet a charitate Dei. A ſimili meſſis, quæ nulla tempeſtate poteſt deijci. ¶Et. ¶Et. a ¶Hæc omnia mihi ſunt omnia. a ¶Vt tenebras pellat, & rectos faciat. b ¶Sol iuſtitiæ. c ¶Quod lumen? ¶Dominus. ¶Natura. a ¶Exhibitione. ¶Dum expectat. b ¶Dum mortificat. ¶Remunerando. ¶Animo.

deſit facultas, qa pax eſt hominibus bonæ volũtatis, etſi nõ adeò proficiat in eis: qa tẽtatio eſt vita iſta, & corpus aggrauat, & terrena inhabitatio deprimit ſẽſum multa cogitãtẽ.
c *Potens. Aug. Caſ.* Ecce præmia illius beati.
f *Semen e.* i. merces boni operis. Erit potens in terra, nõ hac vbi deriſui, ſed cęleſti. Vel etiam hic in iſto tpe quo minus videtur. Semẽ, opera miſericordiæ, vnde meſſis ęterna. Potens quia re minima etiam ut magna regnum cęlorum emitur.
g *Genera.* Nõ carnis, ſed imitationis. Vel opera rectorum. Recti ſunt q nõ reſiſtunt patri emendãti, & credunt promittenti, nõ credunt periſſe opera ſua, cũ non eis tpaliter retribuitur. Sunt. n. qui bona illa agunt, mercedẽ hic à Deo ſperãtes vel hominib' placere volentes, qđ non btũs vir: & tñ.
h *Gloria & di. in d. e.* i. in cordis ſecreto, vbi habitat cũ ſpe vitæ ęternæ: vbi diuitiæ ſãctę & gĺia ęterna reponunt.
i *Iuſtitia.* Hæc eſt gloria eius, hæ diuitiæ eius, quam tamen habet à Deo.
k *Manet in ſe.* Quaſi nõ tpaliter btũs.
l *Exortum e. Caſ.* Scđo agit de aduentu domini, per quẽ homines ex peccatoribus in ęternum ſunt beati. *Caſ.* Exortum eſt. Suprà dixit bona beati, nũc vnde beatus. Lux gratior quę in tenebris, ſed non alijs lux niſi rectis corde. quod lumen dominus miſerator & miſericors. Qui pius confitẽtibus, iuſtus contẽnentibus. Sed ne terreat iuſtitia, qa ſuauis & gratus eſt Deo qui miſeretur, cõdonando alijs quo ſibi veniã meretur, & dat aliis qđ eſt cõmodare, vt detur ei i futuro: hæc ſunt duo officia benignitatis. vnde: Dimitte, & dimittẽt vobis: date, & dabit uobis. Hęc de illo ſuperiori verbo pẽdẽt. Gloria & diuitiæ i domo eius: hæc facta ſunt ſermones, quibus defendetur in iudicio, qđ nõ erit ei ſine miſericordia: quia miſericordiã fecit. Hoc à ſimilitudine præmeditantis cauſam dicitur, vt eam firmis allegationibus, & aſſertionibus in iudicio præmuniat. Vel:
m *Miſeretur. Caſ.* Qui dat egentibus. Commodat, qui mutuum præſtat, poſt tantundem recepturus.

## GLOS. ORDINARIA. PSALMVS CXI.

F Beatus vir. *Caſ.* Oſtendit hic Pſalmiſta poſt liberationẽ pctõrum quanta ſunt bona fidelium, quæ retributio perfidorum. Et eſt etiã hic pſal. per omnes litteras Hebræi alphabeti digeſtus. *Caſ.* Primò, monet propheta quid faciat beatus vir, & quanta bona gratia Dei meatur. Secundò, agit de aduentu domini per quem omnes ſunt beati, ibi: Exortum eſt in tenebris. Tertiò impijs aduerſa prouenire aſſerit.
c *Qui. ti. Caſ.* Timor mundi miſeros facit, ſed timor Dei ea appetere facit, per quæ homo beatus eſt.
d *In manda. i.* Hoc timor Dei vt velit. Et nõ ait faciet, ſed volet multũ, qđ ſufficit quia ſufficit velle ſi pficiẽdi in mãdata deſit

☞ a Paratum

## NIC. DE LY. PSAL. CXI.

Beatus vir. *Huic pſal. præmittitur pro titulo: Halleluia: cuius expoſitio eſt dicta ſuprà. in aliquibus tamen libris additur ipſi halleluia, reuerſionis Aggæi & Zachariæ, ſed hoc non eſt in Heb. nec in tranſlatione Hiero. & ideo vr̃ eſſe additũ ab aliquo expoſitore pro ſua voluntate. Ad intellectum autem huius pſal. ſciendum quod licet beatitudo ſit reddenda pro operibus virtuoſis generaliter, tamen per quãdam appropriationem dicitur reddenda pro operibus miſericordiæ ſpecialiter: Vnde dicit ſaluator. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: Eſuriui enim, & dediſtis mihi mãducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere &c. & propter hoc in hoc pſal. dicitur: reddenda felicitas pro operibus miſericordiæ. Et primò oſtenditur propoſitum. & ſecundò de immiſericordibus oppoſitũ, ibi: Peccator: Prima in duas, quia primò oſtenditur propoſitum de felicitate in via: ſecundò in patria, ibi: In memoria ęterna. Circa primum ſciendum, quod felicitas quæ poteſt haberi in vita præſenti, principaliter conſiſtit in bonis animæ interioribus. ſecundariò verò conſiſtit ſeu accidentaliter in bonis exterioribus, prout ſunt ipſis virtuoſis quædam inſtrumenta virtutis, ſecundum quod dicit Ambr. ſuper Luc. Sicut diuitiæ impedimenta ſunt reprobis, ita probis ſunt adiumenta virtutis. & ideo Pſal. in hac parte permiſtim loquitur de iſtis & de illis, dicens:*
a Beatus vir. *ſ. in præſenti, in quo pro bono virtutis habito in re, habetur beatitudo futura in ſpe.*
b Qui ti. do. *Timore filiali, qui reformidat offenſam, ideo ſubditur:*
c In ma. eius. *Iſtud nimis nõ importat vitiũ, ſed affectum intenſum ad implendũ dñi præceptũ, & potiſſimè in operibus miſericordię. Et quia inter omnia bona exteriora bonum prolis eſt præcipuum, ideo ſequitur:*
d Potens in ter. *Hoc frequenter videmus contingere q homines miſericordes habent filios potentes ſibi ſuccedentes, ſicut Salomon potentiſſimus neceſſit Dauid pio & miſericordi. Et quia potentia temporalis non eſt laudabilis niſi habeat bonitatem moris annexam, ideo ſubditur:*
e Genera. re. be. *Quia bonũ ei imprecabitur à populis pp bonũ virtutis.*
f Gloria, *id eſt bona fama.*
g Et diuitiæ. *id eſt temporalium abundantia.*
h In do. eius. *i. in familia timentis Deũ, & opera miſericordiæ faciẽtis.*
i Et iuſti. e. *id eſt meritum ſuæ iuſtitiæ.*
k Manet in ſe. *Hoc eſt diu in filijs ſuis ſibi ſuccedentibus, ſecundum quod dicitur, in Exo. Qui cuſtodit miſericordiam in milia, &c.*
l Exor. eſt in tene. *Quia rectè viuentes in præſenti inter peccatores tanquam in tenebris illuminantur ſpecialiter à Deo lumine ſuæ gratiæ, per quam inhabitat mentem, & propter hoc ſubditur:*
m Miſericors. *q. d. illud lumen eſt ipſe Deus illuminans mentem, & per illuminationem creatam ſpeciali modo inhabitat mentem, qui eſt miſericors quantum ad habitum miſericordiæ.*
n Et miſerator. *Quantũ ad actũ: nõ eſt per hoc intelligendũ, qđ in Deo ſit aliqua diſtinctio habitus & actus, ſicut in nobis: ſed pfectionẽ diuinã apprehendere non poſſumus prout eſt in ſe, nec per conſequens nominare, ſed ſicut eſt in nobis vbi habitus virtutis & actus realiter diſtinguuntur.*
o Et iuſtus. *Quia ſemper iuſtitia cũ miſericordia concurrit in diuinis operibus. In tranſlatione verò LXX: additur, dñs, ad oſtẽdẽdũ qđ illud quod dr̃ hic: Miſericors & miſerator & iuſtus, referi ad ipſum Deũ.*
p Iucundus ho. qui mi. *Dando liberaliter non potentibus reddere.*

¶ a Et com-

Matt. 25. c — Diuiſio — Felicitas quo modo poſſit haberi — Amb. Super Luc.

### MORALITER.

✱ a *Beatus vir.* In hoc pſal. declaratur quòd vera beatitudo pro miſericordiæ operibus ſit reddenda, & immiſericordibus miſeria infligenda, ſicut expreſsè dicitur in Matth. Ibunt hi in ſupplicium ęternum, & ſic literalis ſenſus eſt ſimpliciter moralis: propter quod de alio pertranſeo.



E a *Paratum cor e. Aug.* Patet itaque, q hic non ſua q̃rit, ſed q̃ ſunt Chri. labores patiẽter ſuſtinet, pmiſſa fidẽter expectat. *Caſ.* Vel ſiquis mala minatur, non timet: ſed paratum.
b *Diſperſit.* Sperat non timere, quia diſperſit.
c *Dedit pauperibus. Aug.* Ecce iſte emebat quod non videbat: ſed ille theſaurum in cęlo ſeruabat, qui eſurire & ſitire in pauperibus dignatur in terris.
d *Iuſtitia. Caſ.* Sua dedit, & iuſtè & piè vixit, vel q dat ſua iuſtitiã operatur.
e *Cornu. Caſ.* Quia hic humilis, ibi poteſtatem habebit.
f *Peccator vide. Caſ.* Tertiò contraria impijs prouenire aſſerit. *Caſ.* Bonis beatorum hortatur malis inimicorũ terret: & eſt iſte pſalmus inſtitutorius fidelium.
g *Iraſcetur.* dicẽs: Quid nobis profuit ſuperbia & diuitiarum iactantia?

a ¶Vel ſumptum pecuniæ, vel laboris induſtriam. ¶Datum ſpe futuri. b ¶A ſimilitudine præmeditantis cauſam, vel omnia diſcretè dicit.

& commodat, † diſponit ſermones ſuos in iudicio: quia in ęternũ non cõmouebitur. In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala nõ timebit. Paratum ✱ cor eius † ſperare in domino: cõfirmatũ eſt cor eius, non commouebitur, donec † deſpiciat inimicos ſuos. † Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis † fremet & tabeſcet. deſideriũ peccatorũ peribit.

a ¶Diſponit, quia in futuro locat is ad dexteram. b ¶Et ſi cadit vt Petrus. ¶Nunquam a gloria domini ſeparabitur. ¶Sed. ¶Aug. Vt audiat: Venite benedicti patris mei: percipite &c. quia tunc generatio rectorum benedicetur. a ¶Quibus dicetur: Ite maledicti in ignem æternum. quod his qui à ſiniſtris erunt, dicetur. b ¶Damnatis. ¶Sed. a ¶Non in mundo. b ¶Et quia ſperat nulla re ſeculi molleſcit. ¶Nec vllis tentationibus frangitur, quia. a ¶Etiam. ¶Videns alios rideri in terra morientium & ſe irrideri. ¶A ſpe. b ¶Veniat. c ¶In terra viuentium exiſtens. a ¶Quoſcunque. b ¶Propter hoc futurum. ¶Gratis. ¶Vt multis. a ¶Non diuitibus. b ¶Ergo. ¶Aug. Quia Deo cuſtode nil terit. a ¶Cuius humilitas a ſuperbis contemnebatur. a ¶Cornu humilis exaltabitur &c. b ¶Hoc cornu humilis exaltari. a ¶Sibi ſera penitentia. b ¶Aug. Malum inuidia apud ſe retinet, nulli tñ nociturus, his ſe affligit quibus bonos vexauit. c ¶Signum anxietatis. ¶Quia illic erit fletus & ſtridor dentiũ. d ¶Aug. Quia non poterit requieſcere per pęnitentiam, cum deſideriũ peccatorũ peribit, nullo ſuccedente ſolatio, cum omnia tranſeunt velut vmbra.

### NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et commodat, *gratias potentibus reddere. ille enim qui ſic operatur ex habitu miſericordiæ, operatur iucundè: quia ſecundum Philoſophum. 2. Ethic. ſignum habitus generati eſt delectatio in opere.*
b Diſpo. ſer. ſu. in iu. *id eſt rectę rationis, vt omnino caueat a temeritate locutionis.*
c Quia in æter. non commo. *ſ. à ſtabilitate virtutis.*
d In memo. *Hic conſequenter agitur de felicitate poſt hanc vitam reddenda pro operibus miſericordiæ, cum dicitur: In me. æter. e. iu. & accipitur hic iuſtitia prout dicitur de virtute miſericordiæ. Iuſtitia enim vno modo accipitur pro omni virtute.*
e Ab auditione. *Quam audient immiſericordes in die iudicij, Matth. Ite maledicti in ignem æternum. Sequitur: Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. ſitiui, & non dediſtis mihi bibere, &c. Sed bonam auditionem quam audient miſericordes: Venite benedicti patris mei &c. ſicut allegatum eſt ſuprà.*
f Paratum cor eius ſperare in domino. *Non in rebus caducis & defectibilibus.*
g Confirmatum eſt cor eius. *In bono per habitum virtutis & gratiæ, ſecundum quod dicitur ad Heb. Bonum eſt gratia ſtabilire cor.*
h Non commoue. *à ſtabilitate virtutis Deo ipſam conſeruante.*
i Donec deſpi. *id eſt ſpiritus malignos, qui tunc ab homine deſpiciuntur, quando de eis habet plenum triumphum, quod eſt in morte, quando decedet in ſtatu gratiæ. Et quia prædicta meretur homo per opera miſericordiæ, ideo ſubditur:*
K Diſperſit. *Propter amorem Dei ſine aliqua acceptatione.*
l Dedit. *Liberaliter abſque ſpe retributionis terrenæ.*
m Pauperibus. *Chriſtum repræſentãtibus. in Mat. Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis: & non adulatoribus ſeu hiſtrionibus, quibus multi dant abundanter, & nihil pauperibus.*
n Cornu eius. *i. potentia temporalis, qua vſus eſt ad bonum virtutis.*
o Exaltabitur in glo. *ſcilicet cęleſti, vbi augmentabitur eius potentia.*
p Peccator. *Hic conſequenter oſtenditur quod immiſericordibus redditur oppoſitũ. ſcilicet dolor & triſtitia. quod poteſt exponi de præſenti vita ſic: Peccator vi. & iraſ. quia impius videns proſperitatem iuſti conturbatur, & non ſolum interius, ſed etiam exteriori ſigno, ideo ſequitur:*
q Dentibus ſuis. *Quia motus animi redundat ad corpus.*
r Deſiderium pec. pe. *Quia pctõres deſiderant permanere in ipſa pſperitate, & deficit eis in morte, & aliqñ valde repẽte. Alio modo exponitur de vita futura, in qua impij torquebuntur, non ſolum de pęna ſibi inflicta, ſed etiam de iuſtorum gloria: quia licet ipſam nõ cognoſcãt intuitiuè & particulariter: tñ cognoſcunt abſtractiuè & generaliter, inquantũ in quodam generali ſciunt eos eſſe in maxima delectatione: quod facit ad augmentum ſuæ miſeriæ.*

Heb. 13. b — Matt. 25. d — * eſt † fidens — † videat — † Syrus: videbit eum, tremens irritabitur in ipſa. — Deſiderium peccatorum quomodo peribit — † frendet

In pſal.

In pſal. cxj. *Beatus vir &c.*

### ADDITIO.

Pſalmus iſte ſumit exordium ex vltimo verſu præcedentis. ibi enim tractauit Pſ. de timore filiali, cum dixit: Intellectus bonus omnibus facientibus eũ, vt ſuprà expoſitũ eſt. In hoc aũt declarat opera pia ad timentẽ Deũ tali timore pertinentia. quorũ principale eſt diuinis mandatis obedire cũ promptitudine voluntatis, de quo dicit: In mãdatis eius volet nimis. i. vehemẽter & prõptè ad timẽtem dñm. tali timore pertinet etiã opera facere exẽplaria, quibus videntes ad ſimilia prouocẽtur, & de hoc dicit: Potens in terra erit ſemẽ eius. qđ intelligi dẽt de ſemine ſpũali, qđ i terra bona potẽs eſt multũ fructũ afferre. Sicut cũ dr̃: Generatio rectorum bñdicetur: Non enim eſt intelligendum de generatione carnali, cùm multi timẽtes Deum tali prole careant. ſed potius intelligendum eſt de generatione ſecundum imitationem operum, iuxta illud, Si filij Abrahæ eſtis, &c. cætera exponantur prout in poſtil. &c.

Ioh. 8. e

## GLOS. ORDIN.

a *Halleluia. Caſ.* Quia merito laudandus qui meritò humilitatis gentes aſſumit, titulum pſal. exponit. Halleluia enim vt diximus interpretat̃ laudate dñm, quař & pſal. incipit.

## GLOS. ORDINARIA. PSALMVS CXII.

Laudate. *Caſ.* Primò monet propheta deuotos, vt laudent iugiter, & vbiq; prędicent. Scđo ipſe facit quod monet alios. i. laudat Deũ, ibi: Quis ſicut dominus. Ad laudẽ ergo monẽs oſtendit, qui & quem & quãdiu & vbi & quare laudent, di.
c *Pueri. Caſ.* Non ſenſu ſed malitia, maximè ſuperbia. i. humiles. vnde. Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia. paruuli eſtote, vt mẽtibus perfecti ſitis. *Aug. Caſ.* Laudate dominum pueri ſimplices & puri, qui debent laudare. Nomen laudat qui virtutes eius prædicat. Pueri intrant per anguſtũ. Ideoq; facta contentione inter Apoſtolos quis eorũ maior eſſet, aſſumpſit Ieſus paruulũ, & ſtatuit in medio diſcipulorum, & ait: Qui nõ humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, non intrabit in regnũ cęlorum, & ideo nemo intrat niſi pueri in regnum cęlorũ, pſtrata enim ſuperbia, ex ore infantium perficitur laus. Indignè autem cantant iſta, qui ſe magnos putant. Qui cognoſcẽtes Deũ nõ ſicut Deũ glorificãt, aut gratias agunt. Et quia illi ſoli dignè laudãt, q ſunt tanq pueri. Ideo poſt oĩa dicit pueri: Benedicamus dño. Vel, laudate nomẽ domini.
d *Sit nomen. Caſ.* Ecce dixit, qui & quem laudare debeant, deinde ſubdit: Quamdiu laudãdus ſit. i. ſemper. *Caſ.* Sit nomẽ domini nec ad horã patetis me imperare laudẽ nec localiter ſed A ſolis or. Per circuitũ. n. ſolis quaſi p quandam lineã mundum ☞ ſignifi-

Matt. 18. a — Pſ. 8. a — 1. Cor. 2. b

a Halleluia

CXII.

Laudate pueri dominũ, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum

¶Qui aſſumimini. a ¶In eſſentia æterna. a ¶Vt videntes opera veſtra bona glorificẽt Deum patrem veſtrum qui in cęlis eſt. ¶Semper. a ¶Non blaſphemetur.

## NIC. DE LY. PSAL. CXII.

Laudate. *Huic pſal. præmittitur pro titulo Halleluia, quia in eo pſal. inducit ad laudẽ Dei ex conſideratione ſuæ excellentis prouidentiæ, quæ abiectos & depreſſos iniuſtè aliquãdo ſubleuat ad ſtatũ magni honoris & gloriæ: qa Ioſeph ſubitò eleuauit de carcere ad hoc q eſſet ppoſitus Aegypti & ſcđs a rege. Et ſecundũ hoc pſal. iſte in duas partes diuiditur, quia primò pſal. ad laudẽ Dei inducit, ſcđò ad hoc rõnẽ adducit, ibi: Excelſus. Circa primũ dicitur:*
a Laudate pueri. *Nõ accipiuntur hic pueri rõne ętatis, id eſt carentes, ſed accipiuntur hic pueri pro ſubiectis & miniſtris, ſicut dicit Achimelech ad Dauid de viris q erãt cũ eo. Si mundi ſunt pueri maximè à mulieribus, manducẽt &c. & hoc modo loquitur frequẽter ſcriptura. Oẽs autẽ ſunt Deo ſubiecti & eius ſeruitio & laudibus obligati.*
b Sit nomen do. be. *i. ſicut eſt in ſeipſo benedictum, ſic benedicatur*

¶ à vobis

### MORALITER.

✱ a *Lau. pue.* In hoc pſal. oñditur q Deus iniuſtè depreſſos ſubleuat ad honorẽ non ſolum in futuro, ſed etiã aliqñ in pñti, ſicut patet de Ioſeph, in Gen. & ſic patet, q ſenſus literalis eſt ẽt moralis. Allegoricè etiã poteſt exponi de abiectione ſynagogæ & ſublimatione eccleſiæ de gentibus collectæ, & vtranque expoſitionem tangit in expoſitione literali: propter quod alia non vr̃ hic ponenda.

Gen. 41. e — Allegoricè



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ſignificat, in quo toto laudandus eſt Deus. Per gentes omnia terrena, per cęlos omnia cęleſtia notat, vt per hæc duo
*Vbi ſupra.* omnes creaturas indicet ſibi ſubiectas. Vel per gentes carnales, per cęlos ſpirituales.

a *A ſolis ortu vſque ad occaſum, laudabile nomen domini. Aug.* Hic dicit quòd vbiq; debeat laudari.

b *Super cęlos. Auguſt.* Apoſtolos, per quos regnat in gentibus, & eſt, ideo ad laudes inuito: quia ſuper omnes eſt regnaturus.

*Vbi ſupra.* c *Quis ſicut dominus Deus noſter. Caſſiod.* Secũdò ipſe facit quod alios monet, vt & facto alios doceat. Quis? nullus qui per ſe poſſit.

d *In altis.* Angelis & ſanctis, & licet altus, non deſpicit humiles.

e *Humilia.* Hi ſunt, qui dono eius alti ſiunt, & in eis ſedet.

f *Reſpicit.* Humiles ſingulos.

g *In terra.* Sanctos quos ita reſpicit, ſicut econuerſo odit ſuperbos.

h *Suſcitans à terra inopem.* De labore corporis.

i *De ſtercore.* Erigitur cui carnis vitia non dominantur.

K *Qui habitare facit. Caſſiod. Aug.* Exponit, vbi ſuſcitat & erigit in eccleſia. ſ. quæ ante aduentum ſponſi ſterilis, modò mater multorum læta & fęta.
*Eſa. 54.a* Q. Nec ſolum erigit quos locet cum principibus iudices, ſed habitare facit in domo ſterilẽ, & ſunt filij multi deſertæ: qui ſi non omnia relinquũt, faciunt tamen ſibi amicos de mãmona iniquitatis p opera miſericordiæ.
*Luc. 16.b* Et humi Aug. Vel, les eoſdem in quibus habitat, quia in carne & in ſpiritu humilitas eorum reſpicitur. In cęlo. propter ſpiritus libertatem. In ter. propter corporis ſeruitutem. Q. qui humilitatem habent in ſpiritu, & oſtẽdunt
F in opere. Vel in cęlo, reſpicit quos vocauit iam, & habitat in eis. In terra. quos vocat vt habitet in eis. Vel, potius cęli ſunt qui cum domino iudicabũt. Terra, cætera ſanctorum multitudo. humiles tamen hi & illi. Meritò & cęli humiles: quia ſuſcitat à terra prius inopes, etiam adhuc quandiu in corpore gemunt.

*Gen. 21.a* l *Sterilem. Aug.* ſ. Saram. i. eccleſiam Gentilem, quæ prius ſterilis fuit: vnde per Saram ſignificatur. Eam, inquam, facit habitare in domo, id eſt in eccleſia Iudæorum inter ipſos Iudæos, vt in lapide angulari duo parietes coniungantur, & fiat vnum ouile.

m *Filiorum lætantem. Aug.* Ex perſona quorum hæc dicuntur. De quibus Eſaias ad eccleſiam loquens ait: Dicunt, in-
*Eſa. 49.f* quit, in auribus tuis filij quos amiſeras. Anguſtia eſt nobis in loco iſto, fac itaque nobis & nunc locum in quo cõmoremur. Tu verò dicis ĩ corde tuo Quis generauit mihi iſtos. Quis ergo iſtos educauit mihi? Q. cùm ſciam me eſſe ſine filijs, & viduam.

a ¶Ex quo incipitis. ¶Quia incipitis. ex quo vobis dicitur: ſed ſine fine laudate eum, non vos. etiam cum magni fueritis. b ¶Id eſt in progreſſu. c ¶In æternum.

dictum, ex hoc nũc & vſque in ſe- a
a ¶Vbique. b ¶Quaſi per circuitum ſolis. c ¶Non apud Iudæos tantum.
culum. A ſolis ortu vſque ad oc- b
¶Sit.
caſum, laudabile nomen domini.
a ¶Ideo laudate. b ¶Aug. homines.
Excelſus ſuper omnes gentes do- c
a ¶Vbi vident fulgere Deos quos colunt. id eſt ſolem & lunam & huiuſmodi. ¶Cęli ſupra ſe habent, quem humiles ſecum habent in pectore.
b minus, & ſuper cælos gloria eius. d e
¶Enim.
c Quis ſicut dominus Deus noſter, f
a ¶Quos exaltat, ſic vt non ſuperbos faciat. b ¶Intuitu miſericordiæ.
d e f qui ĩ altis habitat, & humilia reſpi- g h
a ¶Per ſolam gratiam.
g h cit in cęlo & in terra? † Suſcitans à i k l
a ¶Illos qui prius inopes erant. b ¶Vitijs carnis. ¶Carnalis voluptatis.
i terra inopem, & de ſtercore † erigẽs m n
pauperem. Vt collocet eum cum o
a ¶Ordinibus cęli & Angelis & hominibus. ¶Angelis. ¶Apoſtolis.
principibus, cum principibus po-
a ¶Saram matrem fidelium per omnes gentes.
k l puli ſui. Qui habitare facit ſterilẽ p
a ¶In eccleſia inter Iudæos.
m in domo, matrem filiorũ lętantem. q

b A ſolis ortu vſque ad occaſum. *id eſt ſecundum omnem extenſionem diſtantiæ localis.* G

c Excelſus. *Hic conſequenter Pſalmiſta inducit rationem ad propoſitum, quæ accipitur ex excellentia ſuæ prouidentiæ, ex qua meritò debet laudari, ideo dicitur: Excelſus ſuper omnes gentes dominus, quantumcunque ſint magnæ, & diuerſæ.*

d Et ſuper cęlos. *i. ſuper Angelos qui ſunt ciues cęleſtes.*

e Gloria eius. *Quia de omnibus hominibus & Angelis ad ſuam gloriam ordinat & diſponit, ideo ſubditur:*

f Quis ſicut dominus Deus no. *q. dicat nullus.*

g Qui in altis habitat. *Per ſuæ gloriæ refulgentiam.*

h Et humilia reſpicit. *Per ſuam prouidentiam.*

i In cęlo. *Quia ſuperbientes Angelos inde deiecit & humiliter ſibi adhærentes in gloria confirmauit.*

K Et in terra. *Quia in prima ętate rebellantes homines in diluuio ſubmerſit, & humilem Noe cum ſua familia ſaluauit, & quia ſimile fit frequenter in particularibus perſonis, ideo ſubditur:*

l Suſcitans à terra inopem & de ſterco. *i. de loco vili & fętido.*

m Erigens pauperem. *Hoc patuit in Manaſſe rege Iuda, qui propter ſuperbiam de regno ſuo fuit deiectus à Deo, & ab inimicis ſuis in carcere fętido recluſus & fame afflictus, & propter humilitatem ſuam, inde à Deo fuit releuatus, & in regnum reſtitutus. ideo ſubditur:*

n Vt collocet eum cum prin. *Tãquam eis præſidens. propter quod ſubditur:*

o Cum principibus po. ſui. *Poteſt autem hoc referri ad exaltationem humilium in gloria cęleſti, in qua collocantur humiles cũ Angelis, qui dicuntur in ſcriptura Principes, & diſtinguuntur per tres hierarchias. hierarchia autem idem eſt, quod ſacer principatus: & quia dicta exaltatio non ſolùm fit in ſexu virili, ſed etiam muliebri, ideo ſubditur:* H

p Qui habitare facit ſterilem in domo. *Dans ei fęcunditatem, per quam eſt honorabilis in domo mariti, in qua prius erat contemptibilis & abiecta propter ſterilitatem, ideo ſubditur:*

q Matrem filiorum lętantem. *Exemplum habetur de Anna, quæ propter ſterilitatem contemnebatur in domo Elcanæ à Fenenna, & conceſſa ſibi à Deo fęcunditate prolis, fuit honorabilis & lætabunda vnde fecit canticum illud: Exultauit cor meum in domino &c. Allegoricè exponitur pſalmus iſte de abiectione populi Iudaici, propter incredulitatem, & exaltationem populi Gentilis in bonis gratiæ: eò quòd deuotè recepit fidem catholicam. & ſic ſynagoga facta eſt ſterilis & abiecta, & eccleſia in fide gentium facta eſt fertilis & lætabunda. & hoc modo loquitur Apoſtolus, inducens illud Eſaiæ. Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filij deſertæ magis quàm eius quæ habet virum. Et vocat Gentilitatem ſterilem, & deſertam, quia multo tempore fuit deſerta à Deo propter peccatum idololatriæ: ſterilis in prole ad Dei cultum educata. & ibidem præmittit Apoſtolus: Scriptum eſt, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. & ſequitur: Hæc ſunt per allegoriam dicta: hæc. n. ſunt duo teſtamenta &c. Hanc autem expoſitionem non proſequor, quia diffuſè tractata eſt ab alijs in pluribus locis.*

## NIC. DE LYRA.

*à ſubditis non benedictione conſecrationis, quæ fit tantùm à maiori, ſed benedictione laudis, quæ impenditur à minori.*

a Ex hoc nunc & vſq; in ſe. *i. ſecũdum extenſionem omnis durationis.*

b A ſo- [...] In

*In pſal. cxij. Laudate pueri dominum.*

## ADDITIO.

Iſte pſalmus cum quinque ſequentibus vſque ad pſalmum: Beati immaculati. excluſiuè vocatur ab Hebræis Halleluia magnum, i. hymnus magnus, de quo ſingularem faciunt ſolennitatem: nam in tribus præcipuis feſtis & in neomenijs ſtãtes iſtum hymnum cum maiori cantant ſolennitate, quàm cęteros pſalmos totius pſalterij. Inſuper in nocte paſchæ quando agnus paſchalis comedebatur, poſt eius comeſtionem recumbentes ad menſam ipſum hymnum ſolenniter dicebant. Vnde de hoc hymno ex iſtis ſex pſalmis cõpoſito intelligi debet illud qđ imminente paſſione in Matth. legitur.
*Matt. 26.c* Hymno dicto &c. eò q Chriſtus poſt agni paſchalis comeſtionem hmôi ritum cõſuetum ſeruans, hymnum prædictum cùm Apoſtolis recitauit: quod etiam Hebræi hodie agno paſchali carentes in illa nocte ſcilicet paſchæ, iſtum hymnũ cũm azymis ſolenniter, put poſſunt cantant: in quo videntur prophetizare neſcientes, ſicut le-
*Ioh. 11.f* gitur de Caipha. Nã ipſi ſolùm attendunt ad hoc q in hoc hymno fit mentio de redemptione Ægyptiaca, cuius memoriã in paſchate celebrant. Sed amplius cõſideranti in hoc hymno continentur nõ modica myſteria eccleſiæ vniuerſalis ſpiritualiter à Deo redemptę incipientis ab Abel iuſto vſq; nunc: inter quæ fit mentio de redẽptione Ægyptiaca ſuo loco, vt infrà patebit: vnde in hoc hymno Pſalmiſta ſex principaliter facit. Nã in primò pſalmo ponit quandã præfationem generalem ad diuinam laudem pertinentẽ, in qua de exordio eccleſiæ militantis ante legem, & eius progreſſum vſq; ad aduentum Chriſti, per quem gratia facta eſt, præmittit. In ſecundo ſcilicet, In exitu Iſrael de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro. de ſtatu eccleſiæ ſub lege agit. In tertio Pſalmo ſcilicet, Dilexi, quoniam exaudiet dominus, &c. agit de ſtatu eccleſiæ in ipſo exordio redemptionis ante ipſius publicationem. In quarto verò. Credidi, propter quod &c. agit de ſtatu primitiuæ eccleſiæ publicatæ. In quinto. ſ. laudate dominum, agit de ſtatu eccleſiæ ex duabus gentibus iã vnitę. In ſexto vero pſal. ſcilicet Confitemini &c. agit de ſtatu eccleſiæ non ſolùm dilatatæ & vnigenitæ, ſed etiam florente et præualeſcente, prout latius patebit, in expoſitione horum pſal. in ſingulari. In hoc igitur primo pſalmo præfationali huius hymni Pſalmiſta octo facit quæ ſunt notabilia ad Dei laudem pertinentia. Primò enim oſtendit quis eſt laudandus, ſcilicet Deus trinus et vnus. Quod ſic patet: nam in principio huius pſalm. ter inuitat ad laudem Dei. Primò ſcilicet cum præmittitur Halleluia: quod



E quod idem eſt quod laudate Deum. Secundò inuitat ad laudẽ Dei cum dicit: Laudate pueri dominũ. Tertiò cum dicit: Laudate nomẽ domini. Quæ quidẽ trina inuitatio ad laudem Dei in eodem verſu ſeu cõtextu ſingularis eſt in hoc pſal. vt patet diſcurrenti per alios. Et ſic ſatis innuitur trinitas eius qui laudatur eo modo (etſi fortè clarioni) quo in illo verbo pſalmi: Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus, &c. & in ſimilibus ſolet cõiter exponi. Vnitas autem eius qui laudatur, oſtẽditur in hoc quod non Deos dicit laudandos, ſed Deũ. Similiter nec dixit: Laudate noĩa domini, ſed no-
*Matt. 28.d* men, eo modo quo dr̃ in Matt. In noĩe patris & filij & ſpiritus ſancti. Secundò oſtenditur etiam à quibus debet laudari, quia à pueris. ſ. animi puritate viuentes. Tertiò oſtenditur etiam q̃diu eſt laudandus. ſ. in hac vita & in futura, & hoc cum dicit: Sit nomẽ domini benedictum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum. Quartò oſtendit ét vbi eſt laudandus. ſ. vbiq;, & cum hoc dicit: A ſolis ortu vſq; ad occaſum. Quintò oſtenditur etiam qũo eſt laudandus. ſ. ſuper oẽm laudem cuiuſcunque creaturæ terreſtris & cęleſtis. & hoc cùm dicit: Excelſus ſuper omnes gen. dominus, & ſuper cęlos gloria eius. Sextò oſtendit quædam materia principalis ad Dei laudem in hoc hymno principaliter conſideranda. ſ. diuina prouidentia circa regimen creaturæ rõnalis, & hoc cũ dicit: Quis ſicut dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit. ſ. genus humanum, qđ in parte infima vniuerſi cõmoratur. Septimò oſtenditur quidam effectus hmôi diuinæ prouidentiæ, quo eccleſia fidelium ſumit exordium. ſ. ſuſcitare hominem à terrenis & fœtoribus peccatorum, & eum erigere ad ſtatum gratiæ & gloriæ: quod eſt maximum opus F
*Aug. ſuper Ioh.* iuxta illud: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. vnde Aug. ſuper Ioh. dicit, qđ maius opus eſt, qđ ex impio fiat iuſtus, quã creare cęlum & terram. & de hoc dicit: Suſcitans à terra. i. à terrenitate. Inopem in virtutibus. Et de ſtercore. i. de fętore peccatorũ. Erigens pauperem, vt collocet eũ cum principibus. i. cũ Angelis. Cũ principibus populi ſui. i. cũ patriarchis & prophetis. & in hoc innuit ſtatum eccleſiæ ante legem, in quo nondum erat aliquis populus diuino cultui mancipatus; ſed quaſi ſingulariter ſumebantur ſinguli iuſti in diuerſis partibus ad ſocietatem ſanctorum. Octauò oſtenditur quòd ex tali ſuſcitatione inopum & pauperum & collocatione eorum in cęleſtibus fœcundata eſt eccleſia in progreſſu temporis, & ſic quæ prius fuerat ſterilis, modo multos habet filios, iuxta il-
*Gal. 4.d* lud Apoſt. & Eſa. Lætare ſterilis, &c. & de hoc dicit: Qui habitare fa-
*Eſa. 54.a* cit ſterilem in domo, matrem filiorum lętantem, & in hoc continuat ſe dicendis in cæteris pſalmis huius hymni, vt videbitur. vnde pſal. iſte propriè videtur eſſe præfatio in huiuſmodi laude diuina.

## REPLICA.

IN Pſal. Laudate pueri dominum. vt dicit Burg. incipit Hebræorum hymnus. Et continuatur vſque ad Beati immaculati, excluſiuè. huͨc hymnum conſueuerunt cum multa ſolẽnitate dicere poſt eſum agni paſchalis. vnde opinatur Burgen. quòd illud Matth. Et hymno dicto exierunt in montem Oliuarũ:
*Matt. 26.c* debeat intelligi de iſto hymno: quòd ſi ita eſt nõ iudico, nec ſuam ſingularem expoſitionem reprobo.

## GLOS. ORDIN.

a *Halleluia. Caſs.* Item hic halleluia ex alio negotio ponitur. Sicut enim ex diuerſis actibus Deus laudatur, ita ex varijs negotijs iſte titulus annotat̃. Ab initio Hebræi populi per magna miracula populo illi exhibita, Chriſtum mundo datum propheta nuntiat, per quas ſimilitudines, id eſt per eorum ſignificata, etiam quiſque Chriſtianus liberatur. Erant enim figuræ myſteriorum ſpiritualium Chriſti & eccleſiæ, vt in pſalmi expoſitione clareſcit.

F

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. CXIII.

*Pſal. 113* IN exitu. *Aug.* Hic nõ narrantur præterita, ſed futura pręedicuntur, quia in illis geſtis futura ſignabãtur, & iõ non oĩa hic dicũtur quæ ibi geſta, ſed quędam aliter, ne putetur preterita recolere. *Caſ.* Primò dicit ꝓpheta quæ mira dederit Deus Heb. in figura, & Chriſtianis in ſpiritu. Scđo interrogat quare hęc facta ſunt, ibi. Quid eſt tibi mare? Tertiò inania ſimulacra gentium reprobat, & religionẽ Dei commendat, ibi: Simulacra gẽtiũ.

b *In exitu.* Q. cum Iſrael, id eſt domus Iacob de Ægypto. i. populo barbaro exiret.

c *Barbaro. Aug.* Barbara lingua eſt quæ Deum non laudat.

d *Facta eſt Iu. Caſ.* Sicut ille populus, cum exiret de Ægypto, ſanctificatus eſt in Iudęa. i. terra promiſſionis, colendo Deũ verum, quæ terra erat ante per idololatriam polluta, & ſicut potens factus eſt in ea. Qui. n. in Aegypto facti fuerãt ſerui, ibi facti ſunt domini. Ita exeuntes a pctõ ſanctificat Iudęa. i. cõfeſſio. Et per eam facti Iſrael poſſunt reſiſtere vitijs. & hoc. Vidit mare, id eſt peccatores ſeculi. Iordanis, qui varijs deſiderijs rapiunt homines in magnum mare, id eſt huius ſeculi amaricantem malitiam, ſed hęc in aduentu domini ceſſant, quaſi conuerſa retrorſum.

e *Mare vidit. Aug.* Hoc hic aliter dicitur quam factum eſt. Ibi legitur ſtetiſſe ab ea parte, qua aquę de ſuper fluebant, nec ibi quicquam dicitur de geſtientibus montibus, ſed tã ibi facta, quàm hic dicta figuræ ſunt.

a *Arietes*

a Halleluia CXIII.
a ¶Mente, ope Dei. b ¶Videntium Deum. c ¶De afflictione ſeculi cui renuntiant.
b IN exitu Iſrael dẽ Æ- a
a ¶Eccleſiæ. b ¶Luctantium: quod prius quam Iſrael.
gypto, domus Iacob b
a ¶A ſola pręm js gentium. a quibus ſe noſi eſſe debemus, vel à turba dæmonum. b ¶Confeſſio.
c d † de populo barbaro. Facta ẽ Iudęa c d
a ¶Quæ in corde, quod purgat confeſſio, & per eam facti Iſrael, poſſunt reſiſtere vitijs & eſſe filij Dei. & hoc eſt Iſrael pote. &c. b ¶Vnde: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri &c.
ſanctificatio eius, † Iſrael ptãs eius. e
a ¶Ergo. ¶Seculi. b ¶Retro ſit. ¶Vt via ad libertatem pateret. c ¶Deſcenſus humilis. ¶Id eſt baptizati ad eum vnde orti ſunt redierunt.
e † Mare vidit & fugit, Iordanis con f g
a ¶Et tunc. ¶Diſpenſatores verbi Dei Apoſtoli.
uerſus eſt retrorſum. Montes † exul- h

b Domus Ia. *Quia totus populus Iſrael deſcendit de Iacob, qui alio nomine dictus eſt Iſrael.*
*Gen. 32.f*
c De populo barbaro. *Omnes populi dicuntur barbari, exceptis Hebræis, Græcis, & Latinis: quia alia idiomata dicuntur barbara.*

d Facta eſt Iudęa ſan. eius. *Quia in Iudæa viguit cultus diuinus, & ſcientia legis, & prophetarum.*

e Iſrael poteſtas eius. *Sicut exercitus regis dicitur eius poteſtas, quia Deus per filios Iſrael tanquàm per exercitum ſuum eiecit Chananęos de terra illa, vt habetur in libro*
*Ioſue per totum.* *Ioſue, & ſic Iſrael dicitur poteſtas Dei, inquantum per poteſtatẽ à Deo ſibi cõceſſam, eiecit gentem illam. & ſecundum hoc littera iſta, facta eſt Iudæa, &c. reſpicit terminum exitus de Aegypto. In Hebręo autem & in transla. Hiero. ſic hr̃: Factus eſt Iudas &c. & ſcđm hoc reſpicit principium exitus de Aegypto, quia tribus Iuda prima intrauit mare rubrũ, ſequens Moyſen, alijs formidantibus, & tardantibus, & ſic facta eſt Dei ſanctificatio, inquantum factum iſtud declarauit Dei ſanctitatem, in cuius confidentia tribus Iuda cõſtanter ſecuta eſt Moyſen. Iſrael poteſtas eius, quia pro Iſraele pugnauit contra Aegyptios, Exo. & dixerunt Aegyptij: Fugiamus Iſraelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos.* H
*† Iſrael regnauit in ea*
*Exod. 14.f*
*† geſſierũt ſubſilierũt; velut*

f Mare vidit et fugit. *Quia ſe in partes diuiſit, retrahendo ſe à medio ad præceptum domini, acſi haberet ſenſum & intellectum: quia creatura obedit creatori ad nutum.*

*Ioſue 3.d* g Iordanis conuerſus eſt re. *Hoc fuit in exitu de deſerto, quia aquæ Iordanis ex origine ſua deſcendẽtes ſteterunt & eleuatæ fuerunt ad modum collis, & ſic in parte reuertebantur verſus locum originis, ſicut aqua fluminis inueniens obſtaculum reſultat verſus originis locum.*

*Num. 21.d* h Montes exultauerunt, vt arie. *id eſt cauſam exultationis dederunt filijs Iſrael, quia in tranſitu fluuij Arnon ſcopuli ex vna parte inclinati*

¶ *ſunt*

## NIC. DE LYRA. PSAL. CXIII.

IN exitu Iſrael. *Huic pſal. in tranſlatione Hiero. præmittitur Halleluia pro titulo: tamen in Heb. eſt finis pſal. præcedentis. In hoc autem pſal. inducit Pſalmiſta ad Dei laudem ex conſideratione beneficij populo Iſrael exhibiti in exitu de Aegypto. Et primò illud beneficium recolitur, ſecundò ex hoc Dei laus concluditur, ibi: Non nobis. Circa primum recoluntur plura mirabilia à Deo facta in exitu de Aegypto, non tamen ſecundum ordinem hiſtoriæ, aliqua narrando poſt, quæ tamen fuerunt prius facta, ſicut frequenter fit in ſcriptura, & maximè metricè compoſita, qualis eſt iſta. dicit igitur:*

a In exitu Iſrael de Ægypto, *Qui habetur in Exod.*

*b* Do-

## MORALITER.

✱ a *In exitu Iſrael de Aegypto.* Pſalmus iſte loquitur de beneficio Dei exhibito populo Iſrael in exitu de Ægypto. Moraliter aũt põt exponi de Dei bñficio circa quẽlibet Chriſtianũ de pctĩs egreſſum ſic: In exitu Iſrael de Ægypto. i. Chriſtiani de tenebra peccati.

b *Domus Iacob de po. barbaro.* i. de peccantium numero.

d *Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius.* i. vera & perfecta confeſſio. Iudæa nanque confeſſio interpretatur.

e *Iſrael poteſtas eius.* id eſt Angelus cuſtos ipſius: quia ſicut Angeli ſe retrahunt à cuſtodia hominum propter peccatorum multitudinem, ſicut in eorum perſona dicitur, in Iere. Curauimus Babylo-
*Iere. 51.a* nem, & non eſt curata: derelinquamus eam. ita redeunt ad cuſtodiam ipſorum propter veram pęnitentiam.

f *Mare vi. & fu.* i. Angelus malus tanquam mare tempeſtuoſum, videns Angelum ſanctum reuerſum à tentatione ſe retrahit.

g *Iordanis conuerſus eſt re.* Qui riuus iudicij interpretatur. Per hoc ergo ſignificatur quòd pęnitentia peccatorem facit reuerti de iudicio condemnationis ad iudicium ſaluationis.

h *Montes exul. &c.* Per montes ſignificantur Angeli maiores, & per colles minores, qui exultant de pœnitentia peccatorum.

 ✱ *Gaudium*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Arietes. Auguſt.* Qui collibus vtriuſque teſtamenti hæreticos debellant, & ſuperſtitiones diruunt Vnde alibi: Afferte domino filij Dei, affer. do.fi.arie. Et ſexta manſio filioru Iſrael de Ægypto venientium, fuit Elim: quæ interpretatur arietes, vbi erant duodecim fontes, & ſeptuaginta palmæ: quibus ſignificatur duodecim Apoſtoli & ſeptuaginta diſcipuli, quos in ſexta ætate elegit dominus, vt per quatuor mundi partes, Chriſti victoriæ palmam portarent deſtruentes gemino cornu vtriuſq; teſtamenti omnem ſcientiam aduerſus Chriſtum ſe erigentem.

*Vbi ſupra. Pſa.8.a*

b *Colles. Caſſio.* à colendo, mediocres, nõ enim hæc ad literam. vnde & per mare & Iordanem, id eſt per antiqua facta, hæc ſignari non ambigas quæ hodie ſpiritualiter fiunt.

*Vbi ſupra.*

c *Quid eſt tibi. Caſſiod.* Secundò interrogat quare hæc, vt excitet admirationem. Et ſoluit: A facie domini.

d *A facie. Caſſio.* Vna duobus reſponſio, quia vnus autor & ſecula fecit obſtupeſcere, & ſua, id eſt mõtes & colles gaudere. Chriſto enim apparente moti ſunt homines à ſua ſuperſtitione ad cultum Dei.

e *A facie Dei Iacob.* Et q. quæreret, qs eſt dominus Deus Iacob non recẽs, vel qui facit eos luctari.

f *Qui conuertit petram. Caſſiod.* Dura corda Iudæorum, ad aquam baptiſmi.

g *Rupem.* Gentiles, vt & ipſi emanẽt irriguos fontes prædicationis. *Aug.* id eſt ſe prius durum, cùm ignoraretur, liquefecit ad irrigandos fideles, vt ſit in eis fons aquæ viuæ ſalientis in vitam ęternam. cùm reſurgẽs aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Ipſe ergo dominus erat quaſi petra & rupes, donec apertis ſcripturis velut fons influeret, atque omnibus credẽtibus inundaret, di. Si quis ſi. ve. ad me, & bi.

*Ioh.4.b* F *Ioh.7.f*

h *Non nobis. Caſſiod.* Cùm dixit Deũ bona dare, petit vt propter nomen ſuum det ea. quia merita nõ videt in hominibus. Gloria eſt cùm immeritis dat. Miſericordia, dum peccantibus parcit. Veritas, dum præmia reſtituit, vel impios punit. Ideo, Da.

i *Nequando dicant.* Hoc ſępe impij imputant bonis afflictis.

K *Miſericordia. Auguſt.* id eſt reparatione.

l *Veritate.* id eſt promiſſione impleta.

m *Vbi eſt Deus eo. Aug.* Hoc ſolent dicere gentes, quæ habẽt viſibiles Deos, quia inuiſibilem Deum colimus.

n *In cęlo. Auguſt.* id eſt Chriſto homine, ſecundum illud: Deus erat in Chriſto, mundum ſibi reconcilians. Vel in cęlo. Caſs id eſt potens ſuper omnes creaturas.

*1.Cor.5.d*

o *Omnia quæcunque.* Per quod omnipotens apparet.

p *Simulacra gentium. Caſſiod.* Tertiò, inania ſimulacra probat, & religio Dei quàm ſit vtilis, oſtendit. Et eſt hic perfecta demonſtratio in vituperatione & laude. *Aug.* Oſtẽſa potentia Dei ex operibus, tranſit ad Deos gentium viſibiles.

q *Argentum. Auguſt.* Sed quia Deus hoc fecit, inquit: Opera manuum hominum. hoc venerantur quod inde fecerunt: materiam enim creauit Deus, ſed ſtultitia hominum formam addidit.

r *Os habent. Aug.* Manu ſunt formata, ſed non habẽt membrorum officia: plus autem valet in affectibus miſerorũ forma viuẽti ſimilis. quia os habent &c. quàm ad eos corrigendos, quòd non viuit, nec officijs membrorũ poteſt vti. *Aug.* Os habent. Cur adeò inculcat in multis locis, quæ ſunt omnibus nota: quia effigies viuenti ſimilis hoĩes ſeducit, vt putent in

a Duces populi. b Qui ſemen fidei receperunt. c Non inuidi, innocentes, per arietes generati. Per Euangelium geniti.

tauerunt vt arietes, & colles ſicut agni ouiũ. Quid eſt tibi mare, quòd

a Sed hoc videntes mirantur. Auguſt. Quid eſt ò ſeculum, quod tua impedimenta ceſſerunt, vt tot milia hominum ad dominum conuertantur, & hoc eſt: Et tu Ior. &c.

a Qui varijs deſiderijs fluitis. Quaſi: Cur veſtras conſuetudines dimiſiſtis?

fugiſti, & tu Iordanis, quia cõuerſus es retrorſum? Montes † exultaſtis

a A tuo propoſito. b Quid eſt quod. Quibus dicitur: Euge ſerue bone & fidelis.

a Quibus dicetur: Venite benedicti patris mei.

ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium. A facie domini mota eſt terra,

a Ecce cur. A clementia vel ira quam præuident futuram. Aug. Hiero. a præſentia illius qui dicit: Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſec. Vel cognitione. b Quæ pigra erat commota, vt ſolidius firmetur.

Etiam.

à facie Dei Iacob. Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & † rupem in fontes aquarum. Non nobis domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam. † Super miſericordia tua & veritate tua, nequando dicant gẽtes: Vbi eſt Deus eorũ: Deus autem noſter in cęlo, †omnia quæcunque voluit, fecit. Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os ha-

a Caſs. Quia hæc per a crumpentis aquæ de petra non pro meritis, ſed ſolum ferante data eſt.

a Iudæis. b Gentibus.

a De. Aug in miſericordia vocat impios: in veritate iudicat non venientes

a Aug. Cum eis non credendus prædicatur, ſed tremendus oſtenditur

a Quærunt: vbi eſt? b Alias, in cęlo ſurſum, alia littera. Quaſi omnia corpora cęleſtia & terreſtria tranſgreditur.

a Vel in corporalibus vel in ſpiritualibus. b Deus noſter talis eſt, ſed. Non veri dij.

a In materia. His maior reuerentia. Aug. Habent & lignea & fictilia, ſed pretioſiora ponit, vt cum in his erubeſcit, facilius in cæteris.

a In forma.

*Iſrael præbuit, & ſimiliter ſcopuli dicto modo inclinati videbantur applaudere aduentui filiorum Iſrael, & tranſitui.* G

a Quid eſt tibi mare quod fugiſti, & tu. *q.d. vnde venerunt iſta mirabilia in mari rubro & Iordane & collibus? vt dictum eſt. & rñdet.*

b A facie domini. *Quaſi dicat à diuina voluntate proceſſerunt iſta, cui obediunt etiam inſenſibilia: quia ſicut ad Dei nutum mota eſt terra, quando abſorbuit Dathan & Abiron: ita aquę & colles in prędictis & conſimilibus alijs. vnde & ſubditur: aliud mirabile factum quod fuit in deſerto, cum dicitur:*

c Qui conuertit petram. *Dando abundantiam aquæ de petra.*

d Et ru. in fon. aqua. *Cumq; Moyſes eleuaſſet manum, percutiẽs virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquę largiſſimæ &c.*

e Non nobis. *Hic ex prædictis miraculis diuinus honor concluditur, & primò oſtenditur quòd ſit honorandus. ſecundò, à quibus ibi: Non mortui laudabunt te. Prima in duas, quia primò Dei gloria ex dictis concluditur. ſecundò idololatria excluditur, ibi: Simulacra gentium. Circa primum dicit pſal. Non nobis domine attribuatur gloria de prædictis mirabilibus & conſimilibus.*

f Sed nomini tuo. *Quia in talibus tota ratio facti, eſt potentia facientis, ſecundum quod dicit Aug.*

g Super miſericordia tua. *Talia enim facta ſunt à Deo populo Iſrael ad declarationem diuinæ veritatis, qua impleuit promiſſiones factas patribus ſcilicet Abrahæ, Iſaac, & Iacob, & ſimiliter ad declarationem diuinæ miſericordiæ: quia quamuis populus Iſrael ipſum frequenter prouocaret ad irã, vt in adoratione vituli & alijs malis quæ fecit in deſerto: tamen adimpleuit promiſſum patribus factum, in hoc declarans miſericordiæ ſuæ effectum.*

i Ne quando dicant gentes. *id eſt Gentiles idola colentes.*

K Vbi eſt Deus eorum. *ſ.Heb. Si enim nõ adimpleſſet promiſſa eis facta, videret Gentilibus quod defeciſſet virtus ſua: & quia tot mirabilia fecit pro eis, poterant liberè dicere Gentilibus.* H

l Deus autem noſter in cę. *Quia ibi magis relucet ſua poteſtas: veruntamen quia ſe extendit ad omnia inferiora, quod patet per eius miracula facta in mari & in terra, vt præmiſſum eſt. ideo ſubditur: Omnia quæcunque voluit fecit.*

m Simulacra. *Hic conſequenter excluditur idololatria, cuius primò oſtenditur vanitas, & ſecundò latriæ vtilitas, ibi: Domus Iſrael. Primum oſtenditur per hoc, quòd idola facta ſunt de ſenſibili materia artificialiter. & hoc eſt quod dicitur: Simulacra genti. quia materia artificialium eſt tota ſubſtantia eorum, ſecundum Philoſophum. 2. Phyſi.*

n Opera manuum hominum. *Per ſculpturam, ſicut ſunt lignea & lapidea, vel per fuſuram, ſunt metallica.*

o Os habent & nõ loquen. *Oſtendit euidenter, quod careant vita per* ¶ *carentiam*

## MORALITER.

✱ Gaudiũ eſt in cęlis Angelis Dei, &c. Et de pluribus magis gaudẽt.

a *Quid eſt ti. mare quod fu.* i. vnde venit malorum Angelorum fuga, & conuerſio iudicij dicta? & reſpondetur cùm dicitur:

b *A fa. do. mo. eſt ter.* i. homo factus de terra, motus eſt per pęnitentiam de culpa ad gratiam per miſericordiam diuinam.

c *Qui conuertit petram in ſtag. aqua.* id eſt cor peccatoris durum in fluxum lachrymarum.

e *Non nobis do.* Hic oſtenditur, quòd de prædictis tota gloria ſit Deo attribuenda, & patet litera.

g *Super mi. tua.* Qua reuocas peccatores.

h *Et veritate tua.* Qua ſic dictum tuum imples, in Ezec. Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis con. &c.

i *Nequando dicant gen.* Si enim non impleret dictum ſuum, haberent infideles occaſionem blaſphemandi ipſum: ſed quoniam fideles debent aſſerere contrarium, ſubditur in perſona eorum.

l *Deus autem noſter.* Sed dij infidelium ſunt falſi, ideo ſubditur:

m *Simulacra gen. ar.* Poteſt etiam hoc exponi moraliter de hypocritis propter quæſtum. Auguſt. Aurum diligis: aurum es.

n *Opera manuum hominum.* Nam omnia faciunt propter homines, per hoc ab eis aurum, & argentum extorquentes.

o *Os ha. & non lo.* ſ. vera, ſed tantum falſa, quæ ſunt nõ entia: Sicut ✱ enim

## NICO. DE LYRA.

¶ *ſunt vſque ad ripam oppoſitam fluminis: & ſic præbuerunt tranſitum filijs Iſrael, & interfecerunt inſidias ibi latentes contra filios Iſrael, ſicut dictum fuit, vbi ſcribitur ſic: Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon: ſcopuli torrentiũ inclinati ſunt &c. & ſic dicuntur etiam in ſe exultaſſe metaphoricè, ſicut & de mari rubro dictũ eſt. Mare vidit & fugit: quia ad modum cognoſcentis iter ſuum filijs Iſrael*

*Num.21.d*



A tent in ea eſſe occultum numen, & non eſſe ſine viuo habitatore: vnde & dæmones ad poſſidenda ſimulacra inuitant, qui in eis ſæpe fallunt. Hæc autem alibi damnat: Omnes dij gentium dæmonia. Prudentiores verò dicunt, ſe nec idola, nec in eis dæmonia colere, ſed quæ per idola ſignantur: vt per hoc aerem: per illud terram, & cętera huiuſmodi. Hos tranſeunt, & alij, dicentes ſe non colere ipſa corpora: ſed quæ illis regendis præſidẽt numina, vt Iouem, Mercurium, & huiuſmodi, quæ omnia dãnat Apoſtolus, qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori.

a *Non cla. Auguſt.* Pòſt loqui (quod eſt hominis proprium) hoc commune addit, vt pro beſtiis ĩtelligas dictum, cætera quæ dixit communia, non ad ſolum hominem referas. Nam & vident & audiunt, & olfaciunt, & ambulant: vt nõ ſolum hoĩes, ſed etiam beluas ſimulacris pponendas cognoſcas: vt ſi pudeat te adorare beſtiam hæc oĩa habentem, multò magis pudeat te adorare mutum & carens vita ſenſuq; ſimulacrum.

b *Similes il. Aug.* Vide erubeſcibilem culturam dum ait: ſimiles. q verè ſũt, vel ſimiles ſe eis intelligant.

c *Domus Iſrael. Caſ.* Hic oſtendit Chriſtianæ religionis virtutem.

d *Domus Aaron. Aug.* Ne aũt videatur maioribus iam res quæ inferioribus eſt ſpes, addit: Domus Aaron.

e *Memor. Caſ.* Vt conuerteret, & conuerſos per eundem benedixit.

f *Super vos. Auguſtinus.* Quia creuit numerus magiſtrorum.

g *Super filios.* Quia creuit etiã numerus ſequacium. Ergo vos vtrique patres & filij benedicti eſtis Domino, qui uos fecit cœlum in maioribus, & terram in minoribus, vel fecit omnẽ creaturam.

B

h *Benedicti vos do. Caſ.* Qui optauit ſuprà benedici, iam cõfiſus dicit, Benedicti: quod ad Deum pertinet. vt & ei ſeruiatis. Verè Domino, quia etiã cœlum cœli. i Chriſtus eſt ad honorem Domini. Vel:

i *Cœlum cœli.* i. empyreum dedit Domino Chriſto ſecundum quod hõ.

K *Terram autem.* iſtam inferiorem dedit.

l *Filijs hominum.* vt in ea ſe purificent. Vel, populum prædicatoribus. vnde: Sicut miſit me pater, & ego mittam vos. Et terram. *Auguſt.* In puſillis, ſed quia & hi creſcẽdo fiunt cęli, magni ſic ſunt cęlum terræ quam lacte nutriũt: vt ſint & cęlum cęli, dum eam ſperant in cęlum vtili hoc autem cęlum cęli eſt Domino: quia illi magni ſoli Domino docibiles ſunt, quia iã non ab homine neque per hominẽ: ſed per ipſum Deum capiunt ſynceritatem, & vbertatem ſapiẽtiæ: quibus filijs hominum dedit terram, in qua operentur. i. ſubiectos, quos excolerent ad fructificãdũ. vnde: Sicut miſit me pater, & ego mitto vos &c. ergo vtrique cęlum, & terra viuant, ex eo qui fecit ea, & laudent. Aliter enim moriẽtur. Et, A mortuo quaſi non ſit, petit confeſſio. Cęlum cęli. *Auguſt.* Dicit eos, quorum mẽtes ſic ſublimauit vt nulli hominũ, ſed ipſi Deo docibiles fierent, quorum comparatione omne viſibile. i. cęlum & terra. Dicitur terra quam dedit filiis hominũ, ideſt minoribus, vt eius conſideratione coniiciant creatorẽ: quem infirmi ſine adminiculo adhuc videre non poſſunt.

a *Neque*

a Homo qui loquitur, melior. Hoc proprium hominis, cetera communia homini cum beluis, vt non ſolum homines, ſed & beluas ſcias ſimulacris anteponendas.

bent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. Aures habent, & non audient: nares habent,

a Aug. Hoc & ſimiæ poſſunt quæ manibus contrectant: meliores itaque ſunt.

& non odorabunt. Manus habent, & non palpabunt: pedes habent,

a Aug. Melior eſt beſtia: quæ etſi non loquitur, clamorem tamen habet in faucibus.

& non ambulabunt: non clamabunt in† gutture ſuo. Similes illis

a Qui talia ſunt ſimulacra: Itaque. Videant ea apertis & viuentibus oculis, & adorent clauſis & mortuis membris.

Adorantes.

fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. Domus Iſrael †ſperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum eſt. Domus Aaron ſperauit in Domino: adiutor eorum, & protector eorum eſt. Qui † timent Dominum, ſperauerunt in Domino: adiutor eorum & protector eorũ eſt. Dominus memor fuit noſtri, & benedixit nobis. Benedixit domui Iſrael, benedixit domui Aaron. † Benedixit omnibus qui timent Dominum, puſillis cum † maioribus. Adijciat Dominus ſuper vos, ſuper vos & ſuper filios veſtros. Benedicti vos à Domino, qui fecit cęlum & terrã. Cœlum cœli Domino, terram au-

a Autem. Generalis eccleſia.

a Quod non videtur. b In Deo abiecto. c Vnde. Vt autem perduret vſque ad finem patientia, adiutor &c. In agendis bonis.

a Contra fraudes diabolicas. b Etiam. Ordo ſacerdotum.

a Vt & ipſi perſeuerent.

a Ne eis noceatur.

a Ideo adiutor & protector maiorum & minorum. quia vtrique tim. dom. Hęc duo ſpes & timor beatos faciunt. In omni gente.

a Autem. b Non enim nos præuenimus miſericordiam Dei, ſed Dominus memor fuit noſtri. Qui diu quaſi oblitus videbatur.

a Per filium miſſum. Aliàs nos.

a Eccleſiæ. Aliàs domum.

a Pontificibus. Scilicet. Nullum genus excluditur.

a Maioribus benedixit. Autem. Benedictionem, vel numero veſtro alios. Ita factum eſt, cum de lapidibus ſuſcitantur filij Abrahę.

a O Iudæi. b O gentes.

a Et ſic erit. b Vtrique. Patres & filij.

a Honori Dei. b Vos. c In maioribus. d In minoribus.

a Autem. Quia maiores à ſolo Deo docentur. b Eſt. A. c Populum inſtruendum. Omnia viſibilia. In puſillis.

i Et omnes qui confidunt in eis. *ſcilicet idolorum cultores: quia confidunt in nihil vano: ſicut & idolum nihil eſt. Apoſt.* C

*1.Cor.8.b*

K Domus Iſrael. *Hic conſequenter oſtenditur latriæ vtilitas, & primò in euaſione mali, ſecundò in adeptione boni, ibi: Dñs memor. Primũ patet per hoc q colentes Dominum proteguntur ab eo in periculis, & hoc eſt, quod dicitur: Domus Iſrael ſperauit ĩ Domino. Ipſum deuotè colendo.*

l Adiutor eo. & prot. eo. eſt. *Sicut patet cõtra Pharaonem & eius exercitum, & contra reges Chananæorum, vt patet in li. Ioſue.*

*Exodi 14.f Ioſue per totum.*

m Domus Aaron. *Licet domus Aaron contineretur in domo Iſrael, ſicut pars in toto: tñ de ea fit ſpãlis mentio: quia ad eam ptinebat ſacerdotium, quod eſt latriæ officium.*

n Adiutor eo. & pro. *ſicut patet in deuoratione Core à terra, eò quòd volebat ſibi & ſuis vſurpare ſacerdotium contra Aaron et filios eius.*

*Num.16.e*

o Qui ti. *dicit Ra. Sa. q hoc dr̃ propter conuerſos de Gentilitate ad Iudaiſmum, qui non erant de filijs Iſrael: & tñ Deus erat adiutor eorum ſimul cũ filijs Iſrael: quia multi de talibus aſcenderunt cũ eis de Aegypto. Pòt etiã hoc exponi de Gentilibus Deum colentibus, qualis fuit ſanctus Iob, & multi alij.*

*Exodi 12.f*

p Dñs me. ſ. *Hic conſequenter oſtendit vtilitas latrię in cõſecutione boni tpalis, & ſpũalis. & hoc eſt qđ dr̃: Dñs me. ſu. no. licet obliuio nõ cadat in Deo, nec per cõſequens recordatio ppriè dicta: tñ ſecundum cõem modum loquendi boĩum dicitur recordari aliquorũ, quando facit eis bonum. ideo ſubditur:*

q Et be. nobis. *multiplicando in ſpũalibus & tpalibus bonis. Quod declarat conſequenter in toto populo Iſrael, cùm dicitur:*

r Benedixit domui Iſrael. *Secundò ſpecialiter in tribu ſacerdotali, dicens: Benedixit domui Aaron. Tertiò generaliter in omnibus Deum colentibus, ſiue ſint cõuerſi ad Iudaiſmum, ſiue Gentiles rectè viuentes: quibus Pſalmiſta imprecatur bonorum augmenta, dicens:*

s Adijciat do. *iterũ alia bona conferendo.* D

t Benedicti vos à do. *per conſecutionẽ gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro.*

u Qui fecit cęlum & ter. *propter quod poteſt dare ſuam benedictionem gratię in præſenti vita, quæ per terram deſignatur: & gloriæ in futuro, quæ per cęlum ſignatur: quod adhuc amplius declarat dicens:*

x Cęlum cęli do. *quia ibi magis relucet gloria ſua in angelis ſanctis.*

y Terram autem dedit filius hominum. *id eſt habitationi eorum pro vita præſenti,* ¶ *in qua*

## MORALITER.

✱ enim verum, & ens conuertuntur, ſic falſum & non ens.

a *Oculos habent & non videbunt.* ſcilicet cęleſtia, ſed terrena.

b *Aures habent & non audient.* ſ. diuina mandata ſaltem ad operandum.

c *Nares habent.* i. diſcernendi ſenſum.

d *Et non odorabunt.* eligendo bonum.

e *Manus habent.* operando bonum.

f *Pedes habent &c.* in via morum.

g *Non clamabunt in gutture ſuo.* Deum deuotè orando.

h *Similes illis fi.* ideſt illi qui eos ad hoc inducunt, vel ſuſtinent, ſimilem pęnam incurrent.

K *Domus Iſrael.* Per domum Iſrael ſignificantur boni religioſi, qui ſunt contemplatiui. Per domum Aaron pontificis boni prælati per hoc quod ſubditur:

o *Qui timent Dominum, ſperauerunt in do.* generaliter boni Chriſtiani. omnes enim iſti ſperant in Domino ſpe formata charitate: propter quod eorum adiutor eſt in neceſſitatibus quantùm ſpectat ad ſalutem. ideo poſſunt dicere:

p *Dominus memor fuit noſtri.* ſcilicet bona, nobis faciendo.

q *Et benedixit nobis.* in bonis ſpiritualibus multiplicando.

r *Benedixit domui Iſrael benedixit domui Aaron.* exponatur, vt ſupra.

t *Adijciat Dominus ſuper vos.* ſuam gratiam augmentando.

u *Cęlum cęli.* nam ibi magis relucet eius poteſtas.

z *Terram autem de. fi. ho.* ſicut dicitur: Per me reges regnant. *Prouer. 8.b*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *carentiam affatus, viſus, auditus, olfactus, tactus, et greſſus: quib. vita manifeſtatur in hominibus & animalibus, & patet litera vſque ibi:*

b Similes illis fiant qui fa. *ſcilicet artifices: quia carent vita ſpirituali: ſicut illa, ſenſibili.*

i Et om-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Neque omnes qui deſcendunt.Caſſi.* Vel non omnes qui deſcendunt,quia & ſancti deſcenderunt,ſed non in inferiori.

NICOLAVS DE LYRA.

*in qua ſi debitè viuant, & Deum colant, aſſumentur ad habitationem cœleſtem cũ angelis, ſecundum quod dicitur in* Matt.22.c *Mat. In reſurrectione erunt ſicut angeli Dei in cœlo.*

a Non mor. *Suprà oſtendit, ꝙ Deus eſt colendus,hic conſequenter oſtẽdit à quibus,et loquitur de cultu meritorio dicens: Non mortui laudabunt te Dñe.quia ſunt extra ſtatum merendi: quia ſecundum Damaſcenum quod eſt hominibus mors,hoc eſt angelis caſus.*

b Neq; oẽs qui de. in infernum. *Quia ſi accipiatur pro inferno damnatorum, ibi non eſt Dei laus,ſed magis blaſphemia. Si aũt de limbo patrum vel puerorum in originali decedentium,iam ſunt extra meriti ſtatum.* † dominũ

c Sed nos qui viui. *vita præſenti.*

d Benedi.do. *Meritoriè, quia ſtatus meriti durat vſque ad mortem: pp quod in ipſo laudatur Deus meritoriè.*

e Ex hoc nunc & vſq; in ſe.i. *vſq; ad finem pñtis ſeculi: quia etſi tunc deficiet tempus meriti,permanebit tamen laus ſanctorũ in patria. Beati qui habitant in domo tua domine,in ſecula ſeculorũ laudabunt te.* Pſal.83 *In hoc pſal.moraliter intellecto inuitatur quilibet peccator miſericordiã conſecutus ad Dei laudem pro beneficio exitus de peccato,quod per Aegyptũ deſignatur,eò ꝙ Aegyptus tenebra interpretatur, cuius Iudæa fit ſanctificatio,eò ꝙ interpretatur confeſſio. Tũc fugit mare.ideſt amaritudo culpæ. Iordanis,qui interpretatur riuus iudicij. Retrorſum conuertetur.ſ.à iudicio condẽnationis ad iudiciũ ſalutionis. Terra mouet̃ à facie Domini, quia bõ dictus ab humo mouet̃ motu bonæ opationis. De petra.i.corde prius duro fluunt aquæ deuotionis,idololatria abijcitur,qa auaritia quę eſt idolorum ſeruitus. per liberalitatem eijcitur,* Epheſ.5 *& Deus fide,ſpe,& charitate colitur,& ſic ab homine viuificato per gratiam benedicitur.*

¶Vt per ea cognoſcant inuiſibilia Dei. b ¶ Minoribus prędicatoribus. c ¶ Cum hęc ita ſunt,non mortui in peccatis.

tem dedit filijs hominum. Nõ mortui laudabunt te Domine, a

a ¶Aliquis omnium. b ¶Quia peccator cum venerit in profundum vitiorum contemnet.

a neque omnes qui deſcendunt in b infernum. Sed nos qui viuimus, c

a ¶Ex quo incipimus.

benedicimus † Domino, ex hoc d e nunc & vſque in ſeculum.

a ¶Scilicet progrediendo. ¶I. fine.

MORALITER.

✱ a *Non mor.lauda.te Do.* Meritoriè,quia ſunt extrà ſtatum merendi.

c *Sed nos qui viui.* vita naturæ, & gratiæ.

d *Benedi.Do.* meritoriè.Ideo ſequitur,

e *Ex hoc nunc & vſque in ſeculum.*

*In pſal.113.In exitu Iſrael de Aegypto.*

ADDITIO.

¶ Quia in primo pſal.huius hymni prædicto Pſ.inuitauerat ad Dei laudẽ cũ ſuis debitis circũſtantijs, includens de ſtatu eccleſiæ ante legẽ.ſ.antequã aliquis populus eſſet cultui diuino mãcipatus. ĩ hoc aũt Pſal.agit de ſtatu eccleſiæ ſub lege,circa qđ ſex facit. Nã primò oſtendit,vnde ſumit initiũ,vt populus Iſrael ſegregaret̃ ad cultũ diuinũ,& de hoc dicit:In exitu Iſrael de Ægypto &c. Scđò oñdit quõ hmõi populus fuit à Deo ſanctificatus p dationẽ legis,per quã ſpecialius fuit ſub eius regimine & ptãte,de quo dicit: Facta eſt Iudæa Exodi 19.a ſanctificatio eius.in Exo.enim legitur Deũ dixiſſe populo ante legis dationem:Vos vidiſtis quę fecerim Ægyptiis &c.ſ.in exitu Iſrael. Si ergo audieritis vocem meam,&c.Eritis mihi in regnũ ſacerdotale, & gens ſancta,& ſic facta eſt Iudæa ſanctificatio eius, &c. Conſequenter tertiò oſtendit,quõ illi populo ſic Deo mancipato fuerunt magna miracula diuinitus fcã.de quo dicit:Mare vidit, & fugit &c. vſq; ibi:in ſtagna aquarum,& exponatur prout in poſtil.Cõſequenter quartò oſtendit, ꝙ oĩa hmõi miracula attribuenda ſunt diuinæ F glorię,& in idololatriæ deteſtationẽ, quæ qdem idololatria primò fuit prohibita in ſcđo præcepto decalogi, & cõſequẽter in toto pceſſu legis Moſaicæ multipliciter deteſtata,& de hoc dixit: Nõ nobis domine &c.Simulacra gentiũ &c. vſq; ibi: Et oẽs qui cõfidunt in eis.& exponantur ſicut in poſtil.Conſequenter quintò cõmẽdat populũ Deo mancipatũ,& per ſuos ordines diſtinctũ eos multipliciter benedicẽdo.de quo dicit: Domus Iſrael ſperauit in dño,&c. vſq; ibi:Qui fecit cęlũ & terrã.exponatur prout in poſtil.Cõſequẽter ſextò innuit quendã defectum huius ſtatus.ſ.exiſtentiũ ſub lege Moſaica.Pro quo ſciendũ, quòd in lege Moſaica nõ fuit promiſſũ regnũ cęlorũ in premiũ,ſed tm̃ terrena.In lege aũt gr̃æ hoc fuit expreſſè ore Chr̃i promiſſũ:Beati pauperes ſpiritu, qm̃ ipſorũ eſt regnum cęlorũ,& ſic in alijs ſequentibus.vnde Pſ.innuẽs iſtũ defectũ dicit:Cęlum cęli domino. q. d. regnum cęlorum Deo tm̃ remanet nõ eſt.n.hoibus promiſſum, quia in lege Moſaica terram tm̃ dedit filiis hominum,ſed nõ cęlum.Ex quo ſequitur,quòd illi qui ſub lege Moſaica deceſſerunt,quantũcunq; iuſti non laudabant dominũ per adeptionem gloriæ,neq; meritoriè, cùm in alia ceſſet ſtatus merendi,& de hoc dicit: Non mortui laudabunt te domine.ſ.in illa lege poſt hanc vitam,& multò minus condẽnati in infernum:de quo dicit:Neq; oẽs qui deſcendunt in infernũ, quia tamen in illa lege viatores iuſti in hac uita exiſtentes meritoriè Deũ laudabãt,idcirco dicit:Sed nos qui viuimus benedicimus domino.& quia horũ meritum extendebatur vſque in æternum vitam poſt redemptionem à Chriſto factum,ideo dicit,ex hoc nunc & vſque in ſeculum. H

GLOS. ORDIN.

a *Halleluia.* Hic titulus ſæpe iteratur,quia laudatio Dei,& dignitas eſt operum, & pretium laborum, ideſt meritũ eſt & premium. *Caſſio.* Propheta de fouea peccatorum liberatus, Expo.pſ.114 & in petra conſtitutus primo gratias agit, quia exauditus eſt,& contra omnia pericula ſe inuocaſſe dicit. Pſalmus iſte eſt conſolatio fidelium contra dolores ſeculi.

GLOSSA ORDINARIA.

PSAL. CXIIII.

Enar.pſ.114 to 6. Luca 15.a Dilexi. *Aug.* Dicit hoc,ouis quę errauerat,filius reuerſus huius ſeculi peregrinus. *Caſſio.* Dilexi. Nõ pp tẽporalia bona mihi data,vt & infideles.Sed quoniam &c. *Caſſi.* Diligit Deus & ab in- Pſal.48.d fidelibus,quia bona dat.vñ.Cõfitebit̃ tibi cùm benefeceris ei. Diligit̃ pfectè, cùm aius aduerſis non mouet̃,ſed ſpe accẽditur, quẽ modũ poſt exponit:Dilexi.Non quia me regem fecit,proſpera dedit:ſed quia orationem audit in anguſtijs.

c *Et in die. August.* ſ.meæ miſerię,quos mihi feci peccãdo,qui ſunt pleni laboris & doloris.i.vetuſtæ putredinis.

Rom.10.c d *Inuo.* qđ non eſt ſine fide. vnde Apoſt. Quõ inuocabũt in quem non crediderunt? Dum ergo ait,inuocabunt, notat ꝙ non eſt otioſus dilector: In quibus: Circun.me do.mor. 1.Cor.6.a Vel,in diebus ſalutis.i.tempore plenitudinis.vnde:Ecce nũc tempus ac.ecce nunc di.ſa.

a *Dolores.Caſ.*

a Halleluia CXIIII.

¶ Spes futuri boni dilectionem accendit. a ¶Aliis exaudiuit.

b Dilexi, qm̃ exaudiet a b Dñs vocem † oratio

a ¶Aug.Exaudiet. b ¶ Dum pro nobis filium dedit.In hoc indicat ſe credere quę ad ſalutem ſunt. ¶ am ex hoc eſt ſpes in incarnatione & paſſione. In quo expert miſericor. ſiã inuocabo.

nis meæ. Quia inclinauit au- c

a ¶Miſerię quos mihi feci. b ¶In quibus Circunde.

c rem ſuam mihi, & in diebus d

a ¶Q. Dilexi inuocabo. ¶Quod non eſt ſine fide.

d meis inuocabo. Circundederunt e

*fecit hunc pſ.pro liberatione ſua à periculis in perſecutione Saulis, de qua materia fecit plures pſalmos,vt patuit per prædicta. Et diuiditur in duas partes,quia primò confitetur ſuã liberationem,ſecũdò monetur ad gratiarũ actionẽ,ibi:Conuertere.Circa primũ ſciendum,ꝙ Pſalmiſta aliquando mutat modũ loquendi de futuro ad prçteritũ,vel ecõuerſo,licet ſit locutio de eodem facto, quia hic modus frequens eſt in prophetijs, & maximè in canticis metricè ſcriptis,qualis eſt iſte pſal.& alij pſal. Dicit igitur:*

b Dilexi. *ſcilicet Dominum.*

c Qm̃ exau. Do. uo. *Licet.n.Deus ſit propter ſe diligendus & ſuper omnia,tamẽ quando alicui condeſcendit, prębet ei occaſionem magis diligendi ipſum.*

d Quia incli.au.ſuã mi. *Loquitur de Deo more humano, qui inclinat aurem ad petitionem quam vult exaudire,et ideo auris inclinatio in Deo non eſt aliud,quam exauditio.*

e Circun.me do. mor. *ſcilicet imminentis, quando Saul fecit cuſtodiri domum ipſius Dauid,vt mane moreretur. & quando Saul,& eius exercitus cingebant Dauid in modum coronæ,ita quòd Dauid deſperabat ſe poſſe euadere.*

¶ a Et

NICO. DE LY. PSAL. CXIIII.

Dilexi quoniam. *Huic pſal.pręponitur pro titulo: Halleluia in transla. Hiero. tamen in Hebræo ponitur in fine pręcedentis pſal.Secundũ autem Hebræos alioſq; doctores cõiter Dauid fecit hunc*

MORALITER.

✱ a *Dilexi qm̃.* Iſtum pſal. fecit Dauid in perſecutione Saulis gratias agens Deo de periculis,quæ euaſerat, & orans deuotè liberari de futuris,quæ timebat. Moraliter aũt poteſt exponi de hoĩe liberato ab aliquibus tentationibus dęmonis & timẽte de futuris: pp qđ gr̃as agit de liberatione præcedenti, & orat liberari de ſequenti.Et ſic dicit:Dilexi qm̃ exaudiet dominus vocem.Licet em̃ Deus ſit propter ſe diligendus,tamen cùm exaudit deprecantem, occaſionem ſibi dat quod feruentius ipſum diligat.vnde ſubditur,

c *Quia inclinauit au.ſuam mihi.* Exaudiens in præterito.

d *Et in diebus meis inuocabo.* Sperans exaudiri de futuro.

e *Circunde.me dolo.mor.* id eſt tentationes peccati mortalis.

✱ *Et pericula*



A a *Dolores.Caſ.* Peccata vnde dolor & mors animæ, vel æterna,& hæc in inferno erit.

b *Pericula inferni. Aug.* Suffuſus enim carnali voluptate non animaduerti mala me circundantia.

c *Tribulationem,& dolorem. Auguſ.* Quaſi illa prius me circundederant. Sed poſt inueni tribulationem & dolorem. i.afflictionem exteriorem eſſe vtilem.

d *Et dolo.* ꝙ prius dolores recognoui quæ latent alios. Vel dolorẽ,& tribu. dicit pęnalitatem iſtam,& flagellorũ dolorẽ, quæ infert Deus ad vtilitatẽ hoim.vñ:Da nobis auxiliũ de tribulatione:qa per hęc exteriora cognoſcit homo ſuam interiorem miſeriam.

e *Inueni.Aug.* Et ego. Tribulationem. quod prius pericula dixit.

f *O do libe.Caſſ.* Secundò itẽ clamat, vt liberatus veniat ad requiem.

g *Miſericors.Aug.* Quia primò inclinauit aurem mihi & me vocauit.

h *Iuſtus.* quia flagellat iterum.

i *Miſeretur.* quia recipit ad beatitudinem. Nec tam amarum debet eſſe, ꝙ flagellat quàm dulce quod recipit: qa Dominus cuſtodit paruulos quos grandes quærit hæredes.

K *Conuertere. Aug.* Non meritis,vel viribus tuis: ſed quia Dominus benefecit tibi.

l *De morte. Auguſ.* Mors eſt infidelitas. vnde: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos:Et iterum:Nõ mortui laudabunt te Domine.

m *Placebo. August.* Dixit eripuit à la. & tamen non dicit placeo, ſed placebo.ſecurè vtique tunc quod non modò Placebo perfectè, quoniam nullus erit lapſus ambulantium pedum, nullum infirmæ carnis lubricum. Et B hoc in regione viuorum, qui viuunt æternaliter.

a ¶Hæ ſunt cauſæ diligendi.hæc clamare faciunt.

a b me dolores mortis, & † pericula in- a

a ¶Prius. b ¶Errantem à te & expoſitum malis. ¶Non ego ea in proſperitatibus ſeculi. c ¶Sed poſt. ¶Latebat enim me prius tribulatio & dolor vtilis.vnde nobis auxilium, & vana ſeducebant: inueni miſeriam quam neſciens habebam.

c ferni inuenerũt me. Tribulationẽ b

a ¶Ideo. b ¶Sategi vt liberarer à Domino.

d e & dolorem inueni, et nomẽ Domi c d e

a ¶Quia hæc mala ſunt mihi, ſed. b ¶ Quia ſine Deo captiua. ¶ Vnde Apoſtolus;Quis liberabit me à cor. mor. huius?

f ni inuocaui. O domine † libera ani- f

a ¶Et hoc eſt quod idem Apoſtolus ſubdit: Gratia Dei per Chriſtum. ¶ Quaſi libe. & nullus dubitet quia Dominus eſt miſericors &c.

g mam meam, miſericors Dominus g

a ¶Flagellat enim filium quem recipit.

h i & iuſtus: & Deus noſter miſeretur.

a ¶Vt paſtor. ¶Humiles.

Cuſtodiens † paruulos Dominus: h

a ¶Experto credite: quia, ego vel Dominus eſt iuſtu. & miſericors. ideo. b ¶ Quaſi dolor, ſed non pœnalis eſt,ſed ſalutaris. ¶ Et ideo.

† humiliatus ſum, & liberauit me. i k

a ¶Quia Dominus eſt miſe. ideo. ¶ Caſ. Hortatur animam,vt conuertatur ad Deum.vnde ei requies.

b ¶Ad Deum, vt etiam hic requies mentis, non tamen deſidia adſit,vt ceſſet operari.

k Cõuertere anima mea in requiem l

a ¶Bona dedit prius liberato, aliter liberatus non eſſes.

tuã,quia Dominus † benefecit tibi. m

a ¶Ita benefecit tibi. b ¶Per fidem. ¶ Quia de infideli factus eſt fidelis. ¶Hoc iam, quia qui credit, tranſit de morte ad vitam.

l Quia † eripuit animam meam de n

a ¶Interiores. ¶Hæc in ſpe. quia modo lachrymę dum etiã lapſus ſum pro carne infima & in pedibus quaſi extremis animæ partibus, ideſt in ſenſualitate lubricum adhuc ſentimus.ſed in futuro Placebo.

morte, oculos meos à lachrymis, o

¶Autem.

m pedes meos à lapſu. † Placebo Do- p q

a ¶ Quod nondum in regione mortali.

mino, in regione viuorum. r

f O Do.li.ani.meam. *ideſt vitam meam.*

g Miſericors Do.&c. *q.d.decens eſt, ut à te conſequar miſericordiam in mea liberatione,& iuſtitiam in Saulis condemnatione.*

C

h Cuſtodienspar. Do. *proprium eſt deitatis ſuccurrere in caſibus deſperatis: paruuli enim non poſſunt ſe defendere à potentibus & ideo decens eſt,vt Deus ſuccurrat eis:in tali verò ſtatu erat Dauid reſpectu Saulis regis. vnde dicebat. Quem perſequeris rex Iſrael,quem perſequeris? canem mortuum perſequeris et pulicem vnum.ideo ſubdit:* † anguſtiæ 1.Reg.24.c

i Humiliatus ſum. *mente coram Deo, & poteſtate coram mundo.*

K Et liberauit me. *ſua gratia & virtute.*

l Conuer. *Hic poſt ſuæ liberationis confeſſionem conuertitur ad gratiarum actionem, dicens: Conuertere anima mea in requiẽ tuã, ideſt in Deum per gratiarum actionem, in quo ſolo mens humana quietatur ſecundum quod dicit Auguſti. lib. confeſſ. Inquietum eſt Domine cor meum, donec requieſcat in te.* † eripuit Aug.lib.confeſſ.

m Quia Dominus benefecit tibi. *propter quod debes ei regratiari. Et repetit beneficium ſuprà poſitum,dicens:*

n Quia eripuit animam meam de morte. *pmminente,vt patet ex dictis.*

o Oculos meos à lachrymis. *Legitur enim Dauid ploraſſe in perſecutione Saulis, vbi dicitur: Fleuerunt pariter ſcilicet Dauid,& Ionathas,& ſubditur: Dauid autem amplius.* 1.Reg.20.g

p Pedes meos à lapſu. *ſcilicet in manu Saulis, quia quantuncunque ſolicitè, & ardenter quæreret eum, vt patet.1.Regum.tamen in manibus eius non cecidit Deo ipſum protegente, ſecundum quod dicitur in li.Regum. Quærebat Saul Dauid cũctis diebus,& non tradidit eum Dominus in manus eius, ideo concludit Dauid.* 1.Reg.a 18 vſque ad fin. 1.Reg.23.b † retribuit

q Placebo Domino. *ei deuotè ſeruiendo.*

r In regione viuorum. *id eſt in vita præſenti, & poſtea in vita cœleſti, quæ dicitur terra viuentium. Moraliter poteſt exponi pſalmus iſte de quolibet fideli liberato diuinitus ab afflictione corporali, vel ſpirituali, qui recognoſcens ſuam liberationem ſurgit ad gratiarum actionem.* D † Ambulabo in conſpectu Domini in terris

NIC. DE LYRA.

¶ a Et pericula infer.inue.me. *in Hebręo pro inferno ponitur שאול ſcheol: quod non ſolum ſignificat infernum, ſed etiam ſignificat foſſam,ſiue ſepulturam, & ſic accipitur hic,eò quòd ſequitur ad mortem.*

b Tribulationem. *in corpore.*

c Et dolorem. *in mente.*

d Inueni. *in perſecutione Saulis iniuſtè me perſequentis.*

e Et nomen Domini inuocaui. *Frequenter enim Dauid rogauit pro liberatione à Saulis perſecutione.*

f O Domi-

MORALITER.

✱ a *Et peri.infer.* Niſi adiuuer in tentatione.ideo ſubditur:

f *O Domine li.animam meam.* Et ſubditur cauſa.

h *Cuſtodiens par.dominus.* Ideſt humiles.

i *Humiliatus ſum.* propter quod ſum adiutus.ideo ſubditur,

K *Et li.me.Conuer.a.mea.* ideſt conſcientię pacem.

m *Quia do.bene.tibi.* te liberans à periculo grauis peccati. Cætera patent ex dictis.

*In pſal.114. Dilexi quoniam.*

ADDITIO.

¶ Omiſſis alijs expoſitionibus tã Hebręorũ quã aliorum quæ variæ ſunt,& ſequendo expoſitionẽ huius hymni inceptam, poſtquã Pſal.tractauit de ſtatu eccleſiæ ſub lege in præcedenti pſ.in hoc verò qui eſt tertius in ordine prædictorũ, vĩ agere de ſtatu eccleſię in ipſo exordio redẽptionis.ſ.tpe aduentus Chriſti & ipſius paſſionis, antequã tñ lex euangelica per apoſtolos publicaretur. Circa qđ ſex facit. Primò.n.oſtendit firmitatem fidei formatę eiuſdẽ eccleſię circa aduentũ Chriſti tãdiu deſiderati, & hoc in pſona iuſtorũ pro tũc exiſtẽtium,de quo dicit:Dilexi,qm̃ exaudiet Dñs vocẽ orõnis meæ. q.d.credo, ꝙ Deus exaudiet vocẽ orõnis meæ deprecantis pro aduentu Chriſti,& hoc ipſum diligo.i.valde placet mihi,quia dilectio in ſcripturis non ſolum cõſueuit dici de aliqua re diligenda, ſed ẽt de aliquo annuntiabili complexo,& placito,ſicut cùm dr̃ in pſ.Qm̃ dilexi legẽ tuam dñe,& hmõi.Et ſequitur: Quia inclinauit aurẽ ſuã mi.i.iam video effectum meæ exauditionis p aduẽtũ redẽptoris cuius nomen tpe meo principaliter inuocabo.De quo dicit,& in diebus meis inuocabo.Conſequenter ſcđò, quia eccleſia exiſtẽs in hoc ſtatu multa incõmoda & pericula patiebatur,maximè in capite,qui hoc tpe fuit paſſus, idcirco dicit:Circundederunt me dolo.mor.ſcilicet Chriſti:cuius doloribus fideles illius tpis licet pauciſſimi cõpatiebantur.ſimiliter:Et pericula inferni, hoc eſt ſepulturæ Chriſti & eius deſcenſus ad inferos,quibus ſimplices & deuotæ perſonæ maximè affligebantur,vt patet de Maria Magdalena plorãte, & hmõi: in quibus tribulationibus & doloribus cõſtitutæ non ceſſabãt Chriſtum quærere,& ipſum dñm inuocare:vñ.Tulerunt dñm meũ &c. Et de hoc dicit:Tribulationem & dolo.inueni, & nomen do.inuo. Conſequenter tertiò eccleſia orat Deũ pro effectu hmõi paſſionis Chriſti,qui quidẽ effectus eſt liberatio aĩarum,di. O dñe lib.animã meã &c.ſ.a culpa. Conſequenter quartò eccleſia iam certificata de paſſione Chr̃i denũtiat hanc liberationẽ eſſe cõpletã,di. Cuſtodiẽs par.dñs,ſ.humiles corde,qui ſoli participant redẽptionẽ Chr̃i. Et quia hanc humilitatẽ eccleſia hẽt.& per conſequẽs hmõi liberationem debet participare.idcirco ſubdit:Humiliatus ſum & li.me. Cõſequenter quintò reddit gr̃arum actiones de hmõi liberatione animam cõſolãdo,& hoc cũ dicit:Conuertere aĩa mea in re. tuam.i.in requiẽ à te deſideratã. Quia dñs benefecit tibi, & ſic ei ſoli obligaris,& q̃ ſunt illa beneficia quę tibi fecit declarat,di.Quia eripuit animã meã de morte.ſ.culpæ.Et oculos meos à lachrymis, ĩ futuro qñ abſterget Deus oẽm lachrymã ſanctorum. Et pedes meos à lapſu,ſ. Apoc.21.b affectus quibus aĩa incedit,ſicut hõ mouetur per pedes. Cõſequenter ſextò quia iſta beneficia principaliter in futura vita perficiũtur, idcirco concludit:Placebo domino in re.vi.i.ex iſta liberatione animæ à morte &c.finaliter expecto placere Deo in regione viuorum, qui eſt finis vltimus humanæ vitæ.Et nota circa iſtum pſal. duo:Primum,quia in toto proceſſu ipſius non noĩat aliquẽ populũ Dei, ſicut in præcedenti pſal.noĩat domum Dauid Iacob & Iſrael, & huiuſmodi ſiĩr & in ſequenti dicit: In conſpectu oĩs populi eius &c. & hmõi. Cuius rõ eſt:nam eccleſia Chriſti exiſtẽs in tpe paſſionis, de quo tempore hic Pſal.principaliter loquitur,non habebat populum,Dan.Occidetur Chriſtus,& nõ erit eius populus.Secundũ nota,quòd ſicut in fine pſal.præcedentis dixit:Non mortui laudabunt Dan.9.g te Domine.ad denotandum ꝙ per legem Moſaicam mortui nõ attingebant vitam æternã,vt ſuprà expoſitũ eſt, ſic per oppoſitum in fine huius pſal.declarat quòd per liberationem Chriſti eripitur anima de morte.ſ.ſpirituali, vt placeat Domino in regione viuorum, ſcilicet in vita æterna,&c.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

## GLOS. ORDIN.

E

a *Halleluia.* Voce laudis congruè prætitulatur hic pſal. quia in hoc pſal. verba ſunt martyrum qui confeſſione vicerūt, & pręmia Dei conſecuti ſunt.

## GLOSSA ORDINARIA.

## PSAL. CXV.

Exp. pſ. 115 CRedidi pro. *Caſ.* Primò memorantur beneficia Dei, quibus quid dignum redderēt cùm dubitent, occurrit calix paſſionis qui à Deo datur. Secundò, ſeruos ſe dicunt, & filios ancillæ, ideſt eccleſiæ, ibi: O Dñe qa ego &c. *Caſſio.* Verus & congruus ordo, prius credere, poſt loqui, ne nondum credens audeat loqui, ſed fidem ſequatur confeſſio. Ne vera confeſſio viribus hominis detur, dicit proprium hominis, quòd mendax quod non facile ſciret, niſi exceſſu mentis ad ſuperna vectus eſſet. Magnum enim eſt, ſi quis ſe imprudentem attendit. Et cū homo nihil boni proprium habeat, quid retribuendum?

Enarr. pſal. 115. to. 8. b *Credi. Aug.* Non ait: Credidi, & locutus ſum, quia nō tantum credidit cætera, quæ fides exigit, ſed & ſimul cum illis credidit, & ꝙ premium loquendo ſperare, & ꝙ pœnam tacendo timere deberet. vnde loquēdi quidem amor ex premio immittitur, & neceſſitas ex pęna indicitur.

c *Propter quod.. Aug.* Non.n. perfectè credit, qui quod credit non loquitur piger eſt ille ſeruus vel tumidus, ſed fidelis qđ accepit impendit, & lucratꝰ: & iō intrat in gaudiū dñi ſui, dicentis: Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium dñi tui.

Matt. 25. b

d *In exceſ.*

### Halleluia CXV.

a ¶Quia credenti neceſſe eſt loqui.

CREDIDI, propter

a ¶Non ipſum verbum quod credidi, non ſermo quem proloqui. b ¶Paſſus ſum multas tribulationes propter verbum Dei, quod firmiter tenebam. vnde magis nitet veritas. vnde Apoſtolus. Verbum Domini non eſt alligatum in me. quod non hi, qui plus amant gloriam hominum quàm Dei.

quod locutus ſum: ego autem hu-

a ¶Autem non attribuens mihi confeſſionem.

miliatus ſum nimis. Ego dixi † in

a ¶Aliasin extaſi mea mente rapta ad ſuperna. b ¶Ex ſe, ex Deo verax.

exceſſu meo: omnis hō mendax.

Quid retribuā Domino pro omni-

¶Pro meis malis a ¶Ecce ego dono Dei verax. ¶Paſſionem. ¶Non vnicum quid niſi ex eis, quæ ipſe Dominus retribuet. b ¶Ieſu.

bus quę retribuit mihi? Calicē † ſa-

a ¶Deſiderio. b ¶Non mihi ſed Deo ſiſus.

lutaris accipiam, et nomen domini

a ¶Caſ. Accipiam quod eſt in deſiderio, & reddam in ipſo actu.

inuocabo. Vota mea Domino red-

a ¶Vt exemplum capiat.

dam coram omni populo eius: pre

a ¶Cur tot ita? quia cara, vel pretio mortis eius empta. b ¶Cuiuſcunque vilis ſit.

tioſa i cōſpectu Domini mors ſan-

d *In exceſ.* Vel, extaſi mea.. *Aug.* Et dicitur hic extaſis, cū mēs G non pauore alienatur, ſed aliqua inſpiratione reuelationis ſurſum aſſumitur. Vel, extaſim dicit pauorem cruciatus, vel mortis, quem comminantibus perſecutoribus, & impedentibus paſſionibus humana infirmitas patiꝭ. Quaſi diceret: humiliatus ſū. In illa aūt humiliatione: Ego dixi i exceſſu meo. Vel, vt alij, in extaſi mea.i. in pauore paſſionum, ꝙ eſt omnis homo mendax.

e *Quid re.. Auguſt.* Territus iſte reſpicit infirmitatē ſuam, & uidet non eſſe præſumendum de ſe. Ex ſe enim homo mendax: vt & Petrus dum præſumpſit, inuentus eſt mendax, ſed virtus Dei eſt ſi non cedit. Quod videns iſte factum in ſe gratia Dei, ſubdit:

f *Quære.. Auguſ.* Non ait pro omnibus quæ tribuit. Quæ igitur præceſſerant hominis bona, vt omnium donorū Dei non tributio, ſed retributio vocari poſſit? Quæ præceſſerant niſi peccata? Retribuit ergo Deus hominibus bona pro malis, paſſus pro eis, cum homines retribuunt mala bonis.

† in ſtupore mentis, pidas mea

g *Calicem ſalu.. Auguſt.* Paſſionem à ſimili, quia placita potio. Vel, ſalutaris Ieſu, quia prior paſſus eſt, & dat imitari paſſiones ſuas. Et ideo pretioſa in conſpectu &c. quod poſt dicitur. *Caſ.* Calicē, quia ſub menſura bibitur. vñ: Fidelis Deus qui non patiꝭ vos tētari ſupra id quod poteſtis. Salutaris, quia in æternam ſalutem propitiatur.

† ſalutaris

h *Pretioſa in conſpectu Domi.. Aug.* ꝙ prior paſſus eſt, dat imitari paſſiones ſuas: & ideo pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Emit eam ſanguine quem pro eis fudit, ne dubitarent pro eo mori. Hoc ergo pretio comparatus confitetur conditionem ſuam. O Domine, quia ego.

a *O Domine*

F

## NICOLAVS DE LYRA. PSALMVS CXV.

CRedidi. *Huic pſalmo nullus omnino titulus præponitur in Hebræo, quem exponit Rabi Salo. de Dauid poſito in perſecutione Abſalom, in qua legitur peccaſſe per deceptionē, & toleraſſe patienter illam perſecutionem, & gratiarum actionē promiſiſſe ad ſuam liberationem, vt magis videbitur proſequendo. Et ideo pſalmus iſte in tres partes diuiditur. quia primò ponitur primum. ſecundò ſecundum, ibi: Quid retribuam. tertiò tertium, ibi: Vota mea: Circa primum ſciendum, quòd fugiente Dauid de Ieruſalē propter Abſalom, Siba ſeruus Miphiboſeth occurrit ei cum duobus aſinis oneratis panibus, & alijs victualibus, quærens per hoc Dauid fauorem, quē credebat firmiter reuerti ad dignitatem regiam, & diffamauit Miphiboſeth concupiſcens eius hæreditatem: quibus factis & verbis Dauid deceptus dixit ei: Tua ſint omnia quæ fuerunt Miphiboſeth, & hoc eſt quod dicit Dauid.*

Diuiſio. Materia pſ. 2. Re. 16. a

a Credidi. *verbis Sibæ nimis faciliter.*

b Propter quod locutus ſum. *Nimis præcipitanter concedendo ei hæreditatem Domini ſui.*

c Ego aūt humi. ſum nimis. *Quia propter Abſalom erat fugitiuus. In Hebręo habetur: Afflictus ſum nimis, ex filij mei perſecutione, qui deberet me honorare homines autem afflicti ſunt improuidi ad loquendum propter quod dicit Philoſophus. ij. Elenchorum. Conturbati minus prę-uident. & ideo ſubdit Dauid.*

Ariſtot. 2. Elench.

d Ego dixi in exceſſu meo. *i. præuentus dicta turbatione. vnde in Hebræo habetur: Ego dixi in feſtinatione, vel ſubitatione mea: quia ex turbatione mentis præcipitanter locutus ſum.*

e Omnis homo mendax. *Videbat enim filium proprium ſe perſequentem, & totum populum Iſrael quem a periculis multoties liberauerat ei fauentem, ſecundum quod dicitur. Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalom: & ideo citò credidit, ꝙ etiam Miphiboſeth in hoc ſequeretꝭ Abſalom cum alijs: vnde poſtea Dauid videns ſe deceptum, retractauit ſententiam quantum ad hæreditatis medietatem, & licet tunc Dauid grauiter peccauerit æquando ſeruum Domino, vt dictū fuit in 2. Regū, tamē tenendum eſt probabiliter, quòd poſtea pęnituit, & quod pro alia medietate, quam dimiſit Sibæ, eò ꝙ ſibi adhæſerat in periculis poſito, in alijs ſatisfecit Miphiboſeth, licet non ſit ſcriptum, quia non omnia ſunt ſcripta.*

2. Reg. 15. a 2. Reg. 19. e

f Quid retribuam Domi. *Hic conſequenter deſcribitur patientia Dauid in illa perſecutione, quæ patet ex hoc quòd verba Semei ſibi maledicentis valde patienter portauit, & ideo illam perſecutionē pro ſuis peccatis & pro beneficijs à Deo ſibi collatis acceptauit: & hoc eſt quod dicit: Quid retri. do. pro omni. quæ retribuit mihi. De manibus Saul me liberando, & ad regnum promouendo, & mortem mihi debitam pro adulterio & homicidio relaxando. & reſpondet.*

2. Reg. 16. b

H

g Calicem ſalutaris accipiam. *ideſt atrocitatem perſecutionis, quę in ſcriptura calix dicitur acceptando.*

h Et nomen Dñi inuocabo. *Pro mea liberatione à dicta perſecutione.*

i Vota mea Domino reddam coram om. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio ab eo promiſſa in prædicta fuga ſecundum quod habetur. vbi dixit ad Sadoch reporta arcam Dei in vrbem. Si inuenero gratiam in oculis Domini reducet me, & oſtendet mihi eam, & tabernaculum ſuum, hoc autem dicebat proponens & promittens ibi facere ſacrificium. ideo dicitur hic: Vota mea Domino reddam coram omni populo eius, ideſt in templo vbi conueniebat populus, & ſubdit cauſam, dicens:*

1. Reg.

l Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. *ideſt non de facili permittit eos mori, ſicut res pretioſa non contemnitur de facili. & per hoc intelligit liberationem ſuam à morte: nec ponit ſe in numero ſanctorum ex elatione, ſed magis confitens Dei bonitatem in ſe, ſicut Ezechias. dixit de ſeipſo: Memento Domine quomodo ambulauerim coram te in veritate corde perfecto &c. Cauſam autem ſuæ liberationis oſtendit dicens:*

4. Reg.

¶ a O Domine

## MORALITER.

✱ a *Credidi.* Hunc pſalmum fecit Dauid pęnitens quòd deceptus per Sibam ſeruum Miphiboſeth, dederat ei hæreditatem Domini ſui. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet fideliter pęnitente, quòd peccauit alterius deceptione. Et ſic dicit: Credidi. Nimis de facili.

2. Reg.

b *Propter quod locutus ſum.* Malè, & peccaui.

c *Ego autem humiliatus ſum nimis.* ideſt deiectus à ſtatu virtutis.

d *Ego dixi in exceſſu meo.* i. turbatus ex verbis mendacibus.

e *Omnis homo mendax.* Quod malè concluditur ex mendacio vnius.

f *Quid retri. Dom. pro om. quæ retribuit mihi.* Ex quibus propter ingratitudinem augetur grauitas mei peccati.

g *Calicem ſalu. acci.* i. pęnitentiæ corporalis auſteritatem.

h *Et nomen Domini in.* Per humilem orationem.

i *Vota mea Do. reddam.* Implendo pęnitentiam promiſſam.

K *Coram omni po. eius.* Vt ſcandalizati de tranſgreſſione ædificentur de ſatisfactione.

l *Pretioſa in conſpectu Domi. mors ſancto eius.* Quia per illā veniunt ad regnum in cęleſtibus.

✱ *O Domine*



a *O Domine quia. Caſ.* Secundò ſeruos ſe dicunt & filios eccleſiæ, qa non eſt locus veri ſacrificij extra catholicam eccleſiā, ne quis hæreticorū martyrium Deo placere putet. *Caſ.* O Domine. Admiratur ſe talia accepiſſe, qualia Dominus pro mūdi redemptione. Et ut augeat admirationem repetit: Ego ſeruus tuus.

A

b *Filius ancillæ. Augu.* Ieruſalem celeſtis. liberæ à peccatis, ancillæ iuſtitiæ. Qui autem ſunt præter eccleſiam, nō ſunt filij ancillæ, etſi ſeruos ſe dicunt (quia habent nomen Chriſti, & martyres vt hæretici. *Augu.* Filius ancillę. Non ſchiſmaticus. Vel vt ancilla, nō ſibi ſed Domino, ita & ego in morte mea aliquos tibi parturiam, ſicut & in vita.

c *Dirupiſti vin. mea. Caſ.* Virtute martyrij vincula peccatorum rumpuntur, quia omnia ſanguine abluūtur. Hic verſus tantæ uirtutis à quibuſdā creditur, ut peccata homini dimittanꝭ, ſi in fine ui ætrina confeſſione dicatur. *Ca.* Quia pretioſa. O Domine tibi ſacrificabo, loquens Deo affirmat quod ſuprà dixerat.

d *Sacriſi-*

a ¶Quia pretio nos comparaſti. ergo: O Domine, profiteor conditionem meam. b ¶Quia, non eſt in textu ſecundum Auguſt.

ctorum eius. O Domine quia ego

a ¶Obediens. b ¶Repetit. c ¶In omnibus.

ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, & filiꝰ

a ¶Ideſt eccleſiæ, quę eſt ancilla dum ſeruit: ſponſa dum ſponſo coniungitur, aliter non eſſet martyr. b ¶Quod totum per te. ¶Tu non mea merita. c ¶Peccatorum.

ancillæ tuæ. † Dirupiſti vincula

a ¶Et ideo. b ¶Meipſum.

mea: tibi ſacrificabo hoſtiā laudis,

a ¶Non fretus viribus meis.

et nomen Domini inuocabo. Vota

mea Domino reddam † in cōſpectu

a ¶Non manufactis. b ¶Catholicæ eccleſiæ.

omnis populi eius: In atrijs domus

a ¶Vbi pax & ſancti in viſione Dei lętantur.

Domini, in medio tui Ieruſalem.

d *Sacrificabo.. Augu. Caſ.* Et quia dirupiſti: Tibi ſacrificabo, ut gratus. C

e *Hoſtiam laudis.* ſic quòd

f *Vota mea reddam.* non vbique, ſed

g *In atrijs.* Ideſt in catholica eccleſia, non hæreticorum.

h *Domus Do...* quæ ſit, oſtendit.

i *In conſpectu omnis popu...* Publicè debet laudari, qui pro omnibus pati volunt, vt plures ædificentur. Vota mea red... Meipſum (qui ſum imago Dei) Deo, quæ reddenda eſt. vnde: Quæ Cæſaris ſunt, reddite Cæſari, & quæ Dei Deo. Sed quia non modo ſeruus, ſed ancillæ filius, dicit ſe reddere vota in atrijs Domini, id eſt ancillæ. Et quæ ſit exponit, ia eſt populus eius. hoc eſt quod ſequitur: In conſpectu omnis populi eius: & apertius hic nominat Ieruſalem. *Auguſt.* Sed ne quis putet per Ieruſalem Iudæos ſolos ſignificari, qui hoc nomine gloriantur, audiat ſequentem pſalmum: Laudate Dominum omnes gentes: Hæc ſunt atria Domini, ille enim populus.

† Soluiſti

† in atriis domus [illegible] in conſpectu omnis populi eius: in medio tui Ieruſalem

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a O Domine, quia ego ſeruus tuus. *te colendo.*

b Et filius ancillæ tuæ. *in hoc denotans merita matris ſuæ, vel ſicut dicit Ra. Sa. vocat ſe ſeruum natū in domo patrisfamilias, qui eſt magis dilectus à Domino, quàm ille, qui eſt emptitius de foro: ipſe autem erat natus in domo Dei, i. à fidelibus parentibus Deo ſeruientibus. Gentiles autē ad fidem conuerſi dicebantur magis ſerui Dei emptitij.*

c Dirupiſti vincula mea. *i. propter prędicta liberaſti me de perſecutione Abſalom, & aliorum ſibi fauentium, & impedientium me à regni mei regimine, ſicut vincula materialia impediunt hominem ne poſſit liberè agere. Item quia perſecutio Abſalom fuit mota contra Dauid in pęnam peccati pro adulterio Bethſabee, & homicidio Vriæ, ſecundum qđ prędixit ſibi Nathan. Hæc dicit Dñs: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malū de domo tua, &c. & ideo Dauid liberatus ab illa perſecutione, dixit ſe liberatum à vinculis dictorum peccatorum, eò quòd propter illa erat obligatus ad illam pęnam ſuſtinendam.*

2. Reg.

B

d Tibi ſacrificabo hoſtiam. *ſcilicet per ſacerdotes hoſtias offerentes, et cantores in ſacrificijs laudes diuinas, dicentes:*

e Et nomen Do. inuocabo. *quia non ſolùm per alios laudauit Deum, ſed etiam in propria perſona hunc pſal. & alios decantando.*

f Vota

f Vota mea. *quæ feci poſitus in perſecutione Abſalom.*

g Domino reddam. *ſicut promiſi.*

h In conſpectu omnis po. eius. *ideſt in loco diuini cultus, vbi poterat & debebat aſcendere omnis populus Iſrael, quantum ad maſculos tribus temporibus in anno, ſecundum quod dicitur in Exo. & vbi erat talis cultus oſtendit, dicens:*

Exod. 23. d

i In atriis domus Domini. *ideſt tabernaculi, in quo erat arca poſita, quia templum tempore Dauid non erat adhuc ædificatum.*

K In medio tui Ieruſalem. *quia illud tabernaculū erat in ciuitate Dauid. quæ ciuitas dicebatur fortalitium ipſius Ieruſalē. Moraliter poteſt exponi pſ. iſte de quolibet fideli, qui ſi aliquā deficiat per alterius deceptionem, ſuam ignorantiā confitetur humiliter, & tribulationem inſurgen. ſuſtinet patienter, & à qua liberatus agit Deo gratias reuerenter.*

2. Reg. 6. b

## MORALITER.

✱ a *O Domine, quia ego ſeruus tuus.* per ſuſceptionem baptiſmi in qua ſeruire tibi promiſi. D

b *Et filius ancillæ tuæ.* ideſt eccleſiæ, quæ eſt ſponſa, quæ cum ſeruit humiliter dicitur ancilla.

c *Dirupiſti vin. mea.* ſ. peccatorum. Cętera patent ex dictis.

*In pſalmo 115. Credidi propter quod locutus ſum, &c.*

## ADDITIO PRIMA.

¶ Derogatorium vꝭ excellentiæ prophetiæ ipſius Dauid, qui egregius pſaltes Iſrael dꝭ 2. Reg. & à multis eximius aſſeritur ꝓphetarū, quòd tot ipſius pſalmi ſine titulis paſſim applicentur ſuis perſecutionibus tꝑalibus & tranſitorijs. ſ. Saul. & Abſalom & hmōi, ſicut Rabi Salo. exponit, cū magnis myſterijs eccleſiæ poſſent proprius & facilius applicari. Hebræi .n. n mirū ſi hoc faciant, non hñtes ſimilia ſpiritualia de quib. tales pſalmi verificētur: Sed catholici ipſos in hoc ſequentes nimis vñr Iudaizare. Vñ dicendum, quòd pſalm. iſte qui quartus eſt in hymno prædicto, ꝓpriè vꝭ cōtinuari pſ. pręcedēti in materia. Nā poſtquā Pſal. in præcedenti pſal. egit de ſtatu eccleſię in ipſo exordio redēptionis. ſ. per aduentus Chriſti, & ipſius paſſionis vt dictū eſt, in hoc agit conſequenter de ſtatu primitiuæ eccleſię, in quo fides fuit per apoſtolos, & cęteros diſcipulos prædicata: in quo ſtatu potiſſimè claruerunt duo. ſ. prædicatio fidei & martyriū, quod ſancti in teſtimoniū fidei ſuſtinuerunt: & de hoc tractat principaliter hic pſ. In quo Pſalmiſta quatuor facit. Nā primò ponit fidei prædicationem, & de hoc dicit: Credidi, ꝑp quod locutus ſum. nam ſecundum Apoſt. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem cōfeſsio fit ad ſalutem. Vnde fideles primitiui non ſolùm credebant corde, ſed etiam loquebantur fidei rudimenta, ea prædicando ad aliorū eruditionem: vnde in perſona cuiuslibet taliū propriè dicitur: Credidi, propter quod locutus ſum. Et quia pro tali prædicatione fidei magnas patiebantur perſecutiones, vt patet in Act. apoſtolorū, & in hiſtorijs eccleſiaſticis, ideo ſubdit: Ego aūt humiliatus ſū nimis, ideſt afflictus ꝑp fidei prædicationem prædictam. Conſequenter ſecundò dicit: Ego dixi in exceſſu meo, omnis hō mendax. Pro quo ſciendum, quòd martyres Chriſti dñr teſtes fidei μάρτυς martyr. n. Gręcè ſecundum Hiero. idem eſt quod teſtis Latinè. vnde in primitiua eccleſia, vt ſancti verbum Dei, quod prædicabant fortius in cordibus audientiū imprimerent, martyrio ſe ſubijciebant in teſtimoniū fidei: & ideo Pſalmiſta in pſona cuiuslibet taliū dicebat: Ego dixi in exceſſu meo, ſ. inſpiratione diuinitus mihi facta. Oīs homo mendax q. d. prædicatio mea non erit efficax, cùm poſsit eſſe ſuſpicioſa, eò quòd credent me verba mendaciter fingere. quia oīs hō de ſe mendax eſt, i. pronus ad mendacia fingenda & ideo ſubdit: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? hoc eſt dicere, quid poſſum retribuere Domino in teſtimoniū ſuæ fidei pro omnibus bonis, quæ retribuit mihi. ſ. naturalibus & gratuitis. Ad quod reſpondeas ſubdit: Calicem ſalutaris accipiam, ſ. martyrium. de quo dicitur: Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum. Et ſic nomen Dñi inuocabo, i. martyriū accipiam inuocando nomen dñi, ſ. prædicando eius fidem: vnde per acceptionem huiꝰ calicis nomē dñi inuocando. Vota mea reddam dño coram omni populo eius, quia per teſtimoniū martyrii implebo vota mea, ſ. vt nutriatur fides in cordibus audientium, & hoc publicè. ſ. coram omni populo eius, & vt oſtendat hoc opus, ſ. martyrii pro fide Chriſti accepti eſſe domino gratiſsimum, ſubdit: Pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Et notanter dicit, pretioſa: quia non ſolùm grata, ſeu accepta eſt mors ſanctorū, quod competit cuilibet actui meritorio, ſed pretioſa qđ denotat excellentiam, ſeu pretioſitatem martyrii quoad meritū. Et notanter dicit: In cōſpectu domini, quia quamuis in conſpectu hominum inſipientium talis mors eſt vilis, in conſpectu tamen domini pretioſa eſt. Vnde Sapien. Viſi ſunt oculis inſipientiū mori, illi autem ſunt in pace. Conſequenter tertiò dicit: O domine quia ego ſeruus tuus: quæ quidem verba poſſunt cum præcedentibus continuari ſic, vt ſit ſenſus: O domine ego me obtuli ad mortē martyrii prædictam: Quia ego ſeruus tuus ſum, & filius ancillę tuę, & vocat ſe bis ſeruum, eo quòd duplici ratione eſſet obligatus Deo, ſcilicet per ſuſceptionem bonorum naturalium & gratuitorum. Dicit ſe etiam filium ancillæ Dei, quia filius eccleſiæ per obedientiā: Dicere enim, quòd Dauid ſe vocat filium ancillæ domini, nullam habet rationem, prout plenius dictum fuit ſuprà in additione ſuper pſal. 85. Vel alio modo prædicta verba, ſcilicet, O domine, quia ego ſeruus tuus. poſſunt exponi continuādo ea cū ſequētibus, vt. ſ. ſit ſenſus: O dñe ego, quia ſum ſeruus tuus, &c. iō: Dirupiſti vincula mea, ſ. vincula peccatorū, quibus vinctus erā. In martyrio enī oīa dimittuntur peccata, prout cōiter tenetur, ſicut in baptiſmo. vnde ſic pro te patiendo. Tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, ideſt meipſum totum in inuocatione tui nominis oblatū. de quo dicit: Et nomen dñi inuocabo. Et nota quòd primò noīauerat martyriū calicē, ꝑp eius amaritudinem, eo modo quo dicitꝭ in Thre. Super te trāſibit calix. modo vocat ipſum martyriū, hoſtiā laudis, referendo illud ad actum cha-

Matt. 20. c Sap. 3. a Thre. 4. d

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E actū charitatis, q̄ in martyrio exercet̄: & ipſum facit hoſtiam Dño in odorē ſuauitatis. Et in vtroq; dicit: Et nomē Dñi inuocabo: quia in vtroq; talis cōpetit inuocatio. Cōſequenter quartò repetit impletionē ſuorū votorū in hoc actu, dicens: Vota mea Dño reddā in cōſpectu oīs populi eius. exponatur vt ſuprà. Sed ſuper hoc addit: In atriis domus dñi. ſ. in eccleſia militante, vbi vota meritoriè redduntur. Conſequēter aūt dicit: In medio tui Ieruſalē. ſ. cęleſtis ī qua martyres glorioſi triūphant. Pōt ēt hic pſal. reduci ad ſtatum ſanctorum confeſſorū, exponēdo illud quod dr̄: Calicē ſalutaris accipiā, & tibi ſacrificabo hoſtiā laudis. de ſacro altaris & cętera ad hunc propoſitum reducendo, ſed prima expoſitio magis vr̄ literæ conſonare, pręſertim huic quod dr̄: Pretioſa in conſpectu Dñi mors ſanctorum eius. Si aūt quæratur: Cur. Pſal. in hoc pſal. nullā facit mētionem de miraculis, quæ in primitiua eccleſia (de qua agitur) frequenter fiebant ad confirmationem fidei prædicatæ, de quibus Mar. Dño cooperante & ſermonem confirmāte ſequentibus ſignis. Ad hoc dicendū, q in hoc pſal. Pſal. intendit agere de his, quæ ſingulariter claruerunt in primitiua eccleſia, quæ non fuerūt in antiqua, ſicut ſunt martyria, quæ in antiquis vet. teſt. minimè ſeu rariſſimè fuerunt. Secus aūt eſt de miraculis, quæ potiſſimè in ſtatu antiquorum fuerūt, & ſępiſſimè diuulgata, & ideo in pſal. præced. ſ. In exitu Iſrael &c. vbi agit de ſtatu eccleſiæ ſub lege, facit expreſſam mentionem de miraculis, cū dicit: Mare vidit & fugit, &c. In hoc autem pſ. in quo agit de ſtatu primitiuæ eccleſiæ miracula p̄termittit, quia cōia ſunt vtrique ſtatui, & ſolum agit de martyrio quod eſt propriū eccleſiæ Chriſti ſequentis eius veſtigia in ſua paſſione & implentis verbū ipſius, ſcilicet, Qui vult venire poſt me, &c. Eadem ratione fit mentio in hoc pſal. de prædicatione cùm dicit: Propter quod locutus ſum, & non in præcedenti: nam prædicatio vniuerſalis ſingularis fuit in eccleſia Chriſti ipſo præcipiente: Euntes in mundum vniuerſum prædicate euangelium &c.

Mar. 16. d

## REPLICA.

Sed circa pſ. Credidi pp qd &c. inuehit̄ Bur. contra poſtill: dicens eū nimis Iudaizare. quia ſequēdo Ra. Sa. exponit illū de Dauid poſito in pſecutione filii ſui Abſalō. Et ad id vtitur imaginatione apud eū cōſueta, videlicet q pſalmi ſcd̄m ſenſū eorum principalē, ab autore principaliter intētū, dicti de Xp̄o, vel eccleſia tanq̄ de figuratis, de Dauid tanq̄ de figura exponi nō debere: cuius oppoſitū ſuprà ſæpe oñſum eſt, ſpāliter circa pſal. Dixi cuſtodiā: Nā primò ſcd̄m sāctos doctores requirendus eſt ſcripturæ ſenſus verus ſcd̄m ſignationē vocū, vel rerū, qui ſi nihil abſurditatis hēt verè lr̄alis eſt. ēt ſi modū figurandi vel figurę teneat, cū hoc bene ſtat, q ſenſus ab autore principaliter intētus ſit de figurato debita applicatione facta. Et quia poſtillator ponit hic primū ſenſum. ſ. figuratiuum. Burg. autem ſequens gloſſam magiſtralē ponit figuratum, ideo nec ille rectè dicitur Iudaizare, nec iſte Chriſtizare: cum vterq; ſecundū debitam applicationē dicat veritatem: ille de figura, iſte de figurato. Illud etiam quod hic dicit Burgē. de filio ancillæ correctum eſt ſuprà in pſal. Inclina Domine.

## GLOS. ORDIN.

a *Halleluia. Caſ.* Breuis pſal. omnium primus atomus. ideſt ſine diuiſione, pro ſui enim breuitate nō recipit diuiſionem, ſed omnes compendio ſuæ locutionis ſuperat, & eſt quaſi punctus pſalmorum, vnde diuerſæ ſpecies formātur. Mira variatio contra tædium ſalutaria dicere, modo paucis, modo latè.

Expo pſ. 116

## GLOS. ORDINARIA.

## PSALMVS CXVI.

L*Audate Dominum &c.*

b *Omnes gentes. Caſ.* Ne qui prætereantur de toto orbe. *Auguſt.* Et hæc ſunt atria illa domus Domini. Et ille omnis populus. vnde in præcedenti pſ. egit: Non ſoli Iudæi (qui ſibi illud arrogare conantur) dico laudate eum. Et collaudate. *Caſ.* vt ſit in vnum redacta omnium laudatio quod eſt catholicæ eccleſiæ.

† aucta

Enar. pſ. 116 in n. 8.

F

c *Confirma. Caſ.* Quia quod per prophetas promiſit, aduentu Chriſti compleuit, & firmauit miſericordiam, vt nunquam moueatur: quia qui dedit, cuſtodit.

d *Manet in æternum. Auguſt.* Siue in eis quæ promiſit pijs, ſiue in eis quę minatur impijs.

a Halleluia CXVI.

b LAudate Dominum omnes a

a ¶ Gentiles. b ¶ Aliàs, & collaudate. c ¶ Iudęi.

gētēs, laudate eū oēs popu b

a ¶ Hac cauſa. b ¶ Dato ſpiritu ſancto. ¶ Dum inimici etiam cedūt homini per quod liberati ſumus.

c li. Quoniam † cōfirmata eſt ſuper nos c

a ¶ Reparatio hominis miſericorditer promiſſa. b ¶ Chriſti. c ¶ Chriſtus qui eſt veritas patris. ¶ Caſ. Si quādo nō fuit filius, fuit pater ſine veritate, ſine via, ſine vita.

d miſericordia eius, & veritas Domini d

a ¶ Aliàs, in ſeculum ſeculi.

manet in æternum. e

*cleſiam ex Iudæis & gentibus ad Dei gloriam & honorem: & hoc modo allegat Apoſtolus ſcripturam huius pſal. Dico enim Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiße circuncisionis, ideſt populi Iudaici in fide inſtruendi. & poſtea ſubdit de Gentilibus: gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum, ſicut ſcriptum eſt: Propterea confitebor tibi in gentibus &c. Et ſequitur iterum: Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. Quod accipitur ex principio huius pſal. Iſta autem præuidens Pſalmiſta in ſpiritu dicit:*

Rom.

a Laudate Dominum omnes gentes. *Ideſt omnes Gentiles ad Chriſtum, vel ad fidem Chriſti vocandi.*

b Laudate eum omnes populi. *ideſt Iudæi in duodecim tribubus diuiſi, & præponit Gentiles Iudæis, quia pauci de Iudæis primò crediderunt, & multi de Gentibus, ſecundum quod dicit Apoſtolus. Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic oīs Iſrael ſaluus fieret, quia Iudæi conuertent̄ circa finē mundi, & ideo hic inuitantur ad laudem poſt Gentiles, & prædictæ laudis ſubdit rationem, dicens:* H Rom.

c Quoniam con. *Loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem propheticæ. in aduentu enim Chriſti & non ante fuit miſericordia Dei confirmata per effectum, quæ ante expectabatur per magnum deſiderium.*

d Et ve. do. *ideſt ipſe Chriſtus, qui dicit de ſeipſo. Ego ſum via, veritas, & vita.* Ioan.

e Manet in æter. *Secundum quod dicit Apoſt. Ieſus Chriſtus heri, & hodie, ipſe & in ſecula.* Heb.

## NIC. DE LYRA. PSAL. CXVI.

LAudate Domi. *Huic pſal. in trāslatione Hier. præponitur Halleluia pro titulo, quod ſignificat, laudate Deum. quia in hoc pſal. inducuntur omnes populi, tam Gentiles quàm Iudæi ad laudem Dei pro aduentu ipſius Chriſti, qui inſtituit vnam eccleſiam ex*

## MORALITER.

✱ a *Laudate Do.* In hoc pſal. ſecundum literalem ſenſum inducuntur Gentiles & Iudæi ad Dei laudem, qui de Iudæis, & Gentilibus fecit vnam eccleſiam, & ſic literalis ſenſus eſt etiam ſpiritualis, propter quod de alio pertranſeo.

*In pſal. cxvj. Laudate Dominum.*

## ADDITIO.

¶ Iſte pſal. continuatur præcedēti. Nam poſtquam pſal. egit de ſtatu primitiuæ eccleſiæ, in quo maximè floruerūt martyres, prout dictum eſt. In hoc aūt pſal. agit de ſtatu eccleſiæ dilatatę per orbē poſt primitiuos, in quo quidem ſtatu Gentilitas fuit Iudęis adiuncta ſub cultu vnius Dei. iō in hoc pſ. cum dr̄: Oēs gētes &c. intelligit̄ Gentilitas. cū aūt ſequit̄: Oēs populi, intelligit̄ de Iſraelitis, eò q ſunt in tribubus diuiſi, & ad iſtum intellectum videtur Apoſtolus reducere iſtum pſal. & ſecundum hoc propoſitum exponatur pſ. prout in po.

## GLOS. ORDIN.

a *Halleluia. Caſ.* Quintus pſal. de primo aduentu multis figuris decoratus habet verſus vniſines, quoſdā vnius principij, quoſdam intercalares, & hmōi ornatus. *Caſ.* Fidelis populus peccato ſolutus, primò monet oēs Dño confiteri: quia auditus in tribulatione: ideo hoīem dicit non eſſe timendum. Secundò, in ſolo Deo fidendum, ibi: Bonum eſt confidere ī Dño, &c. Tertiò portas Ieruſalē aperiri cupit, ibi: Aperite mihi portas iuſtitiæ. Quartò, frequentare atria ☞ Dei ſua-

Expo. pſ. 117

Diuiſio.

Halleluia CXVII.

¶ Laudate.

CONFITEMINI

## NICO. DE LY. PSAL. CXVII.

COnfitemini Do. *Huic pſal. in translatione Hieron. præmittitur pro titulo, Halleluia, quia pſalmus inuitat ad Dei laudem, & dicunt aliqui, quòd Dauid fecit hunc pſalmum inuitans populum ad Dei laudem pro ſua liberatione de Saulis perſecutione, & populi Iſrael à Gentilium circumſtantium perturbatione ſub ſuo regimine, vt patet in lib. Regum. & hoc ſuit in hoc pſalmo vſque ad locum illum: Aperite mihi portas iuſtitiæ, &c. ab illo verò loco vſque ad*

## MORALITER.

✱ a *Confi.* Hunc pſ. fecit Dauid inuitans populū ſuū ad gr̄as agēdū Dño pro bono ſtatu regni ſui, & aduentu Chriſti futuro. Moral. aūt poteſt exponi de bono p̄lato ad Dei laudē ſuū populū inuitāte p bono ſtatu ſuę dioceſis, & aduētu Xp̄i ſpūali, quo p ſuā gr̄am venit ī mentem humanā. quantū ad primum dicit: Con. do. Laudis confeſſione.



☞ Dei ſuadens, de aduentu gaudens, ibi: Benedictus qui.

A a *Dicat nunc. Caß.* Vt ego vos, ita vos inuicem monete. vel, dicat, ideſt confiteatur.

b *Quoniam in ſe. Caß.* Ecce quatuor verſus vniſines.

d *De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine dominus. Caſſiod. Hieron.* exemplum de ſe ponit, vt alios ad miſericordiam inuitet.

d *Dominus mihi. Caſſiodorus.* Idem in duobus principium.

e *Deſpiciam.* Aliàs, videbo. *Caſſiod.* hic vt tutior & cautior fiam.

f *Inimicos meos.* damnandos.

g *Bonum eſt. Caſſiodorus.* Secundò, in ſolo Deo dicit confidendum, per quem inimicitias gentium euadit, & ad veram vitam venit.

☞ a *In princi-*

a ¶ Proprium Deo, qui per ſe & ex ſe bonus. ¶ In eſſentia.

Domino, quoniam bonus: quoniam a b

a ¶ Caſ. In hoc patet, quod bonus, quia in æternum dona miſericordiæ concedit.

a in ſeculum miſericordia eius. Dicat

a ¶ Non eſt differendum. b ¶ Totus beatus populus. ¶ Tales ſunt idonei confiteri. c ¶ Quid?

b nunc Iſrael, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. † Dicat

a ¶ Sacerdotes qui pro reuerentia ſingulariter memorantur.

cat nunc domus Aaron: quoniam in

a ¶ Illud idem.

ſeculum miſericordia eius. Dicant

a ¶ Vt includas pupillos cum maioribus de omni gente. b ¶ Quia tales ſunt idonei confiteri Domino.

nunc omnes qui timent Dominum: quoniam in ſeculum miſericordia

¶ Quia. ¶ De anguſtijs ſeculi. ¶ Ecce miſericordia.

c eius. † De tribulatione inuocaui Domi c d

a ¶ De anguſtijs ſeculi liberat, & in latitudine præmiorum ponit. ¶ Charitatis.

num, & exaudiuit me in latitudine e

¶ Et quia exaudiuit.

d dominus. Dominus † mihi adiutor, f

¶ Caſ. Carnalis inimicus.

non timebo quid faciat mihi homo. g

e Dominus mihi adiutor, & ego † deſpi- h i

a ¶ Quod plus eſt quàm non timere. ¶ Aliàs, videbo. ¶ Caſ. In futuro. ſ. iudicio, vbi diabolus cum ſuis videbitur deſtructus. b ¶ Etiam ſpirituales. c ¶ Quia nominus adiutor. ¶ Ideo vtile eſt. d ¶ Cōtra mala ſeculi.

f g ciam inimicos meos. Bonum eſt confidere in Dño, quàm cōfidere in homi k

a ¶ Carnali, cuius vana eſt ſalus.

fidere in Dño, quàm cōfidere in homi l

¶ Bona.

ne: Bonum eſt ſperare in Domino, m

## NICO. DE LYRA.

¶ *vſque ad finem inducit ad laudem Dei pro ædificatione templi, quod præuidit & prædixit ædificandum tempore Salomonis filij ſui. & ſecundum hoc quod ibi ſubditur: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus &c. exponunt de quodā lapide illius ædificij, qui frequenter à latomis fuit oblatus in ędificium muri, ſed ſemper inueniebatur nimis longus, vel nimis curtus, & ſic pluries reiectus fuit ab eis tanquam ineptus, ſed in conſummatione muri in copulatione duorum parietum inuentus fuit aptiſſimus, quod pro mirabili fuit tunc reputatum: quod præuidit Dauid, & ſcripſit fiendum, & ſic ſenſus literalis eſt hic de illo lapide materiali, & de Chriſto myſticè tantum exponitur. Sed ſaluo meliori iudicio hoc non videtur mihi bene concordare verbis Chriſti. qui loquens de ſeipſo à Iudæis reprobando dicit eis: Nunquam legiſtis in ſcripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud, &c. & idem habetur Luc. 20. Item Act. 4. Petrus oſtendens principibus ſacerdotum Chriſti glorificationem poſt eius paſſionem. dicit de eo: Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli: & non eſt in aliquo alio ſalus. Ex quibus patet, quòd pſalmus iſte quantùm ad iſtam partem eſt intelligendus de Chriſto ad literam. Tum quia probatio non valet ex ſcriptura ſacra, niſi per ſenſum literalem, ſecundum quod dicit Aug. contra Vincentium Donatiſtā. Tum quia Iudæi non recipiebant niſi ſenſum literalem. Itē hoc dicit Ra. Sa. Hebræus ſuper illud Michee. Et tu Bethlehē Ephrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael &c. Glo. ex te mihi egredietur qui ſit dominator Meſſias filius Dauid, ſicut ipſe dicit pſal. 117. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Ex hoc dicto tria patent ſecundum eius ſententiam. Primum eſt, quòd Dauid hunc pſalmum fecit: Secundum quod in hac parte loquitur de Chriſto ad literam. Tertium, quòd Chriſtus erat reprobandus & poſtea glorificandus, ſicut narrant euangeliſtæ. Quod autem ſuprà inducitur de lapide angulari in ædificio templi Salomonis, non obſtat. Tum quia illud dictum non habetur ex Biblia 3. Regum, & 2. Paralip. vbi agitur ad literam de illo ædificio, neque à Ioſepho, ſed ſolùm hoc inueni dictum à magiſtro Petro Comeſtore in hiſtoria Scholaſtica ſuper tertio Regum. & ſic eius dictum ſecutus fuit Matt. 21. & ideo ſuppono, quòd dictum eius ſit verum: tamen ſenſus literalis in hoc pſalmo eſt de Chriſto. Senſus enim literalis eſt qui primò intenditur à ſcriptore, & ideo ſi de hoc lapide fuiſſet ſcriptum. tertio Regum. vbi intenditur deſcriptio hiſtorica illius ædificij, ſenſus literalis eſſet de illo lapide materiali, ſed vbi ſcribitur illius lapidis myſterium. ſenſus literalis eſt de Chriſto figurato per lapidem illum, ſicut eſt in propoſito, vt patet per dicta Chriſti & beati Petri, & Rab. Salo. Hebræi: ſicut Exo. 17. vbi Moyſes intendit ſcribere hiſtoriam aquæ de petra productæ, ſenſus literalis eſt de illa petra materiali. ſed vbi Paulus Apoſto. intendit ſcribere myſterium huius hiſtoriæ, dicit: Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus. ſenſus literalis eſt de Chriſto, & non de lapide materiali. His igitur præmiſſis pſalmus iſte in duas partes diuiditur, quia primò Dauid inducit ad Dei laudationem. ſecundò adducit ad hoc rationem, ibi: De tribulatione. Circa primum inducit ad Dei laudationem populum generaliter dicens: Confitemini. confeſſione laudis omnes generaliter.*

B Matt. 21. C Exodi 17. b 1. Cor. 10. a

Diuiſio. † quoniam bonus

a Domino quoniam bonus. *bonitatis cuius non eſt finis.*

b Quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicat nunc Iſrael, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicat nunc domus Aaron: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicant nunc omnes qui timent Dominum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. *Quia ſubuenit eum ſemper deuotè requirentibus. ſecundò inuitat ſpecialiter populum Iſrael, dicens: Dicat nūc Iſrael. tertiò ſpecialius tribum ſacerdotalem dicens: Dicat nunc domus Aaron, quoniam in ſeculum, &c. Et patet ſententia ex verſu præcedenti: & quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, Eccl. 15. ideo circa prædictos ad Dei laudem inuitatos oſtendit quorum laus eſt Deo accepta, dicens: Dicant nunc qui timent Dominum, timore filiali, qui vitat patris offenſam. Quoniam bonus &c. exponatur ſicut ſuprà.*

† Dicant nunc familiæ

† meci eſt in auxiliū mihi. Eccl. 15. b † videbo

c De tribulatione inuocaui Dominum. *Hic conſequenter Dauid adducit rationes inducentes ad Dei laudem: & primò ex liberatione ſui, ſecundò ex redemptione generis humani, ibi: Fortitudo. Prima in duas, quia primò recolit ſuam liberationem, ſecundò aſſurgit ad gratiarum actionem, ibi: Vox exultationis. Circa primum dicit Dauid: De tribulatione inuocaui Dominum. Poſitus enim in perſecutione Saulis legitur Dominum conſuluiſſe, & in perſecutione filij ſui Abſalom, & in illis perſecutionibus multos pſalmos fecit ad Dei laudem, vt patet ex ſuprà dictis.*

D Diuiſio. 1. Reg. 23. a 2. Reg. 15. f

e Et exaudiuit me in latitudine Dominus. *dilatando poteſtatem meam, & dominium.*

f Dominus mihi adiutor. *vtpote in bello contra Goliath gigantem, & in periculis propter Saulem me perſequentem, & conſimilibus. & ideo dicit:*

g Non timebo quid faciat mihi homo. *ſcilicet timore deijciente à virtute. Aliquando enim Dauid in periculis poſitus timuit, ſicut quando mutauit os coram Achis: ſed ille timor non fuit vitioſus deijciens in deſperationem de Deo.* 1. Reg. 21. d

h Dominus mihi adiutor. *cuius virtuti nullus poteſt reſiſtere.*

i Et ego deſpiciam inimicos meos. *ſicut Goliath deſpexit de diuino auxilio confiſus contra eum. vnde dixit: Tu venis ad me cum gladio, & haſta & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini. Et ſequitur: Et auferam caput tuum à te, & dabo cadauera caſtrorum Philiſthijm hodie volatilibus cęli, & beſtijs terræ, &c.* 1. Reg. 17. f

K Bonum eſt confidere in Domino. *qui non deficit in neceſſitate.*

l Quàm confidere in homine. *hoc dicit propter habitatores Ceilę, et Ziphæos, in quibus confidebat, eò quòd Ceilam ab hoſtibus liberauerat, et de genere Ziphæorum erat, & tamen iſti voluerūt eum in manum Saul tradere.* 1. Reg. 23. b

m Bonum eſt ſperare in Domino. *qui reddit pręmium pro virtutum operibus abſque dubio.*

¶ a Quàm

## MORALITER.

✱ a *Quoniam bonus.* non ſolum in ſe, ſed etiam in nobis effectiuè. ideo ſubditur,

b *Quoniam in ſeculum miſericordia eius. Dicat nunc domus Iſrael, etc.* Per domum Iſrael ſignificantur religioſi, qui debent eſſe contemplatiui. Per domum Aaron pontifices, clerici. Per timentes dominum, cæteri Chriſtiani. Omnes enim iſti debent Dei bonitatem deuotè confiteri.

c *De tribulatione.* populi mei per tentationes.

d *Inuocaui Dominum.* per orationem deuotam.

e *Et exaudiuit me in latitudine Dominus.* non ſolùm à malis liberando, ſed etiam in bonis dilatando.

f *Dominus mihi adiutor.* cui reſiſti non poteſt.

g *Non timebo, quid faciat mihi homo.* id eſt tyrannus.

h *Dominus mihi adiutor.* Exponitur, ut prius.

i *Et ego deſpiciam inimicos meos.* id eſt ſpiritus malignos, ideo concluditur:

K *Bonum eſt confidere in Domino.* qui non deficit in adiuuando.

l *Quàm confidere in homine.* defectiuo.

m *Bonum eſt ſperare in Domino.* qui certitudinaliter reddit pręmium.

✱ Quàm

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *In principibus. Auguſtinus.* Angelis, qui principes dicuntur. E vnde in Daniele legitur: Michael princeps veſter: in quibus non eſt ſperandum, ſed in Domino. Cum videntur iuuare homo vel angelus, ille per eos hoc facit, qui eos pro modo eorum bonos facit.

*Vbi ſuprà. Dan.10.c*

b *Omnes gentes. Caſſ.* Ecce vnde liberat de occulta, vel aperta tribulatione, vel non permittendo cadere, vel à caſu releuando.

*Vbi ſuprà.*

c *Et in no.* Alij in nomine Domini vltus ſum eos.

d *Circundantes cir. me. Auguſt.* quaſi reddens cauſam vnde tanta potuit ſuperare, dicit quid primò in capite paſſus ſit.

† circundederunt

e *Circundederunt me ſicut. Auguſt.* quod ab ignorantibus geſtum eſt, myſtica ſubtilitate prædicit Spiritusſanctus. Neſcientes Iudæi rem omnium fecerunt, & nobis dulciorem paſſione Deum ſicut apes, dum ſibi putant reponere, alijs mel faciunt. Alia litera: Circundederunt me ſicut apes fauũ. *Caſſiodo.* dicit Chriſtus, quæ pungẽdo ſe euiſcerant. Sic Iudæi occidendo Chriſtum, intus perierunt. Spinæ peccata, quibus incitati æſtuauerũt contra Chriſtum.

f *Et exarſe. ſicut. Augu.* Vel, hoc melius de eccleſia accipitur. Poſt paſſionem nanque Domini contra eccleſiã gentium & Iudæi exarſerunt, ſicut ignis in ſpinis peccatorum. Ea enim ideſt peccata ĩfideli populo igne perſecutionis cremauerunt, cui volentes officere profecerunt.

† Impellẽdo impuliſti me

g *Quia vltus. Augu.* Dum conuerſi extincta in eis malitia populo Chriſtiano ſociati ſunt, vel cum in fine iudicati, iudicium veritatis ſine miſericordia ſenſuri ſunt.

† lætitiæ

h *Impulſus euer. Caſ.* vt quando boni dantur pœnis, vt à fide cadant, & Dominus ſuſcepit. *Auguſt.* quia tam non cadit cui Dominus eſt fortitudo & laudatio, quam nõ cadit Dominus, illi verò cadunt qui ſibi voluẽt eſſe fortitudo & laudatio. Impulſus euerſus ſum &c. Poſtquam oſtendit, ꝙ liberat non permittendo cadere, oſtendit etiam quòd liberat, à caſu releuando.

F

† excelſa

i *Factus eſt mihi in ſa. Augu.* non fit qđ non erat ſibi, ſed illis. ſalus eſt conuerſis, quod non erat auerſis.

K *Non moriar. Auguſ.* Dicit eccleſia, vt putat perſecutor ſtrage funerũ poſſe ſe delere nomen Chriſtianum, cum potius augeat.

l *Caſtigans. Caſ.* Cur autem tanta pertulit, indicat. Caſtigans, quicquid faciunt, caſtigatio eſt Domini. Nihil ſibi vendicent, morti non datur cuius vitia purgantur. *Aug.* Sæpe pater per nequam ſeruos emendat filios, cum illis pœnam, his præparet hæreditatem. Quæ ſit autem hæreditas, hinc poteſt cognoſci. Aperite por. quid intus? ingreſſus confitebor.

a *Aperite. Caſ.*

a ¶ Angelis.
a b quàm ſperare in principibus. O- a b
a ¶ Quia. Tribulationem quam ſuperius commemorauit, hic exponit. b ¶ Quaſi extra explorantes, blandis, minis, & alijs occultis: hoc in principio eccleſiæ.
mnes gentes † circumierunt me:
a ¶ Eſt hoc. b ¶ Dum ipſi conuerſi pœnas pœnitendo ſuſtinent, quas ingerebant.
c et in nomine Domini, quia † vltus c d
a ¶ Aug. ¶ Hic non repetit gentes, quia hoc à ſolis Iudæis factum eſt. b ¶ Quaſi in obſidione.
d ſum in eos. Circundantes circun- e
a ¶ In capite ſuo. pius populus qui eſt corpus Chriſti. perſecutores ſentiit, & pro eo factũ eſt quicquid interior ibi virtus deitatis per exteriorem carnem peregit. b ¶ Eſt hoc.
dederunt me: & in nomine Domi-
a ¶ Caſs. Amaris conatibus dulcem cibum alijs parauerunt, dicit eccleſia in perſona Chriſti.
e ni, quia vltus ſum in eos. Circun- f
a ¶ Hoc melius de eccleſia.
f dederunt me ſicut apes, & † exar- g
ſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in no- h
¶ Eſt hoc. a ¶ Vel in præſenti, vel in futuro.
g mine Domini, quia vltus ſum in
a ¶ Vltus ſum tamen aliquando. ¶ Ideſt vacillaui.
b ¶ Vel verſatus. c ¶ De equo virtutum.
¶ In æternam mortem.
h eos. † Impulſus euerſus ſum vt ca- i k
¶ Releuauit à caſu. l
derem, & Dominus † ſuſcepit me. m
¶ Etiam. a ¶ Ideo.
Fortitudo mea et † laus mea Do- n
a ¶ Ideo. b ¶ Non ſolum facit pericula declinare, ſed etiam ſalutem præſtat.
i minus, et factus eſt mihi in ſalu- o
a ¶ Vnde qui videbantur deijcere, exultant in malis.
tem. Vox † exultationis & ſalu-
a ¶ In ſecretis cordium vbi gaudia ſpe futuri, quæ neſcientes mali putant eos triſtari. vnde: quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. & iterum. Gloriamur in tribulationibus. Etſi extra afflicti.
tis, in tabernaculis iuſtorum. De- p q
a ¶ Inde eſt gaudium quia. ¶ Chriſtus.
b ¶ Quam? c ¶ Augu. Magna virtus, de homine facere Deum, terrenis dare cœlum.
xtera Domini fecit virtutem, de- r s t
a ¶ Repetit quaſi mirum. ¶ Non homo ſe exaltauit non per ſe vicit, non ſibimet gloriam, vel ſalutem dedit.
xtera Domini † exaltauit me, de- u
xtera Domini fecit virtutem.
a ¶ Et cum hoc ſit. b ¶ Vt putas ò perſecutor.
¶ Morte æterna. c ¶ Vita quam neſcis.
d ¶ Quandiu hic ero.
k Non moriar, ſed viuam: & † nar- x
a ¶ Vt per hoc augeatur eccleſia. b ¶ Hac geminatione ſignificatur cõſuetudo ipſius Dei, qui hoc conſueuit, vt benedicens benedicam. ¶ Quaſi hoc permiſit mihi Deus fieri ad correctionem: etiam euerſio eſt ad cautelam.
l rabo opera Domini. † Caſtigans ca- y
ſtigauit me Dominus, & morti nõ z

*f* Circun. ſi. apes. *volentes me pungere gladijs ſuis tanquam aculeis.* G

*g* Et exarſerunt. *nimia ira contra me.*

*h* Sicut ignis in ſpinis. *nitentes me velociter conſumere, ad modũ ignis ſpinas velociter comburentis.*

*i* Impulſus. *i. compulſus fugere de loco ad locum in perſecutione Saulis, & in perſecutione Abſalom de ciuitate regia ad deſertum.*

*K* Euerſus ſum vt caderem. *videlicet quando Ieſbidenob niſus fuit percutere Dauid, ſed pſidio fuit ei Abiſai filius Saruiæ. iõ ſub.*

*m* Et Do. ſuſcep. me. *Succurrens mihi quia per Abiſai & in alijs multis periculis Dominus ſuccurrit ei.*

*n* Fortitudo. *Hic conſequenter poſt ſuæ ſaluationis narrationem inſurgit ad gratiarum actionem, dicens: Fortitudo mea, & laus mea Dñs. q. d. ex quo de prædictis periculis diuina virtute ſum ſaluatus, à me eſt magnificè laudandus: & ideo conſequenter inuitat Dei miniſtros ad laudandum dicens:*

*o* Vox exul. etc. *i. pro mea ſalute reſonet.*

*p* In taber. iuſtorum. *ideſt in loco diuini cultus, circa quem miniſtri habitant.*

*q* Dextera Dñi. *i. virtus eius, quæ p dexterã ſignificatur, eò quòd eſt fortior manus.*

*r* Fecit virtutem. *me de perſecutione Saulis liberando.*

*s* Dextera Domini exaltauit me. *loco eius ad regnum me promouendo.*

*t* Dextera Domini fecit virtutem. *me ab Abſalom ſaluando. Ideo ſubditur,*

*u* Non moriar ſed viuam. *poſt dictas perſecutiones ſecundum totum curſum vitæ meæ naturalis, ſecundum quod dicitur. Et rex Dauid ſenuerat, hẽbatq; ætatis plurimos dies etc.*

*x* Et narrabo ope. Domini. *quia circa finẽ vitæ ſuæ præcepit Salomoni ędificare templũ dãs ei exemplar ipſius, & ædificiorum in circuitu. ampliauit etiam cultum diuinum per ordines ſacerdotum & Leuitarum.*

*y* Caſtigãs caſtigauit me Dominus. *Perſecutio enim filij ſui Abſalom immiſſa fuit ſibi à Deo ad puniendum eius adulteriũ cum Bethſabee, & homicidium Vriæ, ſecundum quod prędixit ei Nathan.* H

*z* Et morti non tradidit me. *licet meruiſſem propter adulterium & homicidium, quę morte puniuntur ſecundum legem.*

a Aperite

## MORALITER.

✻ a *Quam ſperare in princip.* qui quærunt proprium bonum.

b *Omnes gentes circuierunt me.* Hic deſcribitur acerbitas perſecutionis, quæ contingit aliquando bonis prælatis, vt patet de ſancto Thoma Cantuarieñ, in cuius perſona dici poteſt: Omnes gentes circuierunt me. ideſt Gentiliter viuentes quæſierunt mihi nocere.

c *Et in nomine Domini, quia vltus ſum in eos.* Nam vltione diuina fuerunt terribiliter mortui, & ipſe tranſlatus ad gloriam paradiſi.

e *Circundantes circunde. me &c.* Repetitio eſt eiuſdem ſententię ad maiorem expreſſionem.

f *Circundederunt me ſicut apes.* ad pungendum me ſuis gladijs.

g *Et exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.* i. ira peſſima, nam occiderunt eum in eccleſia.

i *Impulſus ſum.* minis, & perſecutionibus magnis.

l *Vt caderem.* à ſtabilitate uirtutis.

m *Et Dñs ſuſce. me.* in protectione ſua ne caderem à uirtute. Ideo ſubditur.

n *Fortitudo mea, & laus mea Do. & fact. eſt mi. in ſal. &c.* æternam.

o *Vox exul. & ſalutis in taber. iuſtorum.* nam de eius martyrio fit in eccleſia ſolennitas magna.

p *Dextera Domini fecit virtutem.* per quam ſteti.

q *Dextera Domini exaltauit me.* ad palatium cęli.

u *Non moriar.* morte culpæ nec gehennæ. Sed viuam. uita gloriæ.

x *Et narrabo opera Domini.* ideſt narrari faciam in miraculis, quæ Deus faciet ad teſtimonium meæ glorificationis.

y *Caſtigans caſtigauit me Dominus.* pro uenialibus, quæ contingunt etiam in perfectis hominibus.

z *Et morti non tradidit me.* Ideſt mortali culpæ.

✻ *Aperite*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Quam ſperare in principibus. *Hoc dicit propter principes duodecim tribuum Iſrael, qui adhæſerunt Abſalom in perſecutione Dauid, reddentes ei malum pro bono.*

b Omnes gentes circuierunt me. *ideſt filij Iſrael agentes erga me ſicut extranei, & Gentiles: quia exiſtentes cum Abſalom intendebant Dauid obſidere, ita quòd non poſſet euadere.*

2. Reg. 17. a

c Et in nomine Domini. *ſupple contigit contrarium.*

d Quia vltus ſum &c. *Quia multi occiſi fuerunt, et alij confuſibiliter fugerunt.*

2. Reg. 18. b

e Circundantes circun. me. *Repetitio eiuſdem ſententiæ ad maiorem aſſertionem.*

*f* Circun-



a *Aperite mihi. Caſſ.* Tertiò portas Ieruſalem aperiri ſibi cupit, vbi dicit & de angulari lapide. Aperite ò prophetæ qui portatis claues regni cœlorum.

A

b *Portas. Caſſ. Hiero.* Per has portas doctrinæ ingreſſi verè laudant, extra eccleſiam catholicam non eſt laus Dei. *Caſſ.* Hæ omnes portæ ducunt ad vnam, quæ eſt Chriſtus: per quam iuſti intrãt in cœlum. Vnde: Ego ſum oſtium, per quod, ſi quis introierit, ſaluus erit. Et ibi: Nemo venit ad patrem, niſi per me. Ecce de vtroq; ſeculo mentionẽ fecit: Et quia hæc porta Chriſtus apparuit, confitebor tibi, lætus gratias agens, quia exaudiſti in aduentu filij. priores enim iuſti aduentum petebant.

c *Portas iuſtitiæ. Aug.* i. portas mortis, per quas iuſti intrant in requiem. vnde Apoſtolus: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sancti enim per hanc portam mortis vitam inueniũt ęternam. Q. Et quia Dominus non tradidit me morti. Ergo ò vos perſecutores inſtate, & aperite mihi portas iuſtitiæ i. portas mortis, per quas iuſti intrant in requiem. Et ego ingreſſus in eam i. per eas ad vitam. Cõfitebor Domino, quia hæc porta domini eſt. i. qua itur ad dominũ, vel qua dominus exiuit de mundo. vnde alibi: Et domini domini exitus mortis, & iuſti imitantes Chriſtum intrabunt in eã. i. per eam ad vitam.

d *Aedificantes. Aug.* Soli Iudæi Deum colentes ędificabãt, alijs per idololatriam deſtructis: ſed non perfecerũt, quia Chriſtum contempſerunt.

e *A domino factum eſt iſtud.* Vel, à domino factum eſt ei, ſecundum aliam literam. *Aug.* i. ad honorem patris.

f *Hæc eſt dies.* Hic eſt annus iubileus figuraliter ſub lege obſeruatus, qui dicitur remittens vel initians, quia tũc ſerui manumittebantur poſſeſſiones dominis reſtituebãtur: & nos hac die à ſeruitute peccati redempti ſumus, quibus eſt hæreditas reſtituta ęterna. *Caſſ.* Hæc eſt dies, quam fecit dominus. Etſi omnes fecit, hanc ſingulariter, qua dominus venit, in qua conuenit lætari, quia diabolus ius perdidit, homo reuixit. & quia hoc eſt:

B

g *O Domine ſaluum me fac.* Ecce deſiderium magnæ petitionis. Saluum, de clade ſeculi. Proſperare, vt dolores iſti vertantur in ęterna gaudia.

h *Benedictus qui venit in nomine Domini. Caſſ.* Quartò frequẽtari atria Dei ſuadet, de aduentu Chriſti gaudens. *Benedictus qui venit. Aug.* Maledictus ergo qui venit in nomine ſuo: vnde dominus in euãgelio: Ego veni in nomine patris mei, & nõ accepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis, qui erit maledictus. *Caſs.* Benedictus. Laus de aduentu, & ò reliqui Chriſtiani, nos maiores quaſi ſacerdotes benediximus vobis, quod multum prodeſt: quia

a *De domo*

a ¶ Ergo. b ¶ Id eſt doctrinam ſacræ ſcripturæ, quæ docet iuſtitiam. ¶ Ecce qua intretur oſtendit.
a b c tradidit me. Aperite mihi portas a
a ¶ Quid intus facies? ¶ Laudabo. ¶ In voce exultationis & confeſſ. &c. quæ eſt beatitudo ſanctorum.
iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor b
¶ Eſt.
Domino: hæc porta Domini, iuſti c d
a ¶ Id eſt per eam in cœlum, vbi qui iam boni & mali permiſti. b ¶ In laude gratias agens. ¶ Inq; ii. Do.
intrabunt in eam. Confitebor ti- e
bi, quoniam exaudiſti me: & fa-
a ¶ In ſalu. nam. Lapidem. Ecce per quem. ¶ Quis eſt ſalus. ¶ Ecce lapis ſcilicet Chriſtus.
ctus es mihi in ſalutem. Lapidem f
a ¶ Volentes ſuam iuſtitiam conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.
d quem reprobauerunt ędificantes, g
a ¶ Vt duos parietes Iudęorum & gentiũ cõderet in ſe.
hic factus eſt in caput anguli. h
a ¶ Non ab his quibus paſſus, quãuis non niſi per paſſionem, ſed à Dño qui occultè ędificabat. b ¶ Vt ſit caput anguli. ¶ Factus eſt lapis ſecũdũ quod homo.
e A Domino factum eſt iſtud, & eſt i k
a ¶ Quod Deus homo. b ¶ Interioribus. c ¶ Credentium non carnaliũ qui reprobauerun. d ¶ Mei dies veteres.
f mirabile in oculis noſtris. † Hæc eſt l
a ¶ Id eſt qua mihi ſalutem dedit. vnde: Tempore accepto ex. te: & in die ſalutis adiu. te. Alias quem. b ¶ Ergo. ¶ Mente.
dies quã fecit Dominus: exultemus, m n
a ¶ Foris opere. b ¶ Quia ſalutis eſt dies, ergo.
c ¶ Hic & in futuro.
g & lætemur in ea. O Domine ſaluũ o
a ¶ Aug. Proſpera iter redeuntibus, quia nobis in via.
b ¶ Vtis ſaluatis ſalua alios.
me fac, ò Domine † bene proſpera- p
a ¶ Maledictus qui in ſuo nomine venit. ¶ Venturus eſt.
h re: benedictus qui venit in nomi- q
a ¶ Quaſi in perſona ſacerdotum minoribus loquitur.
ne Domini. Benediximus † vobis r

*cuntur portæ in plurali, non habent efficaciam niſi ab vno Chriſto: quia omnes articuli ſunt de eius diuinitate vel humanitate, & omnia ſacramenta fluxerunt de latere eius dormientis in cruce, & ideo dicitur hic porta in ſingulari, ſecundum quod ipſe dicit. Ego ſum oſtium: per me ſi quis introierit, ſaluabitur. & ideo ſubditur:* C Iohan. 10. d

*d* Iuſti intrabunt in eam. *Per fidem & deuotionem: & ſic per eam intrabunt gloriam.*

*e* Con. tibi, quo. exau. me. *Dauid enim & alij ſancti in limbo detenti hoc confeſſi ſunt, quando Chriſtus eduxit eos de loco inferni, & quia hoc fuit per meritum ſuæ paſſionis, ideo ſubditur.*

*f* Lapidẽ. *ſ. Chriſtum, qui vocatus eſt lapis, vt ſuprà allegatum eſt, & etiam in Dan. vbi dr̃ de Chriſto: Lapis autem percuſſerat ſtatuã, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram, quod intelligitur de Chriſto, ſecũdum expoſitores Hebraicos, & Latinos.* Dan. 2. e

*g* Quem rep. ędific. *i. ſacerdotes Iudæorum & doctores, ad quorum ſpectabat officium ędificare in fide & moribus populum.*

*h* Hic factus eſt in caput anguli. *Conſtituens vnam eccleſiam ex Iudæis & gẽtibus, cuius ipſe eſt caput & paſtor. Propter quod dicit in Iohan. Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile & vnus paſtor.* Iohan. 10. a

*i* A Domino factum eſt iſtud. *i. à Domino Ieſu Chriſto facta eſt iſta vnio.*

*K* Et eſt mirabile in oculis noſtris. *Fideles enim qui ex Iudæis crediderant in Chriſtum, admirati fuerunt, quãdo viderunt ſpiritum ſanctum dari in ſigno viſibili Cornelio, et alijs Gentilibus, qui erant cum eo. in Act. Et obſtupuerunt ex circunciſione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritusſancti effuſa eſt, quæ gratia vniuit Gẽtiles & Iudæos in vna Chriſti eccleſia.* † Hic Act. 10. g

*l* Hæc eſt dies. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio, cum dicitur:* Hæc eſt dies. *i. tempus noui teſtamenti, quod vocatur dies ratione veritatis reuelatæ, quæ latebat in veteri teſtamento ſub figurarum obſcuritate. Propter quod Paulus. Vocat vetus teſtamẽtum noctem, & nouum diem, dicens: Nox præceſſit, dies autem appropinquabit, &c.* † da, obſecro, proſperitatem D † vos Roma. 13. c

*m* Quam fecit Dominus. *Licet faciat omnia tempora generaliter, dicitur tamẽ facere aliquod tempus ſpecialiter, propter bonum quod in illo contingit ſecundum modum vſitatum loquendi, quem tenet hic ſcriptura loquendo de tempore Chriſti.*

*n* Exultemus, et lætemur in ea. *i. interius & exterius, tamen cum modeſtia deuotionis, ſecundum illud: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Conſequenter conuertit ſe Dauid ad deprecãdum Chriſtum de ſalute ęterna obtinenda per ipſum, dicens:*

*o* O Do. ſaluum me fac. *Educendo me de limbo cum patribus ſanctis.*

*p* O Do. be. proſp. *Multiplicando eccleſiam tuam in fidelibus tuis.*

*q* Benedictus qui venit in nomine Do. *i. Chriſtus, qui venit in nomine patris pro ſalute mundi. & hoc modo cantabant pueri Chriſto ad paſſionem venienti. Et de illa laude videtur hic Dauid propbetaſſe.* Math. 21.

*r* Benediximus vobis. etc. *Hoc eſt verbum Apoſtolorum Chriſti, qui fuerunt primi in domo eius, quæ eſt eccleſia, & benedixerunt populis veritatem euangelij nunciando, & ſacramenta miniſtrando: & vnde habuerunt hanc poteſtatem, ſubditur:*

*a* Deus

## NIC. DE LYRA.

a Aperite mihi. *Quoniam perſecutio, & ſaluatio ipſius Dauid fuerunt figura perſecutionis ipſius Chriſti, & ſuæ ſaluationis in ſe per reſurrectionem, & corporis glorificationem, & in membris ſuis per gratiæ collationem in præſenti, & gloriæ in futuro. ideo poſtquam Dauid adduxit rationem laudandi Deum ex liberatione ſui, hic conſequenter adducit ad hoc rationem ex ſaluatione generis humani per Chriſtum. Et diuiditur in duas partes, quia primò deſcribitur dicta ſaluatio. ſecundò ex hoc ſubditur gratiarum actio, ibi: Hæc eſt dies. Circa primum ſciendum, quòd ſaluatio generis humani facta eſt per fidem Chriſti paſſi, & glorificati, propter quod Dauid loquens in perſona generis humani: primò petit ſibi aperiri ingreſſum huius fidei, dicens: Aperite mihi portas iuſtitiæ. i. acceſſum ad fidem, & ſacramenta eccleſiæ, per quæ datur ingreſſus ad locum gloriæ. Sacramenta enim veteris legis non iuſtificabãt, ſecundum quod dicitur: Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. & ſubditur: Iuſtitia autem Dei eſt per fidem Ieſu Chriſti, ſed ſacramenta nouæ legis iuſtificant, & ideo dicuntur portæ iuſtitiæ.*

b Ingreſſus in eas confitebor Do. *Et quid debeat confiteri, ſubditur:*

c Hæc porta Domini. *Id eſt ipſe Chriſtus, qui dicitur hic porta in ſingulari: quia omnes articuli fidei, & etiam ſacramenta eccleſiæ, quæ dicuntur*

## MORALITER.

✻ a *Aperite mihi portas.* Scilicet portas cœli, quas non intrant niſi iuſtificati perfectè.

b *Ingreſſus in eas.* Nam in patria eſt confeſſio laudis ſempiterna.

f *Lapidem &c.* Hic agitur de ſecundo principali. ſ. de Chriſti aduẽtu ſpirituali, cùm dicitur: *Lapidem quem reprobauerunt ędificantes.* i. Chriſtus quem reprobauerunt ſcribæ & ſacerdotes.

h *Hic factus eſt in caput anguli.* Coniungens charitate fidelium mentes, per quam venit ad humanam mentem.

i *A Domino factum eſt &c.* Nam ab alio fieri non poteſt.

l *Hæc eſt dies &c.* id eſt præſentia ſolis iuſtitiæ, quem in nobis facit ipſemet Ieſus Chriſtus.

n *Exultemus & lætemur in ea.* Sicut dicitur ad Philip. Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete, &c. Et quoniam augmentum gratiæ eſt valde deſiderandum, ſubditur: Philipp. 4. a

o *O Domine ſaluum me fac, ò Domine bene proſperare.* In nobis augendo donum gratiæ. Et quomodo ciues cœleſtes in hoc nos adiuuent, in eorum perſona ſubditur:

r *Benediximus vobis.* Imprecando vobis eius bona cœleſtia, ſicut ea dedit vobis.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *De domo Domini*. i. eccleſia catholica, vnde baptiſmus & om
E nis benedictio. imò: Deus Dominus benedixit vos. Et illuxit, fugans tenebras peccati, & vos iam benedicti. Conſtituite diem ſolennem, cuſtodientes diem, qui honori Dei ſacratus eſt. Ad cornu. ad literam, vt communicent corpori Chriſti, vt in feſtis ſolet. Vel conſtituite mente, tendentes ad cornu. i. ad poteſtatem altaris. i. ſacramenti. vnde: Introibo ad altare Dei. Ego autem pro me dico Deus meus. Confitebor tibi: hic verſus ſuprà: ſed & hic quia læta confeſſio poſt beneficia. *De domo Domini*. id eſt eccleſia catholica. Hæc eſt terra ſancta. de qua Dominus ad Moyſen: Tolle calceamenta de pedibus tuis: Terra enim in qua ſtas, terra ſancta eſt. Hæc eſt terra bona in euāgelio, quæ profert fructum triceſimum, ſexageſimum, cēteſimum: in qua ſtare debemus erecti vtique ad cœleſtia nō iacere, graues terrenorum torpore, ſoluentes calceamēta de pedibus noſtris. i. opera mortua de affectibus noſtris.

*†feſtum in confrequē tationibus*

*Exo. 13. b*

*Math. 13. b*

*Vbi ſupra.*

b *Conſtituite &c. Aug.* Magni qui excedunt, qui mente verbum Deum apud Deum contingunt: paruulis ſe contemperant, eos benedicunt de interiori domo Dei, vbi laus in ſecula ſeculorum. Sed quid inde nunciatur: hoc quod Dominus qui venit in nomine Domini: quem reprobauerunt ędificantes, Deus eſt ęqualis patri, & illuxit nobis, vt quod credimus, intelligeremus & vobis nunciaremus, vt autem & vos intelligatis: Conſtituite diem ſolennem in condenſis, i. frequentationibus. In voce exultationis, & confeſſ. ſo. epu. ambulando in loco tabernaculi ad. vſque ad domum Dei. *Aug.* Conſtituite diem ſolennem. i. eius deſiderio aſſiduè quiſq; ſe affligat, donec ad ſuperni ſacrificij altitudinem, id eſt ad ęterna gaudia attingat.

*Tres ſolennitates præcipuæ. Deut. 16. c*

c *Diem ſolennem in condenſis.* In veteri lege paſcha, pentecoſte, ſcenophegia, tres præcipuæ ſolennitates, in quibus præceptum, vt nemo vacuus in conſpectu Domini appareret. Vacuus eſt qui in ſe Chriſtum non habet, qui eſt fundamentū,
F quod nemo mutare valet. Inde eſt, quòd illis tribus ſolennitatibus fidelis populus nummum offert manuali oblatione, interiorem ſignificans. In numo enim nomen & imago Regis. Quiſque ergo ſpiritualiter numum offerat, vt nomen Regis. i. Chriſti in ſe habeat, à Chriſto Chriſtianus dictus. Et imaginem, id eſt animam lumine vultus eius inſignitam Deo exhibeat. G

a ¶Cui latria. ¶Cui dulia.
a de domo Domini: Deus Domi- a
b nus, & illuxit nobis. †Conſtituite b
a ¶Natiuitatis & reſurrectionis dominicę. b ¶Nō tepide, ſed in frequētationibus virtutū vel hoium.
c diem † ſolennem in condenſis: c
a ¶Id eſt vſque ad interiorem domum Dei de qua nos benediximus, vbi ſunt altaria excelſa.
b ¶Non ſtrepitu verborum hæc dicentur, ſed ipſa dilectio eſt vox iſta.
d e f vſque ad cornu altaris. Deus d e
a ¶Non aliud.
meus es tu, & confitebor tibi: f
Deus meus es tu, & exaltabo te. g
¶Quicquid alij, ego.
Confitebor tibi, quoniam exau- h i
diſti me: & factus es mihi in ſa- k
a ¶Et ſicut ego ita & vos, ſicut monui à principio.
g lutem. Confitemini Domino l
quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

d *Cornu altaris. Caſſ.* Vel per altare intelligitur ſacramentum corporis, & ſanguinis. Cornu altaris eſt poteſtas, id eſt virtus ipſius ſacramenti. Multi enim ſumunt ſacramentum & nomen vt mali. Boni verò ſacramentum, & rem ſacramenti percipiunt, quæ eſt ſpiritualis caro Chriſti, de qua ipſe ait: Si quis non mãducauerit carnem meam, & non biberit ſanguinem meum, non habet vitam ęternam. Vel altare intelligitur mens hominis. Vnde in lege præceptum fuit fieri altare quadrangulum & concauum. Ideo quadrangulum, quia mens humana quatuor virtutibus muniri debet, prudentia, iuſtitia, fortitudine, temperantia. Eadem debet eſſe cõcaua ad recipiendum verbum Dei, atque ignem dilectionis. Tumor enim infuſa repellit: vnde in Leuitico præceptum eſt veſiculam gutturis, & plumam proiici, quãdo turtur vel columba offertur. Veſicula inflationem ſuperbiæ ſignificat, plumæ inanes inquiſitiones ſublimium: hæc ergo proiice, vt ſis altare concauum.

e *Vſque ad cornu altaris. Auguſt.* Eundo vſque ad eminentiam mentis quæ eſt altare, id eſt ad contemplationem dicentes, Deus meus es tu.

f *Deus meus es tu.* Et vt apertius dicamus iſtorum verborum hic eſt ſenſus: Nō ſufficiat in terra iſte dies feſtus, quo agnus occiſus eſt: ſed conſtituatur in frequentationibus quouſq; perueniatur mētibus exaltatis ad interiorem eius deitatem, vbi laudes cãtabimus: ita Deus meus es tu, & Cõfitebor ti. quoniam ex. Itaque ſicut cœpit laudem, ita terminat.

g *Confitemini Domino quoniam bonus.* Ab initio, quòd deſeruimus in finem quo redimus, non eſt ſalubrius aliquid quod delectet, quàm laus Dei.

a *Halleluia.* H

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Deus Dominus, & illuxit nobis. *i. Chriſtus Dominus noſter qui eſt verus Deus, ipſe illuxit nobis: ſpiritumſanctū conferendo ad ſcripturas intelligendum, & ſacramenta eccleſiaſtica conferendum: & quia eadem poteſtas remanet in rectoribus eccleſiæ, ideo ad eos ſermo dirigitur, cum dicitur:*

*b* Conſtituite diem ſolennem in cõdenſis. *i. dies ſolennes natiuitatis Chriſti, reſurrectionis, aſcenſionis, & conſimiles, qui conſtituti ſunt ſolennes per eccleſiam.*

*c* In condenſis. *id eſt, vt populus fidelis conueniat ad eccleſiam in denſitate plebis, ideo ſubditur.*

*d* Vſque ad cornu altaris. *Quaſi dicat, ita quod eccleſia impleatur populo & clero.*

*e* Deus meus es tu. *Ieſu Chriſte.*

*f* Confitebor tibi. *Confeſſione laudis.*

*g* Deus meus es tu. *Tua magnalia enarrando. In diebus enim ſolennibus maximè debet in eccleſia fieri talis confeſſio, & enarratio.*

*h* Confitebor tibi, &c. *Vox eſt eccleſiæ Deum laudantis.*

*i* Quoniam exaudi me. *Deprecantem te Deuotè.*

*K* Et factus es mihi in ſalutem. *conferendo gratiam in præſenti, & gloriam in futuro: propter quod inuitantur omnes generaliter ad Dei laudem, cùm dicitur:*

*l* Confitemini Domino. *Et exponatur ſicut in principio pſal. quia hic verſus in fine reſumitur, ſicut in cantilenis ſolet fieri.*

## MORALITER.

✱ b *Conſtituite diem ſolennem in condenſis.* i. in frequentia magna cleri & populi in eccleſia militante, dicentes quod ſequitur:

e *Deus meus es tu, & confitebor tibi.* Confeſſione laudis corde & ore. Cætera patent.

*In pſal. 117. Confitemini Domino.*

## ADDITIO

¶ Iſte pſal. eſt vltimus iſtius hymni magni, qui incipit ab illo pſal. Laudate pueri Dominum, &c. vt dictum eſt. & finitur in hoc pſal. qui continuatur præcedenti ſic: Nam in præcedenti pſalmo Pſalmiſta tractauit breuiſſimè de ſtatu eccleſiæ per orbem dilatatę poſt primitiuam, de quo ſolum declarauit vnionem gentium cum iudæis in vnam eccleſiam, vt dictum eſt. In hoc verò pſal. agit de ſtatu eccleſiæ ſic dilatatæ: in quo floruerunt multi ſancti doctores & pontifices, ſimiliter & confeſſores & virgines. Circa quod vndecim facit. Nam primò vniuerſaliter inuitat ad Dei laudem omnes, dicens: Confitemini Domino quoniam bonus, &c. Cuius ſententia eſt. Nam Deo reddenda eſt confeſſio laudis principaliter ex duobus. Primò ex ſua bonitate ineffabili in ſeipſo, de quo dicit: Quoniam bonus, ſupple eſt. ſ. naturaliter & ſecundum eſſentiam. Secundo modo, quia ex ſua miſericordia alios facit bonos: & de hoc dicit: Quoniam in ſeculum miſericordia eius. & ſic continuat ſe Pſalmiſta cum vltimo verſu præcedētis pſalmi vbi dixerat: Quoniam multiplicata eſt ſuper nos miſericordia eius, volens in hoc pſalmo ſpecialiter declarare quomodo miſericordia Dei participatur in eccleſia: quæ quidem participatio aliquo modo in diſtinctione ſanctorū relucet. Conſequenter ſecundò diſtinguit gradus, ſeu ordines ſanctorum in eccleſia prædicto modo dilatata pro variis temporibus exiſtentiū: & hoc modo tripliciter. ſ. cū dicit: Dicat nunc Iſrael, &c. Dicat nunc domus Aaron, &c. Dicant nunc qui timent Dominum, &c. vt intelligatur ꝙ dicit: Dicat nunc Iſrael, ſpecialiter de ſanctis Confeſſoribus: Qui videntes Deum per fidē, iuxta illud Apoſt. Videmus nunc per ſpeculum, aliis eandem fidem confitentur. Intelligitur etiam quod dicit: Dicat nunc domus Aaron, de pontificibus ſeu ſacerdotibus ſanctis, & cum hoc de ſanctis doctoribus. Ex officio enim competit ſacerdotibus, & maximè põtificibus doctrina legis diuinæ, Malach. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent de ore eius. Intelligatur etiā, quod dicitur: Dicant nunc qui timent Dominum. de his qui ex timore Dei filiali carnis maceratione ſe caſtigant, vt virgines & cæteri religioſè viuentes. Cõſequenter tertiò ſpecialius declarat diuinam miſericordiam circa eccleſiam dilatatam di. De tribulatione inuocaui dominum: & eſt ſenſus, ꝙ eccleſia primitiua maximis anguſtiis tribulata inuocabat dominum pro reuelatione harum tribulationū: quā Deus exaudiuit eam dilatando. ideo ſubdit: Et exaudiuit me in latitudine dominus. Conſequenter quartò oſtendit, quomodo facta fuit talis dilatatio. ſ. per diuinum adiutorium contra humanas perſecutiones, & de hoc



& de hoc dicit: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mi-
A hi homo. Et: Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos meos. Conſequenter quintò ex dictis concludit, ꝙ bonum eſt confidere in domino: & ꝙ per hoc experientiam viderat impletam in dilatatione eccleſiæ, quæ fuerat prius oppreſſa tam ſub hominibus vulgaris ſtatus, quàm ſub principibus terræ, vt patet in hiſtoriis. vnde dicit: Bonum eſt confidere in domino, quàm confidere in homine. Et: Bonum eſt ſperare in domino, quàm ſperare in principibus. Conſequenter ſextò dicit: Omnes gentes circundederunt me. Ad quod ſciendum, ꝙ licet in eccleſia iam dilatata ceſſauerunt, ſeu mitigatæ fuerunt acerbæ perſecutiones corporales quantùm ad publicum ſtatum ſurrexerunt tamen perſecutiones ſpirituales latentes. vnde Greg. in hom. Pugnauit eccleſia. ſ. primitiua aduerſus leonem: pugnat modò aduerſus draconem. Cuius quidem pugnæ tria ſunt genera principalia. Quorum vnum eſt hominum malè viuentium, quorum vitæ exemplo ſæpe ſimplices decipiuntur. Et de iſtis dicit in perſona eccleſiæ. ſ. iuſtorum: Omnes gentes circundederunt me. i. gentiliter viuentes, quos eccleſia Dei quandoque ſuperat. Nam ſæpe tales in nomine Domini. i. diuina virtute conuerſi ad iuſtitiam, & pœnas ſuſtinent pœnitendo. Et de hac vltione dicit: Et in nomine Domini, quia vltus ſum in eos. Secundum genus pugnæ, eſt diabolica tentatio, de quo dicit: Circundantes circundederunt me. Diabolus enim ad deuorandum homines communiter circumit. Vnde Pet. Aduerſarius veſter diabolus circumit, quærens quem deuoret. Et Iob in perſona diaboli dicit: Circuiui terram & perambulaui, &c. Et de iſtis intelligitur: Circundantes circundederunt me: quaſi diceret. Diaboli qui ex rabie ſuæ malitiæ circundantes ſunt per orbem, modo prædicto circundederunt me ad deuorandum. Et quia in iſtos diuina virtute ſemper infliguntur pœnæ gehēnales, ideo dicit; Et in nomine domini, quia vltus ſum in eos. Tertium genus prædictæ pugnæ eſt hæreticorum, qui falſas doctrinas ſuggerentes quotidie impugnant eccleſiam, de quibus dicitur: Circundederunt ſicut apes. Apes enim mel portant, & cum aculeo pungunt, ſic hæretici eloquia diuina (de quibus dicit: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, &c.) allegant. Seu cum hoc lædunt fidem veram pungendo, ſeu corrumpendo. Similiter tales fingunt ſe quandoque illuminare ſcripturas, quod non faciunt, ſed eas deuaſtant & conſumunt. Vnde de eis dicit: Et exarſerunt ſicut ignis. Hæretici enim eò quod fideles quantum in ſe eſt conſumunt, ignis dicuntur à ſanctis patribus. Vnde 24. q. 3. Arrius vna ſcintilla erat in Alexandria, &c. Dicitur autem in ſpinis: quia ſicut communiter exponitur illud verbum Eccle. Sicut ſonitus ſpinarum ſub
B olla ardente, ſic riſus ſtulti &c. Ignis in ſpinis magnum ſonum & inutilem facit: & citò conſumit & deuaſtat. Quod etiam faciunt hęretici, non magna, ſed ſonoroſa loquentes, ſine aliqua vtilitate, ſed potius cum deuaſtatione ſpirituali. Sequitur. Et in nomine Domini: quia vltus ſum in eos. ſ. eos quandoq; conuertendo, & ſic patiuntur pœnas penitentiæ, vt ſuprà dictum eſt. Vel quandoque per vltionem, ſeu vindictam temporalem. ſ. quando igni traduntur iudicio eccleſiæ. Et ſic in nomine Domini, quia vltus ſum. Et quia huiuſmodi perſecutiones, ſpecialiter hæreticorum, aliquando fuerunt tam validæ, ꝙ videbatur fides quaſi ſubuerti: ſicut patet de hæreſi Arrianorum, quæ totam eccleſiam maximè turbauit, & de aliis hęreſibus, prout in hiſtoriis eccleſiaſticis habetur: ideo ſubdit: Impulſus euerſus ſum vt caderem, & dominus ſuſcepit me. Qualiter autem dominus ſuſceperit eccleſiam, ne caderet, ſubdit dicens: Fortitudo mea, & laus mea dominus. Et quia non ſolùm dedit Deus fortitudinem eccleſiæ, vt poſſit aduerſariis reſiſtere, declinando pericula per eos inducta, ſed etiam de eis triumphum præſtando, dicitur: Et factus es mihi in ſalutem. Conſequenter ſeptimò oſtendit, C
ꝙ per doctores ſanctos eccleſiæ ſpiritualis triumphus habetur de hæreticis. & de hoc dicit: Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Nam talis victoria non attingitur per arma corporalia, ſed per vocem ſacræ doctrinæ, quæ lætificat: iuxta illud pſal. Iuſtitiæ domini rectæ lætificantes corda. Doctrina autem vera ſalutaris cõmuniter acquiritur à viris vacantibus ſtudio in tabernaculis. iuxta illud Deuter. Lætare Iſſachar in tabernaculis tuis. Quod ſic exponitur: nam illi de tribu Iſſachar non intendebant negociationibus, ſicut illi de tribu Zabulon conuicini ſui: ſed vacabant in tabernaculis ſtudio ſcripturæ, & ideo de eis erant quamplurimi doctores legis diuinæ, vt ibidem dicitur. Vnde propriè Pſalmiſta dicit, quòd vox iſtius ſalutis quæ ab hæreticis eccleſiam tuebatur, perſonabat in tabernaculis iuſtorum, ſcilicet in ſtudiis ſanctorum doctorum. Et ne iſta victoria humano ingenio attribueretur, ſubdit: Dextera domini fecit virtutem. Et notanter repetit ter: Dextera domini. Et in primo loco & in tertio ſeu vltimo ſubiungit: Fecit virtutem. In medio autem loco dicit: Dextera domini exaltauit me, ad denotandum quòd principium, & finis huius victoriæ, ſoli virtuti diuinæ attribuendum eſt. Medium autem ſcilicet, huius victoriæ attribuendum eſt humano ingenio tanquam inſtrumento à Deo exaltato. vnde in medio loco dixit: Dextera domini exaltauit me. Conſequenter octauò dicit: Non moriar, ſed viuam. Quod videtur referri ad illud, quod dixerat in pſalmo. Credidi, propter quod locutus, &c. qui eſt quartus pſalmus huius hymni. Ibi enim Pſalmiſta tractans de martyribus dixit: Pretioſa in cõſpectu domini mors ſanctorum eius, vt ibidem fuit expoſitum. Et ne quis putaret, quòd ſancti doctores non eſſent magni in conſpectu domini, eò quòd non fuerunt talem mortem pretioſam conſecuti, ideo dixit: Non moriar, ſed viuā: & narrabo opera domini. Quaſi diceret quilibet ſanctus doctor: Licet ego non moriar pro Deo tanquam martyr, viuo tamen Deo, vt narrem opera domini contra hæreticos impugnatores. Et quia iſti doctores ſancti licet non fuerunt mortui pro Chriſto per martyriū corporale: fuerunt tamen multa paſſi incommoda & anxietates: ſimiliter martyria intrinſeca per abſtinentias & vigilias, & huiuſmodi: ideo ſubdit: Caſtigans caſtigauit me dominus, & morti non tradidit me. Hoc eſt dicere: Licet morti non fui tradita à Deo per martyrium extrinſecum, eò ꝙ diſpoſuerat de me, vt narrarem opera domini: Caſtigans tamen caſtigauit me. i. multipliciter caſtigauit me modo prædicto, quod quodammodo eſt martyrium. Conſequēter nonò quaſi loquens populus fidelium ad huiuſmodi doctores ſanctos dicit: Aperite mihi portas iuſtitiæ. i. exponite mihi doctrinam ſacræ ſcripturæ, per quam homo iuſtificatur. Talis enim expoſitio D
ſeu declaratio, apertio dicitur. Vnde Luc. Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Et ingreſſus in eas confitebor domino, quia per ſcripturas rectè intellectas intratur ad confeſſionem Dei. ſ. confeſſionem fidei & laudis. & ſequitur: Hæc porta domini, iuſti intrabunt per eam. Cuius ſenſus eſt, quòd intellectus ſanus ſcripturæ ſacræ per ſanctos doctores apertus eſt porta domini, per quam iuſti intrant ad laudem Dei & fidei confeſſionem. Conſequenter decimò, populus hoc quod petebat habens. ſ. apertionem portarum iuſtitiæ, Deo alloquitur reddēs gratiarum actiones. & hoc cùm dicit: Confitebor tibi quoniam exaudiſti me. ſ. aperiendo mihi per tuos ſanctos doctores portas iuſtitiæ, quibus poſſim tibi rectè confiteri & verè cognoſcere, quòd factus es mihi in ſalutem. i. meus Saluator. Conſequenter vndecimo oſtendens quomodo factus eſt Deus Saluator, ſubdit: Lapidem quem reprobauerunt ędificantes, hic factus eſt in caput anguli. Exponatur hic verſus & ſequens de Chriſto lapide angulari. prout in poſtilla.

*Deuter. 33. e*

*Luc. 24. g*

## GLO. ORDIN.

a *Halleluia.* ✱ *Aleph. Ambr.* Pſal. iſte inſtitutor eſt fidelium paradiſus omnium pomorum: quātò in ſuperficie vr̄ apertior, tantò profundior, ſimilibus verbis contextus. *Caſſ.* Vbi generalis iuſtus loquitur, modò profitendo quod accepit, modo iterum eadem ſperando quæ meruit, nulla cõfuſione permiſtus, ſed nouitate rerū literis mutatis explicatur. *Ambr.* In hoc pſal. tot ſunt octonarij, quot elemēta apud Hebr. i. xxij. & ſinguli per omnes verſus incipiunt à ſingulis elemētis per ordinem: per quod innuit, quod hæc ſunt elementa, & omnimoda doctrina ad beatitudinē, cuius doctrinæ partes cõgruis interpretationibus nominū elementorum deſignant. Octonarius ipſe ſingulis diſtinctionibus innuit, ꝙ vnaquęq; pars perfecta eſt, & ſufficit: vt ſi quis eā ſeruet in vita vij. dierum, perueniat ad octauā reſurrectionis. Vel circumciſionis cordis ſignificatur. *Ambr.* Omnis moralis doctrina ſuauis eſt in qua hic pſal. eminet, quaſi ſol pleni luminis meridiano calore feruēs, per literas Hebræi alphabeti digeſtus vt ſicut pueri in primis literis vſum diſcendi ſumunt, ita nos huiuſmodi elementis vſum viuendi vſq; ad maturitatē. Singulis literis verſus octoni ſubiiciuntur, vt vnitatē deitatis, q̄ omnia regit docerent, & purgationem legitimæ ſanctificationis. Octaua enim die & circūciſio fit ex lege, & in Chriſti reſurrectione ſumus ei cõuiuificati. Titulus eſt Halleluia: quia in his Deus laudatur, in quibus eſt remiſſio peccatorum. Aleph doctrina interpretatur, plenos ergo doctrinæ ſequentes verſus attende. Prius immaculati in via, poſt ſcrutātur: ante enim vita, q̄ doctrina, bona vita etiam ſola gratiā habet. Doctrina ſine vita nō eſt integra. Quia in maleuolam animā nō introibit ſapiētia. vnde di̇: Quęrēt me mali, & nō inuenient. Prius ergo corrigenda eſt vita, inde quærēda cognitio. Prima ergo ſunt moralia, ſecunda myſtica. In illis vita, in his cognitio: ſine vtraq; verò non eſt perfectio. Idem ordo in primo pſal. Beatus qui non receſſit à via iuſtitiæ inde in lege meditatur.

a
b Halleluia. ✱ Aleph.
¶Doctrina.

*Sap. 1. a*

b *Aleph. Ambr.* i. doctrina, quod eſt commune toti pſalmo, & quaſi prologus: quia cùm conſtat, quod omnes volunt eſſe beati, etiam mali: His quæ deſiderat adeptis, docet quod plurimi neſciunt quomodo veri beati, ne quis iam erret de via beatitudinis. Chorus ſanctorum loquitur à primo iuſto ad vltimū, quaſi diuerſi diuerſa quærunt quibus beati ſunt. Sed hæc eſt via, qui volūt eſſe beati, ſint immaculati, & vt de fidelibus, non de Chriſto accipiatur. *Ambr.* Singulæ literæ ſunt quaſi tituli ſuorum verſuum continentiam eorū declarantes. *Ambr.* Elementa ſcholæ Chriſti. Omnia perfectio numero iuſtorum: Partes ſunt ſecūdum numerum literarum.



a *Beati*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLO. ORD. PSAL. CXVIII.

E Definitio beati. Vbi ſupra.

Beati immaculati. *Caſſ.* Definitio beati per actus, qui in Chriſto ſine macula, ambulans in lege, & ſic ſcrutans vt proueħatur: aliter non eſt dignus perquirere, niſi ſit probabilis vitæ. *Caſſ.* Immaculati pluraliter, vt de fidelibus, non de Chriſto accipiatur.

b *Qui ambulant in lege Domini.* Non peccant. Vel ſi peccant, pœnitent, proſpiciunt, & perſeuerant.

Enarr. pſal. 118. 10. 6. concione 1. c *Qui ſcrutantur. Aug.* Exquirunt: hoc poſſunt & impij, ſed iam ſpe beati, quia ſunt inuenturi quod quærunt: non quia ſcrutantur & quęrũt: beati, ſed propter hoc ꝙ aderit, vt in euangelio: Beati qui perſecutionem patiũtur: & qui eſuriunt. Non quia hoc, ſed propter hoc quod ſequitur: quia ipſorum eſt regnum cœlorum. Matth. 5. b

d *Exquirunt eum. Aug.* propter hoc ſeruanda erant teſtimonia, vt Deus inueniretur, aliter non valuit, vt qui volũt eſſe docti, non iuſti, vnde gloria apud homines, non apud Deum.

e *Non enim &c. Aug.* Quaſi, qui peccatum habet, non ambulet in viis. Vel, qui ambulant, ſine peccato ſint. Sed non dicũtur illi operari iniquitatem, q etſi quotidie fragilitate leuiter peccant, non tamen amant: ſed oratione & ſigno crucis deſtruunt. Peccatum iniquitas eſt, nõ tamen ſine peccato: qui in viis ambulat, ſed non ipſe operatur illud ſed quod habitat in eo peccatum, cum non vult quod agit. Fomes qui eſt in nobis, qui langor eſt naturæ, commouet illicita deſideria, & ita nõ ſine peccato. Sed non operatur, qui deſideriis carnis nõ obedit. Qui verò obedit, à viis deuiat. Si verò confiteť & orat, & hęc ad vias pertinent, & propter vias peccatum non imputatur. † præcepiſti

f *Operantur iniquitatem. Caſſ.* Ex dilectione non inuitus: vt qui dicit, quod odi facio. Beati qui ſic agunt, & ne hæc contemnantur, ſubdit iuſſionem domini.

F g *Tu mandaſti. Caſſ.* Vel ita continua: Beati qui ſic & ſic agũt. & ne hæc contemnantur, ſubdit iuſſionem domini, dicens: Tu mandaſti, vel nimis mandaſti, vel nimis cuſtodiri.

h *Nimis.* Aliquando plus quàm oportet, quod non hic, ſed pro valde. *Aug. Caſſ.* Diſtingue nomina. Lex eſt vmbra futurorum, quæ ſpiritualiter debet cuſtodiri, vt de ſacrificiis & huiuſmodi. Teſtimonium eſt euidens res quę commonet alios. Vnde Iacob: Lapis iſte erit in teſtimonium. Et Dominus curato leproſo dicit: Offer mu. tu. in teſtimonium: Sic & præcepta dicuntur teſtimonia, quæ monẽt ne peccemus. Mandata ſunt ſine vmbra, quæ præſentem habẽt operationem: vt diliges Dominum, dicens: Et no. quia teſtimonia accipit in prohibendo, & mandata in iubendo. Hebr. 10. a Gen 31. g Matth. 8. a

i *Vtinam dirigantur. Aug.* Optat contra ſuperbiam liberi arbitrij, cui non ſatis eſt doceri, niſi prius dirigatur. *Ambr.* Quaſi te mandante legem accepi: ſed niſi adiuues, fit mihi mors. *Ambr.* Vita beati expreſſa optat eam. Vtinam dirigantur ad cuſtodi. aliter non poſſunt cuſtodiri.

a *Iuſtifica-*

## CXVIII.

a ¶Olim miſer homo pollutus, nunc contra ſi in via. & ſi ambulant in lege. Non ſine peccato, ſed ſine criminali. b ¶Chriſto qui via & veritas & vita, vel in lege Domini, quæ eſt via ad vitam.

a Beati immaculati in viã, a b

a ¶Quod ſunt. b ¶Deinde. c ¶Non otioſi. d ¶Nõ carnis. e ¶Hoc nõ poſſunt niſi perfectè ſeruẽtur.

b c qui ambulãt in lege dñi. Beati qui c d

a ¶Scripturas. ¶Si. ¶Non vt hæretici. ¶Non diuiſo. ¶Vnde. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.

†ſcrutãtur teſtimonia ei⁹, ĩ toto cor- e

a ¶Non alium. b ¶Hi beati: qui enim operantur iniqua nondum immaculati ambulant in lege, ac per hoc nondum beati.

d e de exquirunt eũm. Nõn enim qui f

a ¶Via Chriſtus. viæ prophetæ & Apoſtoli & omnes prædicatores. ¶Aug. Omnes via fidei vna complectitur, qua viuit iuſtus.

f operãtur iniquitatẽ, in uiis eius am-

a ¶Hi non ambulant in viis qui operantur iniquitatẽ: & verè quia. ¶Vt ambularent, & ideo ambulandum. ¶Per prophetas & apoſtolos.

g bulauerũt. Tu † mãdaſti, mandata g

a ¶Caſſ. Vt nec iota prætereatur. ¶Pluſquam patitur natura carnis. b ¶Ambr. Sed ad hoc ſine gratia non mihi ſufficio.

h i tua cuſtodiri nimis. Vtinãm † diri- h

a ¶Caſſ. Actus hominis huius vitæ, qui per ſe tortuoſi.

gantur uiæ meæ, ad cuſtodiendas i

ſciendum, quòd aliqui doctores exponunt eum totum de Dauid ad literã. G Sed quia in quolibet octonario eaſdem hiſtorias de Dauid repetunt, quod alibi non inuenitur in eodem pſalmo, nec videtur probabile fuiſſe intentionis Pſalmiſtæ in eodem pſalmo toties eandem hiſtoriam repetere. ideo alia via intendo procedere. Circa quam ſciendum, quòd ſecundum plures expoſitores catholicos pſalm. iſte loquitur de beatitudine, quæ frequẽter in hoc pſal. ſub nomine beatitudinis vel vitæ ſpiritualis memoratur. Beatitudo autem dupliciter habetur. Vno modo in re, & ſic habetur tantum in patria. Alio modo in ſpe, & ſic habetur in via per bonorum operum merita, ſicut dicit Philoſophus 1. Ethico. de felicitate politica, quæ conſiſtit in vſu virtutũ, quòd pueros beatificamus in ſpe, nõ quia adhuc operentur virtuosè, ſed quia videntur bonæ indolis & apti ad habẽdum virtutes politicas tempore procedente. Igitur de beatitudine, prout habetur in via, loquitur pſal. iſte. Et diuiditur in duas partes: quia primò agiť de beatitudine in generali. ſecũdò de pertinẽtibus ad ipſam magis in ſpeciali, ibi: In quo corrigit. prima in duas, quia primò agitur de beatitudinis ſtatu. ſecundò de eius appetitu, ibi: Vtinam diri gantur. Prima adhuc in duas: quia primò oſtenditur qui ſtatum beatitudinis aſſequuntur. ſecundò qui ab ipſa excluduntur, ibi: Nõ enim. Circa primum ſciendum, quòd beatitudo prout habetur in via, conſiſtit in perfectione vitæ actiuæ, & contemplatiuæ. Vita verò actiua præcedit contemplatiuam, quia mens non poteſt eleuari liberè in cõtemplatione veritatis, niſi paſſiones appetitus ſenſitiui fuerint moderatæ per exercitium moralis virtutis, quod pertinet ad vitam actiuam. Vnde dicit Gregor. in Moral. Cum aliqui contemplationis arcem tenere deſiderant, prius ſe in campo per exercitium operis probent, vt ſolicitè ſciant ſi nulla iam mala proximis irrogant, ſi irrogata ab alijs ęquanimiter portant, ſi obtentis bonis temporalibus nequaquam mens lætitia ſoluitur: ſi ſubtracta non nimio dolore ſauciatur &c. & ideo primò ponitur perfectio vitæ actiuæ, cum dicitur:

a Beati immaculati. *i. carentes macula mortalis peccati.*

b In via. *vitæ præſentis.*

H c Qui ambulant, *mandata eius opere adimplendo, quia non ſufficit declinare à malo, ſed cum hoc requiritur operari bonum. Propter quod dicit Gregor. Minus eſt mala non agere, niſi etiam quiſq; ſtudeat & bonis operibus inſudare. Secundò tangitur perfectio vitæ contemplatiuæ, cum dicitur,*

d Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius &c. *i. eloquia diuina per prophetas nobis tradita, quæ ſunt miraculis tanquam diuinis teſtimonijs confirmata, Mar. Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

e In toto corde exquirunt eum &c. *id eſt intellectu & affectu. Differt enim contemplatio ſanctorum à contemplatione philoſophorum: quia contemplatio philoſophorum eſt propter perfectionem contemplantis, & ideo ſiſtit in intellectu. Sed contemplatio ſanctorum quæ eſt contemplatio theologica, eſt propter amorem ipſius contemplati ſcilicet Dei. & ideo non ſiſtit in intellectu per cognitionem, ſed tranſit ad affectum per amorem: & ideo ſancti in contemplatione iſta ponunt amorem Dei tanquam principaliter intentum.*

f Non enim. *Hic conſequenter oſtenditur, qui à perfectione prædicta excluduntur. ſ. delinquentes. quod notatur cum dicitur: Non enim qui ope. ini. in vijs e. ambu. ſed magis in deuijs à via virtutis, & etiam negligentes, quod notatur ibi cum dicitur,*

g Tu manda. man. tu. c. ni. *i. cum magna diligentia & ſolicitudine, qua carent negligentes. & per conſequens à mandatorum diuinorum impletione. quorum aliqua pertinent ad vitam actiuam. ſ. illa quæ pertinent ad charitatem proximi, aliqua verò ad contemplatiuam, quæ directè pertinent ad amorem Dei.*

h Vtinam. *Hic conſequenter agitur de beatitudinis appetitu, cum dicitur in perſona totius eccleſiæ: Vtinam dirigantur viæ meæ, i. proceſſus cogitationum & operum meorum.*

i Ad cuſto. iuſt. t. &c. *i. mandata tua ad vitam actiuam & contemplatiuam pertinentia, quæ continent iuſtitiam perfectam, & quia hoc non poteſt fieri, niſi præcognoſcantur, quia ad incognitum nullus dirigitur, niſi à caſu: & ideo ſubditur:*

¶ a Tunc

## NIC. DE LYRA.

Beati immaculati. *Huic pſalmo præmittitur pro titu. Halleluia: cuius expoſitio patuit ſupra, per titulum verò non apparet autor pſal. tenetur tamen, quòd fuit propheta ſanctus quicunque fuerit. Eſt autem pſalmus alphabeticus. Alio tamen modo, quàm alij alphabetici, quia in iſto ſub qualibet litera Hebraici alphabeti ponuntur octo verſus per ordinem, ita quòd omnes verſus primi octonarij incipiunt per literam aleph, quæ eſt prima litera: & omnes verſus ſecundi octonarij per beth, quæ eſt ſecunda: & ſic conſequenter de alijs. Et quia tranſlator non potuit ſic transferre, quod omnes verſus primi octonarij inciperent ab a, quæ eſt prima litera alphabeti Latini, ideo primo octonario præpoſuit aleph, ad ſignandum quòd omnes verſus illius octonarij per aleph incipiunt in Hebræo. Currebat autem tunc quidam modus ſpecialis verſificandi ſecundum ordinem literarum alphabeti, ſicut apud nos in illo hymno: A ſolis ortus cardine. In quo verſus incipiunt ordinatè per literas alphabeti Latini, incipiendo ab a, vſque ad g, incluſiuè, vt patet intuenti hymnum illum. ſed in hoc pſalmo octo verſus incipiunt à qualibet litera, ibi autem vnus tantum. Nec video ibi aliam ſignificationem niſi modum verſificandi ſpecialem, vt dixi loquendo de ſenſu literali. De materia huius pſalmi ſciendum,*

Sedulius hũ. hymnũ per literas principales verſuum vſque ad finem alphabeti conſcripſit. Adaer. pſal.

## MORALITER.

a *Beati immaculati.* Sicut dictum fuit in expoſitione literali, pſalmus iſte loquitur de beatitudine in ſpe, per quem modum habetur in via per operum bonorum merita, & ſic patet, ꝙ ſenſus literalis eſt ſimpliciter moralis, propter quod de alio pertranſeo.



a *Iuſtificationes.* niſi directæ viæ noſtrę A ſint. Iuſtificationes priſco populo multæ fuerunt. ſ. vt famulus Hebreus ſex annis ſeruiat, vt pr̃ reuerenter habeatur. *Caſ.* Filius diſciplinæ ē, Deus timeať, ſacerdos honoretur, & his ſimilia. Hæ poſſunt cuſtodiri, ſi p̃ oculis ſemper habeantur mandata, vt praua mox emendentur per ea. Oĩa, ne peccando cõtra vnũ ſit reus omniũ. vnde Iacob. Si quis totã legẽ ſeruauerit, offendat aũt in vno factus eſt oĩm reus. Qđ euitat q proſpicit in mãdatis, q in mãdatis nõ ꝓſpicit, ĩ quo erret neſcit.

a *Non confundar. Amb.* Antè. n. in Adã cõfuſus es & nudus factus, cũ operuiſti te folijs fici, qa cõfundebaris. Abſcondiſti te à conſpectu Dei, quia erubeſcebas. Nunc autem venis in cõſpectu Dei. *Caſ.* per gratiam liberatus.

b *Iudicia iuſti.* Sunt quia famulos liberat perſecutione diaboli laborantes.

c *Non me dere. &c. Caſ.* Iuſtificationibus conceſſis petit à Deo cuſtodiri. quia ſcit diabolum circumire. Vel ita præcatur Chriſti aduentum, ante quẽ Deus reliquerat mundum pro peccato: ſed C iam orat ne vſquequaque. i. valde relinquat, quod iam impletũ eſt in aduentu Chriſti, quia Deus in Chriſto mundum ſibi reconciliauit. 2. Cor. 5. d

a ¶Quia. ¶In Adam confuſus & nudus, nunc in conſpectum Dei venis quaſi ſecurus. ¶Aug. quia non auditor obliuioſus eſt, ſed factor operis: Confunditur qui inſpicit ſi non facit.

a † iuſtificationes tuas. Tũnc non a

a ¶Vnde: Si quis auditor eſt verbi, & non factor &c. b ¶Quaſi in ſpeculo.

confundar, † cum perſpexero in

a ¶Vnius reus, punitur. b ¶Et tunc. ¶Non ero ingratus, ſed laudabo, quod diſtortus non potero.

omnibus mãndatis tuis. Cõnfite- b

a ¶Quia tu feciſti directum cor meum. ¶Auguſt. Confitebor pro eo quod didici, ſi dirigitur cor ad cuſtodiendum: quia aliter, inde non lætarer, ſed accuſarer, nam quid proderit ꝙ ea didicerim, ſi corde peruerſo vias ago prauas.

bor tibi in directione cordis, † in c

¶A patribus, non per me inueni.

b eo ꝙ didici iudicia iuſtitiæ tuæ. Iu- d

a ¶Et etiam opera iuſtitiæ faciam. b ¶Q vt cuſtodiam.

e ſtificationes tuas cuſtõdiam: nõn e f

a ¶Amb. Et ſi relinquis ad probationem vt Iob. Aug. Et ſi relinquis aliquãdo, vt infirmus mihi videar. b ¶Alias valde. i. in pœna: & ſic gloriabor in te, non in me.

a me derẽlinquas vſquẽquaque.

## NICO. DE LYRA.

¶ a Tunc non confun. *i. perfectè inſpexero. In omnibus mandatis tuis cognoſcendis. Et quia ad hoc requiritur illuſtratio & directio Dei, ideo ſubditur,*

b Confi. ti. in di. *i. ꝙ directio cordis mei, ad intelligẽdum prædicta, ſit à te. ideo ſubditur,* † cum didicero

c In eo ꝙ didici iu. *quæ non poſſem ſine tua directione didiciſſe. Et quia ſicut dictum eſt, talis notitia non ſiſtit in intellectu, ſed tranſit ad affectum per dilectionem, quæ ſecundum Greg. operatur magna ſi eſt, ideo ſubdiť,* Gregorius.

d Iuſtificationes t. *id eſt mandata tua.*

e Cuſtodiam. *opere adimplendo. & quia ad hoc requiritur adſiſtentia diuinæ gratiæ, quæ facit opus meritorium, ideo ſubditur,*

f Non me dere. *quaſi dicat ſi me ad momentum dimiſeris, non potero cuſtodire.*

## GLO. ORDIN.

a ב *Beth. Caſ.* Hic oſtendit p̃cepta liberare hominẽ de confuſione. i. de lapſu peccati. In prima litera partes beatitudinis exponit, in quibus præcať ſe cuſtodiri. In ſecunda tẽpus cõuerſionis aperit, in quo potiſſimè à lapſu & cõfuſione fluxæ ætatis ad Deũ quis conuerti debeat. Vnde congruè huic octonario p̃mittitur litera beth, quæ interpretatur confuſio. *Ambro.* Beth confuſio declaratur.

## GLOS. ORD.

b *In quo corrigit. Amb.* Quaſi cõfuſus de errore & laſciuia fluxæ ætatis, iam iuuenis deliberat, quõ viã corrigat. *Aug.* qa poſt meB ditationẽ videntur meliora conſilia, ſubdit propheta quaſi ſimilis, deliberans conſiliũ: ò dñe: In cuſtodiẽdo ſermo. &c. vnde ad dñm cõuerſus quaſi prece delata. Vel, hoc conſiliũ Dei inſpiratione perceperit, non humana p̃ſumptione. *Amb.* Melius eſt præuenire iuuentutẽ correctione, q̃ poſt lapſũ recordatione deflere, & dicere: Delicta iuuentutis meæ &c. hoc eſt, debilitatis remediũ, illud robur ſalutis. hæc eſt res in periculo, qa graue eſt cõſueta repellere. Magnũ. n. in ſe cõſuetudo vinculũ habet ibi, in bono. vnde: Bonũ eſt viro, cũ tollit iugum ab adoleſcentia ſua. Facilius enim eſt retrahi ab ingreſſu, quam abrepto itinere prauæ conſuetudinis reuocari.

c *Adole. Aug.* Quia hac ætate potiſſimũ debet fieri. Vel iunior filius q in euangelio legiť viã ſuã deprauaſſe, vel potius q portat imaginẽ noui hoĩs, id eſt veteris. *Caſ.* Vel adoleſcẽtior. In qua ætate homo ꝓnior eſt ad peccandũ. vnde: Fili à iuuẽtute tua excipe doctrinã, & vſq; ad canos inuenies ſapientiã.

g *In cuſto. ope. Aug.* vnde nõ ait: in legendo vel memorando: aliter. n. non poteſt corrigere, niſi cuſtodiendo: & ita eſt ſenior mente, vt Dan. Nam quidam verba Dei tenendo agũt ne obliuiſcantur, nec agunt viuendo, vt corrigantur. Dan 13. e

h *Ne repel. Amb.* Vel de prælatione eccleſiaſtica agit, quã qui negligẽter adminiſtrat, à Deo repelliť: quod ne ſibi fiat, iſte p̃catur dicẽs: Ne repellas me a mandatis tuis, docendis vel annuntiandis in eccleſia: à quibus negligens repelliť, ne tollat locũ meliori, & ne ſibi plus cõtrahat offenſionis. Ipſe eſt tepidus, qui nec feruore fidei calidus eſt, nec frigidus algore infidelitatis: q non rapitur de manu Dei, ſed eijcitur vt peior frigido. i. penitus infideli. vnde in Apoc. Vtinam frigidus eſſes, aut calidus. *Aug.* Ne repellas. Mãdatis q̃ppe eius rectis atq; arduis humana nõ cõparatur infirmitas, niſi præueniens eius adiuuet charitas. Qui non iuuatur, quaſi flammeo gladio ab arbore vitæ prohibetur indignus. † mandabit puer D Apoc. 3. e

i *Abſcon.* Genus peccati, obſtinatis prædicare. vnde: Nolite ſanctum dare canibus, & margaritas ante porcos pro. *Ambro.* Vitium eſt ſecreta myſteria vulgare indignis, quod fit vel adulatione, vt placeat ei, cui vulgat, vel auaritia, vt quid lucretur: vel iactantia, vt plura ſcire videatur, vel loquacitate incauta, dum ſine iudicio volat irreuocabile verbum. Aſſumenda ergo eſt diſciplina ſilentij, vt prius quis taceat quam loquatur. vnde: ſit homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Ideoq; Eſaias cum audiſſet à Domino: Clama: Reſpondit: Quid clamabo? Et dominus comparat regnum cęlo. theſau. abſcon. in agro Matt. 7. a Iaco. 1. Eſa. 40. b Matt. 13.

quem

¶Domus.

a ב Beth.

a ¶Præmittit interrogationem cum deliberatione. ¶Iuſtificationes tu. cu. quæ ſunt cuſtodiendæ, quia.

b c In quo†corrigit ado- a

a ¶Spiritualis populus vel pronior ad peccandum, vel Gentilis populus. b ¶Prauam conſuetudinẽ.

leſcẽntior viãm ſuã,

a ¶Opere, quia fruſtra cuſtodit memoria ſine vita, in peruerſa vita non eſt correcta via. b ¶Fidei. c ¶Quia in his eſt correctio. & ideo.

d in cuſtõdiendo † ſermonẽs tuõs. b

a ¶Qui non in toto corde negligens eſt & repellitur. ¶Ita iam ſenior mente, aliter non poteſt. b ¶Quod eſt ex dono Dei.

c ¶Ideo.

e In tõto corde meo exquĩſiui te, † nẽ c d

¶Q indignum eſt cum toto corde quæro. ¶Non adiuuando. a ¶Ab intelligentia legis à qua repellitur, qui à Deo non adiuuatur. ¶Exquiſiui & memoriæ commendaui.

repellas me à mandãtis tuis. In e

a ¶Pro porcis & canibus. b ¶Quia dicis: Nolite ſanctum dare canibus.

f corde meo abſcõndi eloquĩa tua,

## NICOL. DE LYRA.

In quo corrigit. *Hic incipit ſecundus octonarius, vbi Pſalmiſta incipit tractare de pertinentibus ad beatitudinem quæ conſiſtit in operibus vitæ actiuæ & contẽplatiuę, vt dictum eſt. & primò de pertinentibus ad actiuam, ſecundò ad contemplatiuam. xj. octonario, ibi: Defecit in ſalutari &c. Prima in duas: quia circa perfectionem vitæ actiuæ. Primò ponitur remotio impeditiui. ſecundò aſſecutio promotiui, octonario quinto, ibi: Legem pone. Circa primum ſciendum, quod ad perfectionem vitæ actiuæ triplex eſt impedimentum. ſ. paſſionis impulſus, virtutis humanæ defectus, & corporis aggrauantis pondus. Primò ponitur primum, ſecundò ſecundum, ibi: Retribue. tertiò tertium, ibi: Adhęſit pauimento. Ad euidentiã dicendorũ ſciendũ, ꝙ perfectiones vitæ actiuę, & contemplatiuæ ſunt connexæ: quia ſicut dictum eſt, actiua diſponit ad contemplatiuam: & contemplatiua ex amore Dei facit deſcendere ad actiuam pro neceſſitate proximi releuanda. In cuius figura angeli deſcribuntur aſcendentes & deſcendentes in ſcala Iacob, & per conſequens pertinentia ad vtranq; vitam habent adinuicem connexionem. & multò fortius diuerſa ad actiuam pertinentia adinuicem connectuntur. & ſimiliter pertinentia ad contemplatiuam, propter quod in ſingulis octonarijs verſuũ plura de contentis in alijs octonarijs ponuntur, variatis tñ verbis & ordine, ſicut patet intuenti literã huius pſal. pp qđ diuiſio eius per octonarios, quã incepi, & proſequar, non eſt præciſa: v. g. ꝙ in hoc ſecundo octonario præcisè agať de repreſſione paſſionũ: ſed ſi cũ hoc plura alia ponunť in alijs octonarijs contenta: tñ ponuntur hic per quandã reductionẽ ad huiuſmodi repreſſionẽ. ſ. per modum antecedentiæ vel conſequẽtiæ & huiuſmodi, licet talis reductio aliquã ſit longinqua: & eodẽ modo dicendũ de alijs octonarijs. His igiť præmiſſis, quia iſte octonarius intitulatur à repreſſione paſſionum. ſ. iraſcibilis & concupiſcibilis, quæ magis vigent de communi curſu tempore iuuentutis. ideo dicitur per modum quæſtionis: In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam. ſequendo paſſiones iræ & concupiſcentiæ. & reſpondetur:*

b In cuſtodiendo. *qui inducunt ad repreſſionem paſſionum. Et quia cõcipientes ſpiritum correctionis, vt frequenter ex magno feruore mouentur in principio. ideo in perſona alicuius talis ſubditur,*

c In toto. *minus dicit, & plus ſignat.*

d Ne repel. *i. admittas me ad cognitionẽ & impletionẽ mandatorũ tuorũ. & quia incipiens intelligere diuina mandata, afficiť ad ea. ideo ſubdiť,*

e In corde meo &c. *tanquam theſaurum dilectũ, qui abſcon. vt ſeruet.*



¶ a Vt non

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quem cum inuenerit homo, abſcōdit &c. Hic eſt theſaurus ſapientię & cognitionis,quē abſcondit homo in corde ſuo: Sicut Maria cōſeruabat omnia verba dñi, confe.ca in cor.ſ.

Luc.2.g Vbi ſupra. a *Benedictus es Domine. Caſſ.* Ne quis ſanctam eruditionem ſuis viribus daret præmittit: Benedictus,laudatus qui gratis das. Doce.i.præſta me facere,vt factis oſtē dam quod didici. Vel ſuprà dixit ſibi datā legem, ſic petit ſibi dari benedictionem, qua lex impleatur. Q. quia abſcō.elo.tu. in cor.m. dediſti legem: da & benedictionem gra.i.doce m.iu ſti. tu. vt faciendo diſcam, vel ſecreta legis amplius ſciam.

† ſtatuta tua

b *Omnia iudicia oris tui.Caſſ.* Iudicia oris quæ per prophetas & apoſtolos locutus es, omnia non vniuerſaliter, ſed quæ ſcripta vel dicta ſunt. *Aug.* Iudicia ſunt quibus & nunc & in finem iudicabitur mūdus, qui ſunt abyſſus multa & inſcrutabilia, ſed nihil horum tacui, quæ per eloquia mihi innoteſcere voluiſti.

c *In via.Caſſ.* Chriſtus quando de ipſo loquentia ad ipſum ducūt in quo impleta.Sicut in omnibus diuitiis ſpirituales accipe.terrenis enim quas ſordes computat,non comparat.

† meditabor † gaudi. c. omnes Vbi ſupra. † delectabor

d *Teſtimoniorum. Aug.* Teſtimonia ſunt quibus quantum nos diligit oſtēdit, vt in humanitate natiuitatis, paſſionis, quibus & futura ſperamus.

e *In mandatis tuis. Ambr.* Pronūciaui,delectatus ſum:& adhuc in man.tu exer.vſu boni operis: & ſic in merito boni operis conſiderabo vi.tu.nemo enim ad penetralia intellectus peruenit,niſi vita pura prius proximus fuerit.

f *Exercebor. Aug.* Vel garriam. Contra omnes inimicos fidei copioſis rationibus garriens diſputabo. Tunc autem vtiles diſputationes, ſi non ibi cōſiderentur,niſi viæ domini, quæ ſunt miſericordia & veritas,quorum duorum plenitudo inuenitur in Chriſto.Per hanc exercitationem fit etiam illud: In iu.t.m.ideo meditabor vt non obliuiſcar.

G

g *In iuſtificationibus tuis.Caſſ.* Obliuioni quæ ex infirmitate originalis peccati venit, oppoſita eſt meditatio, nouerat vitiū humanitatis,& cōtra illud auxiliū reperit. Iuſtificationes ſunt ſicut φ Hebræus puer nō plus q̄ ſex annis ſeruit in ſeptimo. i. reſurrectione, liber erit. His & huiuſmodi q̄ in ęnigmate dicta ſunt,cōuenit meditatio. Mandatis aūt moralibus q̄ ſunt. Non mœchaberis & huiuſmodi operatio.

a ¶Quia habeo eloquia gratias ago. ¶In natura: vel, in tuis quos benedicis.

a vt non peccem tibi. Benedictus es [a b]

a ¶De reliquo. ¶Facere. ¶Fruſtra abſcōdi in corde niſi ſequantur opera iuſtitiæ. b ¶Eloquia vnde viuificatur homo. ¶Opera ſanctorū quę imperat Deus.

Dñe, doce me † iuſtificationes tuas. c

a ¶Cordi concinnis. b ¶Q. abſcondi & tēpus videns pronunciaui. ¶Alijs. ¶Vnde clamā.ne ceſſ. quaſi tu.ex.vocem tuam. c ¶Omnia, non tua ſed omnia oris. i. quæ per eloquia tua mihi dixiſti.

b In labiis meis pronunciaui omnia [d e]

a ¶Etiam. ¶Aug Chriſto in quo omnes theſauri.

[c d] iudicia oris tui. In via teſtimo- f

¶In hac vita.

niorum tuorum † delectatus ſum,

a ¶Non cōparantur hæ ſpiritualibus in gratia,ſed quia hominibus ſuaues. b ¶Et ibi immorabor &c. ¶Doce me facere iuſti.tu. & ſi amplius docueris.

e ſicut in omnibus diuitiis. In man- [g h]

a ¶Alias,garriam. b ¶Ita cognoſcam.

f datis tuis † exercebor, & conſidera-

g bo vias tuas. † In iuſtificationibus i

a ¶Aug. Ne poſſim obliuiſci, quod expedit retineri.

tuis † meditabor,non obliuiſcar ſermones tuos.

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Vt non peccem tibi. *Quia mandata Dei ſic abſcondita preſeruant ab offenſa Dei. Et quia talis debet eſſe gratus erga Deū,ideo per modum gratiarum actionis ſubditur:*

*b* Bened.es Do.*de bono quod in me cœpiſti.*

*c* Doce me &c. *Perficiendo quod inchoaſti eſt. Gratitudo enim de iam accepto eſt meritoria reſpectu accipiendi. Et quia habens notitiam mandatorum vult etiam alios venire ad agnitionem eorum, ideo ſubditur:*

*d* In labiis meis pro. *Alijs indicando.*

*e* Omnia iu. *Vt intendāt ſuæ correctioni.Et quia per tale exercitiū generatur habitus qui facit delectabiliter operari, ideo ſubditur:*

*f* In uia teſtimo. *Quia ſignum habitus generati,vel acquiſiti eſt delectatio in opere.*

*g* Sicut in omnibus diuitiis. *Li ſicut, non importat ęqualitatem tantum, ſed etiam ſuperabundantiam, ſecundùm illud: Et diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. Et quia delectatio inducit ad fortius operandum, & meditandum, ideo ſubditur:*

Sap.7.

*h* In mandatis tuis &c. *Et quia ceſſatio ab actu conſiderandi tandem inducit obliuionem, ideo ſubditur:*

*i* In iuſtificationibus tuis. *Et patet ex prædictis ſententia.*

## GLO. ORDIN.

E

Vbi ſupra. a ג *Gimel.Caſſ.* Retributio,quia hic dr̃ impletio & cognitio legis correcto retribui. *Aug.* Gimel retributio dr̃.*Caſſ.* In tertia ſ.ra humanā indigentiā & gratiā Dei oſtendit. *Aug.* Dixerat. In quo corrigit iunior viam ſuam? in cuſto.ver.t.Ecce nunc apertius,vt id faciat,petit auxilium.

## GLOS. ORDINARIA.

R*etribue.* Nō meritis meis redde,ſed iterū da, vel pro malis.ſ.da. Viuifica,nō eſt penitus mortuus,ſed iam habet initiū bonæ concupiſcentię, qui hoc poteſt orare. Viuifica, prius mortuū & impotentem ſcire vel operari. Viuus cuſtodit, & cuſtodiendo viuit.

Matth.14.d Matth.21.b b *Retri. Amb.* Iā pceſſu virtutis precatē ſibi retribui, qđ nō dēt arrogans vel alienū videri. Reprehēditur.n.Petrus q in fluctibus,vt homo dubitauit, nō vt apoſtolus pſumpſit.Et iubemur in euāgelio fidē hr̃e,nō hęſitare de his q̄ ſupra hoīem. Innocentis ergo cōſciētiæ eſt,ab eo cui ſeruit petere. *Aug.* Retribuunt mala p malis,vel bona p bonis,vel bona p malis, aut mala p bonis.Duæ priores ptinēt ad iuſtitiam, tertia ad miam, quartā neſcit Deus.

Vbi ſup. concione 7.

†Contrita eſt

¶Plenitudo.

a ג Gimel.

a ¶Quia ſum correctus. b ¶Qui nihil meritis ſed gratiæ totum deputat.

b RETRIBVE ſeruo tuo, † vi- [a b]

a ¶Per fidem per quam cuſto. ¶In præſenti & in futuro.

uifica me, & cuſtodiam c

a ¶Aug. Quia non poſſunt cuſtodiri per obedientiā, niſi prius videantur per intelligentiam: addit ergo Reuela. b ¶Interiore, quorum velamen in Chriſto euacuatur.

c ſermones tuos. Reuela oculos me- d

a ¶Vt hoc: niſi quis omnibus renunciauerit, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

d os, & conſiderabo mirabilia de le-

a ¶Retribue. Reuela: quia. ¶Aliàs inquilinus. ¶Aug. Non ciuis Babylonia. cor habens in cœlo, ei n. tu ſcire poteſt cui famularis.

e ge tua. Incola ego ſum in terra, e

a ¶Ideo. b ¶Non ſubtrahas.

non abſcondas à me mandata tua. f

¶Aug. Hoc olim quando incola terræ hoc deſiderabat.

f † Concupiuit anima mea deſide- g

c *Reuela.Caſſ.* Vide humanam infirmitatem & miſericordiā Dei: homo velo ignorātiæ tegitur, Deus tollit vt videas miracula quæ de lege. Lex eſt vbi vmbra,vt de agno paſchali & huiuſmodi. Rogat ergo vt in his tecta videat. Vel per legem euangelium accipe,in quo mirabilia vt hoc: niſi quis re.&c.

d *Mirabilia. Aug.* Nihil eſt mirabilius in mandatis,quàm diligere inimicos, hoc eſt dare bona pro malis.

e *Incola &c. Aug.* Hoc iuſtorū eſt,quibus promiſſa eſt ęterna patria: vnde peregrinus,nō ſicut omnes homines, ſed ſicut patres.i.iuſti.& ideo nō abſcōdas. Abſcōdunt his q terrena ſapiūt,& ſi ea audiūt,& norūt. Mādata,per quæ ab incolatu liberabit,in quibus dilectio pcipitur vel ſola vel maximè.Sed quia nihil diligendum diligitur, ſi ipſa dilectio nō diligitur ipſius dilectionis dilectionem volens habere proclamat.

f *Concupiuit ani.mea deſi.* Nondum ea deſiderabat,ſed faſtidio languebat, ita amanda eſt dilectio, qua diligēda diliguntur ſicut odienda eſt dilectio, qua non diligenda diliguntur: concupi-

## NICOL. DE LYRA.

H

R*Etribue. Hic remouetur ſecundum impedimentum perfectionis vitæ actiuæ, quod prouenit ex defectu virtutis humanæ, quæ licet poſſit facere opus bonum de genere,non tamen opus meritorium vitæ ęternæ: ad quod requiritur gratia Dei. Apoſt.* Gratia *Dei vita ęterna. Et ideo iſtud impedimentum non eſt per aliquod poſitiuum, ſed magis negatiuum formæ per quam fit opus meritoriū. Iſta autem negatio, ſiue defectus tollitur per collationem gratiæ ſupplentis defectum naturæ. Igitur primò petitur huiuſmodi ſupplementum. ſecundò tangitur huiuſmodi ſupplectionis impedimentum,ibi: Increpaſti. Circa primum ſciendum,quòd duplex eſt meritum. ſ.congrui & condigni. Meritum autem condigni ſupponit gratiam habitualem in merente. Meritum verò congrui ipſam præcedit: quia meritum congrui eſt, quando homo ex virtute naturali ſtudet bonum operari,& ſic facit quod in ſe eſt. & per conſequens meretur de congruo, quòd Deus det ſibi gratiam, per quam vlterius meretur de condigno. & hoc eſt quod petitur hic in perſona naturæ humanæ, cum dicitur:*

Rom.6.

*a* Retribue ſeruo tuo. *i. homini ad bonum conanti ſecundū facultatem naturæ. Retribue de congruo gratiam tuam. ideo ſubditur:*

*b* Viuifica me. *Quia gratia animam viuificat vita gratiæ, ſicut anima corpus vita naturæ.*

*c* Et cuſtodiam ſermones tuos.*i.mandata tua meritoriè, quantum ad meritum condigni. Et quia gratia illuminat intellectum ad ſupernaturalia cognoſcenda. ideo ſubditur:*

*d* Reuela oculos meos. *Et neceſſitatem huius illuminationis ſubdit,di.*

*e* Incola ego ſum in terra,&c. *Quaſi dicat, incolæ cœli, ſcilicet angeli ſancti clarè videns talia, ſed homines terreni non poſſunt videre talia abſque illuminatione tua.*

*f* Non abſcondas à me mandata tua. *Id eſt reueles mihi ea,quia minus dicendo plus ſignat. Et quia diuinæ reuelationes ſunt deſiderantibus eas. Sapien. Præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt, vt ſe illis prior oſtendat. ideo ſubditur:*

Sap.6.

*g* Concupiuit ani.mea deſi. &c. *Iſta autem concupiſcentia eſt in appetitu intellectiuo, qui reflectitur ſuper actum ſuum. Sicut enim intellectus intelligit ſe intelligere, ita voluntas vult ſe velle, vel potius anima per voluntatē. & dicit:* Concu.ani.mea.&c. *Quia ſicut intellectus procedit de imperfecto ad perfectum, ſic amor voluntatis.*

¶ *a* Increpaſti



A concupiſcentia eſt deſiderium, ſed non omnis:quia concupiſcentia eſt & eorum quæ habentur & quæ non habentur, deſiderium abſentium tantū. *Aug.* Videmus,ratione, quàm vtiles ſunt iuſtificationes: ſed infirmitate præpediti aliqn̄ non deſideramus: Præuolat intellectus, ſequitur nullus,vel tardus affectus. Scimus bonū,nec delectat agere, & cupimus, vt delectet. *Aug.* Ecce gradus quibus ad iuſtificationes puenitur. Prius.n.eſt vt videatur,quā vtiles ſint & honeſtę.deinde, vt earum deſiderium concupiſcatur: poſtremò, vt proficiente lumine atq; ſanitate delectet earū operatio, quarum ſola ratio delectabat.

a *Increpaſti. Aug.* Dicens: Vbi es? Non ignorabat,ſed ſuperbum increpabat φ ad tantam miſeriam veniſſet: & tota ærumna mortalium, hæreditaria eſt increpatio ſuperborum.

b *Qui decli.* Aliud eſt declinare per ſuperbiam,aliud non implere per infirmitatem, vel ignorantiam.

b *Qui decli. Aug.* Non illi ſoli, ſed omnes eorum exemplo terrentur, ne in ſuperbiam declinent, ſed in omni tēpore iuſtitiā diligant: vt hic recipiant quod illi in paradiſo perdiderūt. Sed quia ſuperbi, nec in tanta increpatione humiliant, orat p eis. Aufer à me.

c *Au.à me. Amb. Aug.* Hæc martyres, qui ſuperbis ſunt opprobrio, & deriſui,contēnentibus crucem, & totam Chriſtianā humilitatem, qua ſola ſuperbia ſanatur: q̄ rogant nō quaſi mala ſibi auferri,ſed quia noxium eſt illis qui inferunt,vt iā & illi conuerſi martyria ament,quod factum eſt: & iam nō eſt illud opprobriū, ſed honor: quia qui talia præcabantur,illa patiebantur.

d *Exqui. Aug.* Nō eſt dignus opprobrio,qui teſtimonia exqſiuit. Illud aūt multi inferre volūt: Etenim ſederūt principes.

e *Etenim ſe. Aug.* More iudiciario loquebantur eidem accuſatores, quod grauius.

f *Conſilium. Aug.* Conſilium contra conſilium. Principum, martyres perdere: martyrum,illos acquirere.

C

a ¶Opera iuſtitiæ. b ¶Non ad tempus,vel mali. ¶Etiam in aduerſis.

rare iuſtificationes tuas, in omni

a ¶Ideo quia. b ¶Primos homines. ¶Quos delectauit: Eritis ſicut dij, per hanc ſuperbiam declinauerunt. c ¶Et.

a tpe. † Increpaſti ſuperbos, maledi- [a b]

a ¶Amb Quaſi à directis ad praua. b ¶Sed quia ſuperbi in tāta increpatione humiliantur,orat pro eis chorus martyrum ¶Et quia maledicti qui decli.

[b c] cti qui declināt à mandatis tuis. Au- e

a ¶Quo contemnor.

fer à me opprobriū,& contemptū: d

a ¶De hac re. ¶Græce martyria. ¶Pro his patitur ille. b ¶Autor.

[d e] quia teſtimonia tua exquiſiui. Ete- e

a ¶Machinantes. ¶Ex mora.

nim ſederūt principes,& aduerſum

a ¶Apertè. ¶Sic & dæmones occultè nocere cogitant. b ¶Ego.

me loquebantur: ſeruus autē tuus g

a ¶Caſ. Inter pericula non erat mihi cruciatus, ſed profectus. b Non pro crimine. ¶Qui in his cogitat,vincit: quia ab his retrahere laborat per bella inimicus.

† exercebat in iuſtificationibus ſuis.

a ¶Aug.Sic exercebatur,martyria meditatur, & amat reſpiciens ad coronam & inimicos diligit. ¶Martyria. b ¶Quæ meditata mitigant dolores.

† Nam & teſtimonia tua † medita- h

a ¶Aug.In quibus maximum eſt diligere inimicos.

f tio mea eſt, † & conſiliū meum iu- [i k]

ſtificationes tuæ.

## NICO. DE LYRA.

¶ *a* Increpa. *Hic tāgitur collationis gratiæ impedimentum, quod eſt ſuperbia. ſicut humilitas eſt gratiæ meritoria, vnde dicitur Iac.4. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. & ſecundum hoc dicitur: Increpaſti. ſ.angelos ſuperbientes de cęlo eijciendo, & primos parentes contemnentes mandatum Dei, de paradiſo terreſtri.*

Iac.4.b.

*b* Male. qui. *primi enim parentes propter tranſgreſſionem diuini mandati incurrerunt maledictionem,ſecundum quod dixit in Gen. Maledicta terra in opere tuo,&c.ideo conſequenter petitur huius impedimenti amotio.*

Gen.3.a

*c* Aufer.*maledictionis.*

*d* Et con.*tranſgreſſionis.*

*e* Quia te.*ad ſciendum ea,& intelligendum & ideo ſi tranſgrederer, non eſſet ex ignorantia, ſed contemptu. Et cauſa dictæ petitionis ſubditur, cum dicitur,*

*f* Ete.ſe.&c.me.lo. *Iſti principes ſunt dæmones, ſcdm qđ dicitur ad Eph. Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē, ſed aduerſus principes & poteſtates tenebrarū harum, contra ſpiritualia nequitiæ: & iſti principes frequenter tractant adinuicem, qualiter poſſint homines ſanctos & literatos deijcere per contemptū diuinorum mādatorum, ſicut narrat Gre.in dialo. φ Iudæus in phano idoli abſconditus, audiuit dæmones tractātes de deiectione Andreę epiſcopi Fundanæ ciuitatis.*

Eph.6.b

† delectationes meæ ſunt conſiliarii & ei, Gregor. in Dialo.

*g* Ser.au. &c. *quia quantò homo percipit ſe à dæmonibus fortius impugnari, tantò magis debet in bonis operibus exerceri, ad quod requiritur diligens mentis conſideratio, ideo ſubditur,*

*h* Nam & te.t.m. *i.meditatio mea iugiter verſatur circa ipſa.*

*i* Et con.meum. *quod intendo ſimpliciter proſequi.*

K Iu.tuæ.*i.impletiones mandatorum tuorum quæ iuſtificant hominem*

B

D

## GLO. ORDIN.

a ד *Daleth. Caſ.* In quarta litera dicit ſe corporali neceſſitate conſtrictum,ſed ſola Dei pietate ſaluandum. *Amb.* Daleth, timor vel natiuitas. ſ.eorū quæ in ſeculo generantur,& ſunt caduca: ex qua natiuitate eſt timor,hoc deplorat homo deiectus in terra de cœlo. *Caſ.* Hic docetur φ lex timentem relabi,confortat: & ad omnia ei ſufficit.

## GLO. ORDIN.

b A*Dhæſit. Aug.* Quantuncūq; aliquis proficiat,habet tamen mortalis carnis affectum circa hęc terrena,& ab hac morte quotidie reuiuiſcit.

c *Pauimento. Aug.* In mundo cęlū eſt camera, terra pauimentum, q̄ teritur feriendo, vt fiat quaſi leue & nitēs & ſolidum pauimētum. Corpus etiam humanum pauimento comparatur, eò φ ſimili nitore leuigatur.

d *Vias meas. Amb.* Ordo ad iuſtificationes Dei perueniendi, primum peccata ſua fateatur. Vnde alibi: Dic iniquitates tuas,vt iuſtificeris. Et iterum: Iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui. Si enim accuſauerit ſe iuſtus, vocem parati accuſatoris excludit, qui ſolet acerbari peccata,& cuiuſq; exaggerare ſupplicia, obſtruit os eius,qui ipſe de ſe fuerit antè confeſſus. Inuerecundia enim excuſat reum,pudor ſuum accuſat autorem.

e *Doce me iuſtificationes tuas. Aug.* Hoc dicit,volens proficere, qui iam in illis exercetur. *Caſſio.* Vel ſecundum ſpiritualem intellectum,figurationis obſeruantias fac aduertere.

f *Viam. Ambr.* Prius eſt diſcere iuſtificationes, deinde gradus quoſdam & ordinem earum, quid prius, quid pòſt, eſſe debeant. Peccat enim qui præpoſterè agit. Nam ſcire quid facias,& ordinem neſcire faciendi, non eſt perfectæ cognitionis. Ordinis nanq; ignorantia,conturbat negociorum naturam,formamq; meritorum. Notis myſterijs & eorum ordine, exercebor viu,vt qui in paleſtra,vt roboretur.

a *Inſtrue*

¶Timor,vel natiuitas.

a ד Daleth.

a ¶Modo conſi.me. eſt iu.t. Modo eſt ita,ſed olim. b ¶Corpori vnde mors, vel terrenis quæ ſunt calcanda pedibus. ¶Caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum &c. ¶Terrenis v, hæc curret.

[b c] ADhæſit † pauimento ani a

a ¶Sed tu domine. ¶Vt in cœlo ſit mens mea. b ¶Promiſſionem, vt ſit filius promiſſionis non elationis: quod non arroganter petit: quia quid per ſe erat,hic confitetur. Chriſtum qui eſt verbū patris.

ma mea: viuifica me ſecundū ver- [b c]

a ¶Nam. b ¶Aug. Peccata mea confeſſus ſum.

d bū tuū. Vias meas † enūtiaui, & ex- [d e f]

a ¶Deleſti meas, doce tuas. ¶Vt illas agam, non modo ſciam. ¶Aug. Vere nouit, qui facit, ſicut non nouit dominus peccatum.i.non fecit.

e audiſti me: doce me † iuſtificatio- g

a ¶Et. b ¶Qui meas damno.

f nes tuas. Viam iuſtificationum h

## NICOL. DE LYRA.

A*Dhæſit. Hic ponitur tertium impedimentum, quod eſt pondus corporis animam aggrauantis ab operibus virtutis, ſecundū quod dicitur Sap.9.c. Corpus quod corrūpitur, aggrauat animam, & deprimit ſenſum multa cogitantem terrena inhabitatio. Hoc aūt impedimentum aggrauans auferetur in reſurrectione: quia tunc gloria animæ redundabit ad corpus faciens ipſum glorioſum animæ obediens ad nutum, ſecundum quod dicit Apoſ. Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.in præſenti autem non aufertur, niſi per modum alienationis, quod fit vno modo per augmentum gratiæ animam fortificantis ad dictum pondus leuius portandum, ſicut ille, qui grauiter portat decem, ſi multum augeatur virtus eius cum dicto pondere, non ſolum poterit ambulare, ſed etiam currere. Et de tali alleuiatione dicit Apoſt. Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et reſpondet: Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, inquantum fortificat contra corporis aggrauationem. Igitur in hoc octonario quartò primò petitur huiuſmodi alleuiatio, ſecundò alleuiationis confirmatio, ibi: Dormitauit. tertiò vtriuſque declaratio, ibi: Viam mandatorum. Circa primum dicitur,*

Sap.9.c Diuiſio. Rom.8.d † pronuntiaui Rom.7.d †ſtatuta tua.

*a* Adhæ.pa.ani. *Pauimentum eſt terra vel aliquid terreum, vt lapides, & ideo cum dicitur: Adhæ.pa. Senſus eſt: Anima mea corpori terreo, & corruptibili animam aggrauanti eſt coniuncta.*

*b* Vi.me.*i.fortifica in me vitā gratiæ, ad pondus corporis leuius ferēdū.*

*c* Se.ver.tu.*de quo ſcribitur in Deu. Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod egreditur de ore Dei. quia ſicut cibus corporalis fortificat robur corporis, ſic verbum diuinum robur mentis.*

Deut.8.a

*d* Vi.me. *ideſt proceſſus meos difficiles in via virtutis propter aggrauationem corporis.*

*e* Enun.*tibi per orationem deuotam petens alleuiari.*

*f* Et exaudi.*per augmentum tuæ gratiæ. Et quia augmentum iſtud ſemper debet plus, & plus appeti, & ideo ſubditur,*

*g* Do.me.*quæ doctrina fit per augmentum gratiæ amplius illuminātis.*

*h* Viam iu. *Repetitio eſt einſdē ſentētiæ ad maiorē affectus expreſſionē.*

¶ *a* Et

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Inſtruc. Aug.* Alij inſinua mihi, quod ex Græco expreſſius dicitur: Fac me intelligere viam iuſtificationum.
E

*Vbi ſupra.* b *In mirabilibus. Aug.* Mirabilia Dei, vocat iuſtificationes ipſas. Quarum quædam iuſtificationes ſunt ita mirabiles, vt inexperti credant ad eas non poſſe perueniri, vnde iſte fatigatus addit: Dormitauit.

*Ibidem.* c *Dor. Caſ.* Sed quia petitio dilata eſt, dormitauit vt feſſus expectator. Dormitauit, non dormiuit; quia dormire eſt obliuioſi & ſecordis: Dormitare feſſi expectatoris Dormitatio eſt quæ dicitur acidia. *Aug.* Dormitauit. Oro vt ratifices contuitu primi periculi, quod eſt neceſſitas carnis, vnde me liberaſti: Et ideo dixit, viui. me ſe. ver. Oro etiam vt confirmes, conſideratione alterius. ſ. tædij quod per te euaſi.

† inſinua mihi

† Liquefacta eſt anima mea p̄ anguſtia.

d *Con. Ca.* Vt ſi adhuc differt, firmius ſtem in meditatione legis tuæ.

† legē tuā dona mihi

e *Viam iniqui. Caſ.* Vt poſſim confirmari. Viā iniquitatis amoue. hoc in hoc ſeculo neceſſarium: & de lege tua mala remoue, bona indulge. In lege petit miſericordiam, quia per legem nemo iuſtificatur, ſed per fidem Chriſti.

f *De leg. Aug.* In lege factorum, eſt Dei iubentis iuſtitia: in lege fidei, ſubuenientis miſericordia.

*Rom. 3. d*

g *Viam ve. Aug.* Cum dixerat de le. tua mi. &c. de beneficijs q̄ conſecutus eſt, præſcribit, vt impetret cętera. q. d. Miſerere, qui viam veritatis ele.

h *Adhæſi. Aug.* Adhæret autem teſtimonijs, qui mundo renūtiat, qui curam huius vitæ & tædiū ſpernit, qui luxuriæ ſtudio ac pecunię cupiditate nō curuat.

i *Noli. Caſ.* Non iſte eſt ſecurus, ſed humiliter petit ſeruari.

K *Cucurri. Ambr.* Vt bonus equus. Habet enim equos ſuos Chriſtus, de quibus propheta: Aſcēdiſti equos tuos, & equitatus tuos ſalus.

l *Dilataſti cor meum. Aug.* Cordis dilatatio, eſt iuſtitiæ delectatio, vt nō timore, ſed delectatione agatur, qđ eſt donum Dei. Vel, dilatatio, eſt ſcientiæ latitudo, ſine qua nō pōt currere.

F

a ¶Vt intelligam myſtica. b ¶Spirituali ſenſu.

a b tuarū †inſtrue me, & exercebor in a

a ¶Quæ in figuris latent. b ¶Exercebit, tamen olim dor, & ideo doce. ¶Parum vel nihil operans. ¶Aug. retrixit à ſpe comprehendendi eas.

c mirabilibus tuis. †Dormitauit ani- b

a ¶Dilationis. b ¶Sed tu, ¶Nec decidam, ſed inde ad alia tendam.

d ma mea præ tædio: confirma me c

a ¶Quæ iam teneo. b ¶Aug. quid enim impedit? via iniquitatis. Et quia lex factorum ſubintrauit, vt abundaret de. ſubdit. de lege fidei, quia impleamus quod per nos non poſſumus. ¶Quæ à patribus trita, quæ & mihi imminet.

e in verbis tuis. Viam iniquitatis d

f amoue à me, & † de lege tua miſe- e f

a ¶Chriſtum, cuius cultum elegit, qui eſt via veritas & vita. ¶Quia iam. ¶Vbi currerem. b ¶Vt currerem.

g rere mei. Viam veritatis elegi: iudi- g h

a ¶Et. ¶Cum currerem. b ¶Qui prius pauimento.

h cia tua nō ſum oblitus. Adhæſi te- i

a ¶Aug. Sed fac vt tuo curro perueniam, quo tendo perueniam. vnde: Sic currite. vt comprehendatis.

i ſtimonijs tuis dn̄e: noli me confun- k

a ¶Et. ¶Quæ eſt anguſta. ¶Aug. Non currerem niſi dilataſſes hic verſus exponit quomodo dictum ſit elegi: nō ſum oblitus adhæſi. i. nō per me, ſed tuo dono.

k dere. Viam mandatorū tuorum cu l

l curri, cum dilataſti cor meum.

perantia ſeu in virtute temperantiæ acquiſita in ſumptione ciborum, medium inſtitutum à ratione eſt, vt non noceat valetudini corporis, nec impediat actum rationis. In temperantia infuſa, medium ſtatutum à lege diuina eſt, vt caſtigetur corpus, & in ſeruitutem animæ redigatur. Similiter finis virtutis moralis acquiſitæ eſt, vt homo bene ſe habeat in politia hominum. finis autem infuſæ, vt bene diſponatur ad politiam ciuium ſupernorum, ſecundū quod dicitur ad Eph. Iam nō eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei &c. G

*b* Dor. *Hic conſequēter petitur prædictæ alleuiationis confirmatio, quia ſemper homo debet timere caſum à gratia alleuiante, propter variabilitatem fragilitatis humanæ. ideo dicitur: Dor. &c. ſecundū quod dicit hic Caſ. Dormire eſt proprium pigri, ſecundū illud Prou. Vſquequo piger dormis. Dormitare autem eſt laſſi ſeu fatigati. Sanctis autem hominibus tædioſa eſt ſarcina corporis, cui oportet condeſcendere concedendo ei refectionem ſufficientem & quietem in quo condeſcenſu faciliter deficit homo nimis compatiendo, & ſic diſponitur ad caſum ideo ſubditur,*

*c* Con. me. *gratiam tuam in me conſeruando. & quia ad hoc facit diuini verbi frequēs meditatio. ideo ſubditur, In verbis tuis.*

*d* Viam ini. *i. diſpoſitionē ad lapſum per nimium condeſcenſum ad corpus.*

*e* Amoue à me. *tua gratia mihi præcauendo. Et quia in talibus non eſt tanta præſeruatio, quin aliquando incurratur aliquod peccatum, ſaltem veniale. ideo ſubditur,*

*f* Et de le. t. mi. mei *ſ. ſi ab ea declinaui per peccatum mortale, vel in ea ceſpitaui, ſeu retardatus fui p̄ veniale. Et huius miſerationis cām allegat ex parte ſui di.*

*g* Viam ve. e. *ſecundū partē animæ ſuperiorē, q̄ ad optima deprecatur.*

*h* Iudi. tua non ſum ob. *quibus peccatores terribiliter puniuiſti, eos ſubmergendo tempore diluuij, & igne ſulphuris incendendo, vnde Sodomam ſubuertiſti, & in conſimilibus. Et quia ex terrore talium homo à malo retrahitur, & ad bonum conuertitur, ideo ſubditur,*

*i* Adhæſi. te. t. *firmiter proponens ea cuſtodire.*

*K* Noli me con. *i. permittere confundi per recidiuum peccati.* H

*l* Viam. *Hic conſequenter deſcribitur vtriuſq; petiti declaratio. ſ. alleuiationis & confirmationis, quæ fiunt per augmentum gratię alleuiantis & ſtabilientis, vt dictum eſt. augmētata verò gratia charitas augetur: quia ſunt idem realiter, vel ſaltem connexa inſeparabiliter. per charitatē verò cor dilatatur. & ſic quod à principio erat ſibi graue, leuiter portat. & hoc eſt qđ dicitur; viam mandat. t. c. in via virtutis faciliter ambulādo.*

*m* Cū di. *p̄ donū charitatis q̄ mādata diuina facit leuia, ſcd̄m qđ dr̄ in Io. Mādata eius grauia nō ſunt Gl. amāti. qa charitas vires augmētat, ſcd̄m qđ dicit Gre. ho. 12. Vires, quas imperitia denegat, charitas adminiſtrat.*

## NIC. DE LYRA.

*a* Et exer. in mi. *i. in operibus virtutum moralium infuſarum, quæ ſunt mirabiles. Tū quia cauſantur in nobis ex diuina infuſione, ſecundum quod dicit Aug. Virtus eſt bona qualitas mentis, qua quis bene viuitur. & nullus malè vtitur, quam Deus in nobis ſine nobis operatur: Tum quia habent aliud medium, & alium finem quam virtutes acquiſitæ, quia in temperantia*

*Virtus*

*leuans, & charitas ſtimulans. Et primò ponitur primum, ſecundò ſecundum, ibi: Memor eſto, tertiò tertium, ibi: Bonitatem feciſti. Circa primum ſciendum, q̄ fides habetur dupliciter. Vno modo quantum ſufficit ad propriam ſalutem, & ſic habetur etiam à ſimplicibus fidelibus. Alio modo cum hoc quantum ad eius defenſionem contra hæreticos & infideles. & ſic habetur à maioribus. Primò ergo agitur de fide ſimplicium, & ſecundò de fide maiorū, ibi: Et veniat. Prima adhuc in duas, quia primò petitur fidei directio. ſecundo deuiį remotio, ibi: Inclina cor. Circa primum ſciendū, q̄ licet veritas prima ſit obiectum fidei formale, & ſecundum hoc pertinet ad vitam contemplatiuam, tamen materialiter & per reductionem ad fidem pertinent omnia quæ ordinantur in ipſum Deum, quæ procedunt ex fide per dilectionem operante, & pertinent ad perfectionem vitæ actiuæ. & hoc modo agitur hic de fide, prout dirigit in operibus vitæ actiuæ, & ſecundum hoc dicit Pſalmiſta loquens in perſona humanæ naturæ: Legem pone mihi domine viam iuſtificatio. tuarum, Sicut enim lex humana dirigit in operibus iuſtitiæ politicæ, ſic fides in operibus iuſtitiæ diuinæ.*

*b* Et ex. eam ſem. *quia habita fide quantum ad prima credibilia, excitatur animus ad inquirendum de his quæ ſequuntur ad ipſa. Et quia ad hoc requiritur q̄ intellectus à Deo moueatur, ideo ſubditur,*

*c* Da mi. in. & ſc. l. t. *perfectè cognoſcendo, quod non poſſem ſine tuo auxilio. Et quia talis cognitio ordinatur ad opus, ideo ſubditur,*

*d* Et cu. l. in to. c. *quantum ad actus interiores.*

*e* Deduc me in: *ſcilicet quantum ad actus exteriores. Et quia ex tali exercitio aggeneratur quædam inclinatio ad actus ſimiles, ideo ſubditur, Quia ipſam volui.*

## GLO. ORDIN.

a ה *He. Caſ.* In quinta litera precatur Chriſto veniēte ſibi: q veterem tenuit, nouam legem conſtituit, quæ ſemper exquiretur cum tā ardenter deſideretur. *Amb.* He, eſt: vel viuo. Qui eſt viuit, qui viuit verè eſt. Loquitur ergo qui viuit in Chriſto, dicēs quō viuat. i. viuere velit. Lex eundi ſit mihi via iuſtificationum, vt nuſquàm diuertat, vt imperator p̄ſcribit militibus viam eundi, vt & dn̄s filijs Iſrael in columna ignis & nubis. Da mihi intellectum, quia non ſatis eſt quęrere, niſi intelligas qđ requiris.

*Vbi ſupra.*

*Exo. 13. d*

† Doce me dn̄e viā ſtatutorū tuorū, & cuſtodiā ea ſemper.

*Vt ſup. ibi. Conc. 19.*

## GLO. ORD.

*Egem. Aug.* Non veterem, vt olim: nō ſubditis, ſed nouā: vt filijs ſpiritusſancto ſcriptā in cordibus vt intelligant, & ex amore compleant. Qui inuitus facit, nollet iuberi, & immundus voluntate non eſt mundus opere. Veterem etiam vult ſcire quid habeat vtilitatis, quare data vt abundaret de. vnde ſubdit: Da mihi.

b *Exquiram eam. Aug.* Vel ſemper exquiritur, tenēdo, vt ſpiritus ſcrutatur omnia, vt quod neſcit, inueniat: ſed qa nihil relinquit qđ neſciat. Ita hic ſemper legē exquirit, qui nunquā relinquit aliquid de lege.

a *Quia*

a ¶Eſſe quia confortatur iam verum eſſe precatur.

a ה He.

¶Noli me confundere, ſed.

†Egem pone mihi domi a

a ¶Hæc lex eſt via iuſtificari.

ne viam iuſtificationū b

a ¶Aug Habitam exquiret proficiendo quandiu viuit hic.

b ¶Ad inquirendum Da, quia aliter nequit ſcrutari.

b tuarū, & exquirā eam ſemper. Dā b

a ¶Aug. Vt ad alta eius perueniam, in quibus tota lex pendet & propheta.

mihi intellectum, & ſcrutabor c

a ¶Aug, ideſt diligam Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & proximum, ſicut meipſum. Et quia hoc minus valeo meis viribus. Deduc.

legem tuam: & cuſtodiam illam d

a ¶Quia arcta via. ¶Aug. Parum eſt mihi voluntas mea niſi in eo quod volo ducas; Sed quia & ipſa voluntas à te. Inclina, vt plus velim.

in toto corde meo. Deduc me e

in ſemitā mandatorum tuorum,

## NICOL. DE LYRA.

*a* Egem pone &c. *Poſtquam actum eſt de remotione impedimēti circa perfectionem vitæ actiuæ, hic conſequenter agitur de aſſecutione promotiui: Quod eſt triplex. ſ. fides dirigens, ſpes ſubleuans*

*a* Inclina



a *Quia i. Ca.* Ipſa noua gratia, per ſe placet, q̄ deducit ad cęlū.

A b *Inc. cor. Caſ.* Oſtēdit per diuerſas & ſubtiles minutias oē bonū à Deo tribui, & per eum ſeruari, & eius gratia ſemper augeri. *Aug.* Inclina cor. Teſtimonijs aliqd probat, & Deus ſuas iuſtificationes & mandata ſuis teſtimonijs perſuadet, & probat. ſ. vt gratis colat, quod impedit radix omnium malorum auaritia. Inclina. inclinati melius vident, quam vanitate ſupini.

c *Auerte. Aug.* Precatur, quod nō hic ſed in futuro implebitur: cum liberabitur creatura à ſeruitute corruptionis: & ipſi veritati adhæſerit, veniens in libertatē gloriæ filiorum Dei. Vel quia officium non officio, ſed fine p̄ſatur, precatur vt cum aliquid facit, oculi interiores qui vident quare fit, non videāt vanitatē, vt pp eam bonū faciat: in qua vanitate præcipuum locum amor laudis humanę habet, quā vbiq; Chriſtus prohibet in euangelio & ad gloriam Dei tantum præcipit bona fieri, Auerte. Per oculos peccamus dum conſpecta ambimus. mors enim intrat per feneſtram noſtrorum ſenſuum, quod hic notatur.

d *Ne vi. Aug.* Non videt vana, qui fixus eſt in illo qui eſt ſuper omnia, cuius mens ſurſum eſt: qui vero hæc cogitat, ſub ſole viuit, vbi vanitas.

e *Statue. Aug.* Immobiliter, ne elabar, ad quod valet timor, vbi nec culpa, nec deſidia: quia multi eloquia Dei negligenter ſuſcipiunt, & tanquàm à fabulis declinant.

f *In timore. Amb.* Timor ſanctus, baſis eſt in qua verbum Dei ſtatuitur, & ipſum verbum diſciplina timoris, ne ſit zelus Dei, ſed non ſecundum ſcientiam. *Aug.* In timore. Non eſt autem iſte timor ſeruilis, quo tantum pęna timetur, ſed caſtus, quo timetur offenſa: aliter enim timet adultera virum ſuum, aliter caſta. Adultera ne veniat, caſta ne deſerat. C

g *Amputa op. Aug* Hoc de ſuperiori dicitur, quia cuius oculus videt vanitatē, hoc & de alijs ſuſpicatur: vt pp quod bonum agit, credat alterū facere. Quia. n. occulta hominum nō vīt datus eſt locus ſuſpicionibus. Ideo cum dominus de fine operum præcepiſſet, ne iuſtitiam ſuā facerent pp laudes hominū, vel pecuniam, vel etiam victū vel veſtitum: quia poteramus alios pp hæc bona operatos ſuſpicari, ſubdidit: Nolite iudicare, vt non &c. vnde & hic dicto: Amputa opprobriū me. quod ſuſpicatus ſum, addit, quia iudicia tua ſuauia. i. vera. Vera. n. ſunt ſuauia amatori veritatis, ſed iudicia hominū de occultis non ſuauia, quia temeraria. Quia autē inuidorum eſt libenter ſuſpicari opprobriū alterius, cū nequeūt rodere opus quod eminet, vt & diabolus in Iob. Contra hoc, charitas eſt habenda, quæ non æmulatur. vnde ſubdit,

*Mat. 7. a*

h *Con.* Concupiui ex toto corde, tota anima, tota mente diligere te, & proximum: & tu non in mea, ſed in tua iuſtitia viuifica. i. charitate quam cupiui imple. *Amb.* Aufer peccatum quod ſuſpicatus ſum, quod melius noſti quam ego ipſe. Vnde: Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus. Tibi iudici audeo fateri, quia iudicia tua dulcia confitenti, non ſeuera. Et quia dulcia iudicia. Ecce concu. *Caſſ.* Maximum vitium humanitatis eſt ſuſpicio, q̄ aliter putat quā ſit veritas, vt de malis bona, vel de bonis mala dicamus, q̄ ducit in opprobriū, aliter putantes quā ſit res. Quā culpam à ſe optat amoueri amator veritatis, cui placent iudicia Dei: cuius verbum verum firma ſentētia. D

*Iob 1.* *1. Cor. 13. b* † timui † ſuauia *Cor. 4. a*

*Humanitatis vitium maximum eſt ſuſpicio.*

a b quia ipſam volui. Inclina cor meū a

a ¶Vt gratis pro ſe, non pro terrenis, vt ſuis.

in teſtimonia tua, & non in auari-

a ¶Et. ¶Aug. hoc magis eſt in ſpe, quia & nunc ſub vanitate nunc. b ¶Quia his, viſa ambimus, vel myſticos oculos mentis dicit.

a tiam. Auerte oculos meos, ne b

a ¶Aug. Vana ſeculi: Chriſtus vero eſt veritas, quæ eſt via in qua petit viuificari, quia eſt & vita. ¶Vel au. ¶Sed.

videant vanitatem: in via tua viui-

a ¶Qui in me morior. b ¶Et. ¶Aug. i. da facere quod eloquens: ſtatuitur enim non niſi facienti.

c ficā me. † Statue ſeruo tuo elo- c

a ¶Qui permanet in ſeculum ſeculi. ¶Hic auertit à vani.

f g quium tuum, in timore tuo. Ampu d

a ¶Peccatum meum. ¶Aug. Suum opprobrium dicit, quod de alijs ſuſpicatur, quia ſcelus in alio putat quod in ſe ſentit: precatur ergo auferri opprobrium quod in ſe ſentit, & in alijs ſuſpicatur. b ¶Et ſi non habeo, neſcio.

ta opprobrium meū quod †ſuſpica e

a ¶Ego ſuſpicor: tu omnia verè iudicas.

tus ſum, quia iudicia tua †iucunda. f

a ¶Vt diligenter diligentis me. b ¶Aug. Quæ omnia in duobus mandatis charitatis colliguntur. b ¶Aug. Alias iuſtitia. i. Chriſto, qui eſt Deus: & quia eſt homo, meus proximus eſt.

h Ecce concupiui mandata tua: in g h

a ¶Qui in me morior.

æquitate tua viuifica me.

B

## NICO. DE LYRA.

*a* Inclina. *Hic conſequenter petitur remotio impedimenti, quod eſt triplex, primum eſt concupiſcentia oculorum, quæ reſpicit aggregationē bonorum temporalium. & quātum ad hoc dicitur, Inclina cor meum in teſtimonia tua & non in auaritiam. animum à diuinis operibus retrahentem. Secundum eſt concupiſcentia carnis, quæ vt plurimum accenditur ex aſpectu impudico. & quantum ad hoc ſubditur,*

*b* Auerte oculos meos, ne vi. va. *Ideſt ſpectacula ad malum luxuriæ inducentia. Tertium eſt ſuperbia vitæ: & quantum ad hoc ſubditur,*

*c* Statue ſeruo tuo elo. tuum. in ti. tuo. *Timor enim domini facit hominem veraciter humiliari.*

*d* Amputa opprobrium meum. *ideſt occaſionem labendi in peccatum, quod eſt opprobrioſum.*

*e* Quod ſuſpicatus ſum. *ideſt timui. vnde in tranſlatione Hie. habetur, quod reueritus ſum.*

*f* Quia iud. tua iucunda. *decedentibus abſq; mortali culpa. vnde ſaluator loquens de ſignis præcedentibus extremum iudicium, dicit: His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra. i. exhilarate corda veſtra. Et dicit Greg. ibidem: Nec mirum. quia audient illam dulcem ſententiam: Venite benedicti patris mei &c.*

*Luc. 21. g* *Greg. in Ho.* *Matt. 25. c*

*g* Ecce concupiui man. tua. *ſcire & operari.*

*h* In æqui. tua vi. me. *augmentando in me vitam gratię. Et dicit, in æquitate tua, quia talis æquitas iuſtitiæ per quam homo dirigitur in bonum meritoriè, non eſt niſi per gratiā à Deo homini datā, quę iuſtificat impium.*

## GLO. ORDIN.

a ו *Vau. Amb.* cuius interpretatio eſt, vt ille. Alius interpres: nō eſt, ait vau. *Caſſ.* in ſexta litera præcatur, vt ſaluator veniat qui eſt miſericordia peccatorum, vita fidelium, vt inimicos cōfundat, & in lege proficiat. *Ca.* Vau. & ille. i. ſaluator Chriſtus, qui quaſi adhuc loquentibus nobis dicit: Ecce aſſum. Vau, ipſe i. notabilis ſpiritusſanctus cuius auxilium petit contra hæreticos, qui ab eo ſe retrahunt.

## GLO. ORD.

b *T veniat ſuper me.* Petit vt mādata quæ cōcupiuit, per eius miſericordiam faciat.

c *Et reſpon. oppro. mihi ver. Aug.* quia parum eſt Chriſtum habere in corde. niſi interritus confitetur ore. vnde: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autē confeſſio fit ad ſalutem. *Caſſi.* Nota nobis non eſſe tacendū contra malos, qui tū poſſunt recipere rationem, ne videantur ſuperiores. Reſpondebo exprobrantibus mihi verbum. *Aug.* Vel reſpondebo ver. ex. mi. Sed quodlibet horum dicatur, Chriſtū ſignificat: Ipſum. n. nobis exprobrant illi à quibus crucifixus eſt, vel quibus ſcandalum eſt, vel ſtultitia, quod verbum caro factū: quod in principio erat verbum apud Deum. Sed ſi. i. quia illud ignorant qui crucem improperant, quia diuinitas eius ab eis non cognoſcitur, cuius infirmitas contemnitur in cruce: Melius dicitur Reſpondebo verbum quod erat in principio apud Deum.

d *Et ne au. Aug.* Ne auferri ſinas, reſpondebo, quia ſperaui in ſermonibus tuis i. quia hoc promiſiſti. Ne auferas. Quia in iudi. tu. ſuperſup. &c. Qui enim ſupra dixerat: Speraui in ſermonibus, hic quaſi ſuperaugmentum facit

¶Eſt. vel &. vel ipſe.

a ו Vau.

a ¶Aug. In æquitate tua viuifica. Et veniat Chriſtus, hæc eſt iuſtitia quam dixerat. ¶Vel concupiui mandata tua. Et vt ea perficiam veniſa. me &c. ¶Aug. Fiat mihi caput filius.

b T veniat ſuper me mi a

¶O ! a ¶Exponit miſericordia. ¶Chriſtus.

ſericordia tua domine, † ſalutare b

a ¶Promiſſionem: quia totum eſt gratiæ.

tuum ſecundum eloquium tuum.

a ¶Et ſi erit ſuper me, vt protector non conterens.

c Et reſpondebo exprobrantibus mi c

a ¶De quo viuitur. b ¶Sed quia ipſe non eſt qui loquitur, ſed ſpiritus Dei, hoc addit: quia ſpe. Q. ideo reſpondebo, quia ſpe. &c.

hi verbum, † quia ſperaui in † ſer- d e

a ¶Promiſſis, quæ dicunt: Nolite cogi. quid lo. &c. b ¶Quia vero multi vrgentibus malis negant, ſubdit.

d monibus tuis. Et ne auferas f

## NIC. DE LY.

*T* ve. ſuper me. *Hic conſequenter petitur fides, non ſolum ad ſimplicem credulitatem, ſed ad eius conſtantem confeſſionem, & defenſionem, quod frequenter factum eſt etiam in ſimplicibus per ſpiritusſancti aſſiſtētiam, & hoc eſt quod dicitur,*

*a* Et veniat ſuper me mi. tua. *largiendo fidem modò dicto. & ideo ſubditur,*

† ſalutari

*b* Salutare tuum ſe. elo. tuum. *vt. ſ. ſpiritus tuus loquatur in me, ſecundum quod dicitur in Matt. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus pa. veſtri qui loquitur in vobis.*

*c* Et re. expro. mihi ver. *ideſt opprobrioſè loquentibus mihi propter fidem, ſicut factum eſt multis catholicis.*

† verbis *Matt. 10. c*

*d* Ver. *ſ. veritatis à ſpiritusſancto mihi adminiſtrandum.*

*e* Quia ſperaui in ſer. tuis. *i. in ſermonibus à te mihi conferendis, & non in ſermonibus ex mea ſcientia proferendis. ideo ſubditur,*

*f* Et ne au. de ore meo. *minus dicēdo, plus ſignificat. i. conferas ori meo.*

*a* Verbum

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

facit di.ſuperſperaui,in flagella:quibus corripis, nõ auferũt ſpẽ ſed augent. Vel qa præmiũ maius merito, & ſupra quã petimus ſperatur. vnde: Nõ ſunt condignę paſſiones huius tẽp.&c.vel metu iudiciorũ tuorũ, quia qui veretur pœnam, cuſtodit gratiam.ideo ait: Et cuſto.le.t.

Rom.8.d

a *De ore meo ver. Amb.* Manentẽ.n.in peccato à prędicationis officio ꝓhibet dñs dicẽs: Quare tu enarras iuſtitias meas.In ipſa.n.obtumeſcit facundia,ſi ægra ſit cõſcientia. Caueat ergo,ne verbis nõ cõgruant facta,& ne deformẽt iniquitatis opera magiſterium diſciplinæ.

Vbi ſupra.

b *vſquequaq;.* Non vſq; valde.i.ex toto: quia etſi aliquid de eccleſia negãt, fortes tñ remanẽt, vel eidẽ reparant.

c *Et ambula. Aug.* Hactenus verba orationis nunc narrantis,quaſi impetratis oĩbus cõfitetur in laude Dei, qualẽ illũ fecit Deus.Nota &,coniũctionẽ inuſitatã,& quaſi inconſequentẽ. nõ.n.ait ſ̃m priora,& cuſtodiã & ambulabo. vel nõ ait optatiuè, & vtinã ambulẽ:ſed ſic voluit intelligi, qđ nõ dixit,i.ſe auditũ. Et ſubdit, qualis factus ſit.q.d hęc cũ orarẽ,exaudiſti me & exauditus ambulabã in charitate, in qua tota lex eſt.& ideo dicto,& ambulabã in la.cauſam ſubdit,quia mãdata t.expetendo,q̃rendo,pulſando. & Deus dat ſpiritũ quo charitas diffuſa eſt in cordibus noſtris,vt inde bene agat. *Caſ.* Vel ita: Ita modò fiat,qa etiam olim ambulabã,ne quis modo cępiſſe putet: ſed ſicut cœpi, ita modo facere da.In latitu. patulum oportet eſſe cor, quod recipit illum qui cęlum & terram implet.

† ambulabo — † de. — Rom.5.a — †leuabo

d *Et lo. Aug.* Qui petebat,vt rñderet verbum exprobrãtibus, & ne tolleret verbũ de ore,nũc ꝓ eo certat vſq; ad mortem.

e *Non con.. Aug.* Suauis eſt vox,quæ in diuinis teſtimonijs loquebatur. Decora facies,quæ in cõſpectu regũ non cõfundebatur:q̃ nõ erubeſcit autorẽ, q̃ nõ confundit̃ de redẽptore.

f *Et med.* quid loquerer. Et leuaui manus,operibus quod docebam oſtendi,ex meditatione boni operis vſus venit.

g *Et le.* Pulcherrimus ordo,iſte vt primò meditetur, poſtea operetur. Ex meditatione nanq; mandatorum cęleſtium boni operis vſus inoleſcit.

a ¶Ambro. De ore tollitur etiam per malam conſcientiam,& ab auibus cæli,& multis modis,ſed non de corde,ſi ei infixum eſt. b ¶ Ideſt ſemper, etſi ad tempus vt Petro.

de ore meo verbum veritatis uſque quaque, quia in iudicijs tuis ſuper-

a ¶Ne auferas: Et ſi non abſtuleris cuſt. b ¶ Non præcepta legis,ſed charitatem. ¶ Aug. Plenitudo legis charitas, quæ & in hoc ſecu o & in futuro & a ſanctis cuſtoditur.

ſperaui. Et cuſtodiam legem tuam

a ¶Determinat ſemper b ¶In præſenti. ¶In futuro.

ſemper,in ſeculũ & in ſeculum ſecu

a ¶Charitate quæ diffuſa in cordibus noſtris per ſpiritũſanctum. vel latitudinem ſcientiæ quã, . . . utendo eſt effectus.

li. Et†ambulabã in latitudine, quia mandata tua exquiſiui. Et † loque-

a ¶Græce martyrijs. b ¶Etiam. ¶Vnde: Ante reges & præſides ducemini.

bar†in teſtimonijs tuis in cõſpectu

a ¶Qui poterant terrere. b ¶Pro ſcandalo crucis, vel vt cederem, c ¶Ecce virtus inſpectiua. ¶Cogitando quid loquerer.

regũm,& non cõfundebar. Et†meditabar in mãdatis tuis,quæ dilexi.

a ¶Cur? quia ea di ¶ Per ſpiritum qui datus eſt mihi.

a ¶Operando. ¶Actualis virtus. ¶ Quia ſuperum eſt quo leuantur.cum pro ipſo Deo fiunt opera, cum pro terrenis,deponuntur manus.

Et†leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, † & exercebor in iuſtificationibus tuis.

a ¶Item caſti. b ¶Frequentando. ¶In vtroq; cogitandi & operandi delectatione.

## NIC. DE LYRA.

a Verbum veri.*quia à ſpiritu ſancto nõ poteſt progredi falſum.*

b Quia in iudi. *diuino enim iudicio licet hominibus occulto fiunt aliquando ſimplicibus tales illuſtrationes veritatis: & quia ad talẽ illuſtrationem ſequitur diuinæ legis impletio ideo ſubditur,*

c Et cu. *ſemper eam opere adimplendo.*

d Et ambu.in la.*ſ.charitatis, quæ eſt tantæ latitudinis, ꝙ etiam ſe extendit ad inimicos. Matt. Diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos.*

d Quia mã.t. *nõ ſolum ſpeculatiuè,ſed etiã practicè. Ex tali verò exercitio meretur charitas augeri,vt tandem mereatur & perfici,ideo ſequitur,*

f Et lo.de te. *conſtanter & intrepidè.*

g In con.re.*vt patet de Sidrac, Miſac, & Abdenago, coram Nabuchodonoſor rege. Et de Petro & Iohanne corã principibus ſacerdotũ,& de multis alijs,vt patet de ſancta Lucia,& ſancta Agnete,& conſimilibus.*

h Et me. *Dilectio enim alicuius rei facit de illa re frequenter meditari.*

i Et le.ma. me. *ea opere adimplendo, ſine quo non ſufficeret meditatio. ideo ſubditur,*

K Et exer.in iu.tuis.*i.in operibus mandatorum tuorum,quæ iuſtificãt hominem,dum tamen modo debito impleantur.*

## GLO. ORDIN.

a † *Zain. Caſ.* In ſeptima litera de ſpe promiſſionum Dei,q̃ facit omnia tolerari.Ambro.Zain ſignificat Latinè duc te,alibi huc. *Ca.* Zain huc vel duc te:quia hic agit de ſpe, quæ non eſt de præſentibus,ſed tantum ad futura tendit. q.d huc tende,huc dirige iter tuum, tãquam tui ductor & rector, quò vocat te verbũ Dei.ſ.ad celeſtẽ gratiã & ad æternitatẽ,cũ ait: Venite ad me oẽs qui laboratis,& onerati eſtis,& ego reficiã vos.

Ibidem. — Matth.11.d

## GLO. ORD.

Memor eſto. *Aug.* Morali & conſueta locutione qua humanus moueatur affectus,dr̃: Memor eſto.Nõ.n.obliuio cadit in Deum. Sed ſicut dr̃ pęnitere Deus qñ præter hominũ ſpẽ res mutat,conſilio non mutato: ita dr̃ & obliuiſci qñ tardat, & memor eſſe cum citò dat: hoc tamen Deus facit certa diſpoſitione, non deficiente memoria,nec obſcurata intelligẽtia, nec volũtate mutata. *Amb.* Memor eſto &c. Propoſitum ſancti viri eſt primum,vt ſit memor promiſſionis, ſecundum quã viuẽti merces debet̃. Secundũ eſt,vt & in aduerſis ſpe cõſoletur. Tertium,vt ſi impios videt proſperari:non ideo declinet à lege Dei,ſed contagia eorum fugiat. Quartum,vt memor ſit iudiciorum cęleſtiũ,q̃ quia vera ab Adam in omnibus tẽporibus conſolantur,aliter declinaret à lege. Mali timent iudicia humana,nedũ diuina,ſed boni deſiderant. Quintũ eſt dolere alienã culpã, nõ ſuam contumeliã,imo & pro eis orat. Sextum eſt,ꝙ cantabiles ſunt ei iuſtificationes. Septimum eſt, ꝙ non ſolum die, ſed & nocte. i.omni tpe laudibus Dei intendit. Nocte & Iudas prodidit, Petrus negauit. Illo ergo tpe magis inſtãdũ.

† Memẽto — Vbi ſupra. Conc.15. — †quoniam verbum

c *Se.t. Amb.* Cuius oculi in manus dñi verecundè ſe dignũ oſtendit. Q.non vſurpatiuè ſpero & peto:ſeruus ſum, expecto alimentum à domino miles ſum,exigo ab imperatore ſtipendiũ.

d *Hæc me. Amb.* Quiſq;.n.meliora ſperat nunquam melioribus frangit̃: humiliatur. n.anima noſtra dum traditur tentationi,duris examinando laboribus,vt luctetur & certet cõgreſſum contrariæ poteſtatis experiens. Sed in his tentationibus viuificatur alloquio Dei.

e *Humilitate. Aug.* Quam ſibi facit confitendo peccata,& quã ſuſtinet ab alio vel ꝙ proiectus in mortẽ peccato Adæ.

¶Huc vel duc te.

† Zain.

a ¶ Ideo ſic & ſic ago, quia Deo promittẽte æterna ſpero,& auxilium in tribulatione. ¶Cito da quod promiſiſti. ¶Promiſſionis qua ſæpe vocas me ad te qui nunquam fallis.

Memor eſto verbi tui.

a ¶Quia promiſiſti,ſperare feciſti æterna,& præſentia deſpicere.

ſeruo tuo, in quo mihi ſpẽ dediſti.

a ¶ Spe quæ humilibus conuenit quæ verbo tuo mihi obueni.

Hæc me cõſolata eſt in humilitate mea † qa eloquiũ tuũ viuificauit me.

a ¶Caſ. Promiſſio tanti iud cis firmat animum, & viuificat afflictum. ¶Tempore tentationis de verbo Dei viuitur,quo æterna promittuntur.

## NICOL. DE LYRA.

a Memor eſto. *Hic conſequenter ponitur ſecundum promotiuum in perfectione vitæ actiuæ,quod eſt ſpes ſubleuans. Ex hoc enim ꝙ ſpes ſubleuat ad expectationem vitæ beatæ in patria, confortatur homo in operibus vitæ actiuæ in via. Spes autem eſt certa expectatio futuræ beatitudinis,ex gratia & meritis proueniẽs: aliter non eſſet ſpes,ſed præſumptio. Primò igitur agitur de ſpe, prout reſpicit gratiam Dei,ſecundò prout reſpicit vſum bonum liberi arbitrij, ibi: Portio mea. Prima in duas,quia primò agitur de ſpe prout reſpicit diuinam gratiam. ſecundò de timore reſpiciente fragilitatem propriam, ibi: Defectio. Circa primum dicitur: Memor eſto ver. tui ſer. t. ideſt quod dixiſti ſeruo tuo. Iſte ſeruus fuit Abraham, cui Deus promiſit vitam beatam,& ſemini eius. Suſpice cælum,& numera ſtellas ſi potes. & dixit ei: Sic erit ſemen tuum. in quo promiſit Abrahæ,& imitatoribus fidei ſuæ gloriam cæleſtis patriæ, vt ibi plenius fuit dictum: vnde accipitur in officio mortuorum illud. Signifer ſanctus Michael repræſentet eas in lucem ſanctam,quam olim Abrahę promiſiſti & ſemini eius.*

Spes — Diuiſio. — Gen.15.a

b In quo mihi ſpem de.*i.omni imitanti fidem Abrahæ,cui reuelatum fuit myſterium Chriſti: vnde dixit ſaluator. Abraham pater veſter exultauit,vt videret diem meum:vidit,& gauiſus eſt.*

c Hæc.*ſcilicet ſpes futuræ beatitudinis.*

d Me conſolata eſt in hu.mea.*In Hebręo habetur: In afflictione mea. Fideles enim à tyrannis oppreſſi & afflicti,ex iſta ſpe fuerunt in tormentis multipliciter conſolati,intantum quòd non ſolum patienter, ſed etiam gaudenter ſuſtinebant.*

e Quia eloquium tuum.*quo promiſiſti Abrahæ & ſemini eius vitam beatam.*

f Viuifica. me. *ideſt confortauit in afflictione. Et quia ex patientia & conſtantia fidelium tyranni affligebantur, excogitantes adhuc grauiora tormenta contra eos,ideo ſubditur,*



a *Superbi. Ambr.* Superbia à Dei cępit iniuria, contrà quam ſpiritualiter congreſſus eſt dominus. *Aug.* Superbi.i.perſecutores.Proſequitur humilitatem.

b *Vſquequa.* valde Nõ ſatis eſt ꝙ impij.niſi & impios faciant.

c *Memor fui. Caſſ.* Metus pęnarũ reuocat à malis. Vel,iudiciorum tuorum,quæ à domo tua in primo iuſto cęperunt.

d *A ſe. Ca.* Ex quo mũdus cępit adminiſtrari,qđ cõuenit dicere gñali iuſto.

e *Et con. Aug.* quia nunquam vidi iuſtos deſeri. Et conſola. Alij,hortatus ſum.i.exhortationem accepi, intelligens eum caſtigare quos amat.

f *Cantabiles. Caſſ.* Cantus releuat labores,& tollit tædiũ. *Ambr.* Canta.Ideo omnia ꝓdicta mihi quia cantabiles, aſſiduè tractando ſine cura terrenorum,ideo dicit,in loco peregrinationis. Cantabiles &c. Memor fui. &c. *Aug.* poſſunt tñ iſti duo verſus ad ſingulas partes vnius ſuperioris aptari, vt ad hoc quod ait: Memor fui iu.referatur ad Tædiũ vel, Defectio te. me. Ad illud verò ꝙ ait, conſolatus ſum, referatur, Cantabiles mi.erant &c.

g *Nocte. Aug.* Nox eſt de mortalitate, & ſuperborum iniquitate, & tædio peccatorũ, & loco peregrinationis. *Aug.* Nocte, in præſenti ærumna,vndecũq; ſit,ibi magis quam in proſperis gratiæ ſunt agendæ,& magis Deo adhærendum eſt, non eſt enim magnum,ſi hoc agas in proſperis.

h *Hæc facta. Aug.* Hæc,fęminino ꝓnomine apud Græcos dr̃, apud quos lex maſculini eſt, & ita conſtat non dici, hæc lex: ſed hæc nox, in qua beſtiæ exeunt: & quærunt à Deo eſcam, in qua ſathanas petiuit apoſtolos cribrare ſicut triticum. *Aug.* Vel,hæc,quaſi hoc,fęmininum pro neutro,vt & ibi: Vnam petij à domino.quod vſitatius diceretur per neutrũ, vt hoc.ſ.ꝙ memor fui, & cu.le.tu. i.ꝙ cuſtodiui legem, non per me feci, ſed factum eſt mihi à te, quia iuſtificati.tu. non meas exquiſiui.

a ¶Quos nec mortalitas iſta domuit. b ¶Valde. ¶Magna vis mali in ſuperbis.

Superbi iniquè agebãt uſquequaq;

a ¶Ita ſuperbi inflabant,ſed fruſtra.quia. b ¶ Quod cogebant ſuperbi. c ¶Sed. ¶ Non decli.

à lege autẽ tua non declinaui. Memor fui iudiciorũ tuorum à ſeculo

a ¶Aug. Quæ in vaſa iræ. ¶Quæ ſemper vera. b ¶ Ex quo homo erat.

a ¶Aug. Quia per hæc quoque oſtendit diuitias gloriæ in vaſa miſericordiæ. b ¶Alias, tædium q ia cum his conuerſatur donec area ventiletur. ¶Aug. In me conſolatus,ſed pro peccatoribus dalore deficit,tanta eſt pietas.

dñe, & conſolatus ſum. † Defectio

a ¶Caſ. Plus grauat ſanctos culpa tyrannorum, quam ſua pœna.

tenuit me pro peccatoribus dere-

a ¶Quamuis hoc tamen. ¶Amb. hoc per miſericordiam medicantis Samaritani.

linquentibus legem tuã.Cantabiles

a ¶In hac miſera vita. ¶Quo eiectus de paradiſo,hæc eſt illa humilitas de qua ſupra dixit.

mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco†peregrinationis meæ. Memor

¶Et.

a ¶Non ſolũ in die,q.omni tempore. b ¶ Vt qui gloriatur in domino glorietur. c ¶ Sic. ¶Ideo memor quia ex Deo eſt,ꝙ cuſto.le.tu. d ¶ A iter non memor.

fui nocte nominis tui dñe, et cuſtodiui legem tuam. Hæc facta

a ¶Quam non cuſtodiſſ.t,ſi in ſua virtute conſideret. b ¶Quia. Aug. Nox in qua multæ tentationes oriuntur.

a ¶Ideſt pro me t prodeſſet vt ſic diſcam non ſuperbire, quo vitio cecidit homo in hanc noctẽ vnde & . o . : Bonum mi.ꝙ hu me,vt diſca iuſti.i. b ¶Sed quare hoc? quia iuſti. c ¶Non meas.

eſt mihi, † quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

a ¶Iuſtificatus gratis per gratiam.

## NICOL. DE LYRA.

a Su.ini.age, vſquequaq;. *quærentes affligere fideles multimodè.*

b A lege au.tua non de.*quia fideles in talibus conſtanter ſteterunt.*

c Me.fui iu.&c. *quibus malos perdidiſti, & confidentes in te liberaſti, vt Noe de diluuio, Lot de ſubuerſione Sodomæ & Gomorræ, & tres pueros de camino ignis.*

Gen.7.a — Gen.19.c — Dan.3.c.d

d Et con.ſum.*ſperans,ꝙ liberabis me. quia etſi aliquando dominus non liberet fideles ſuos à morte temporali, ſicut Machabæos nõ liberauit de tormentis Antiochi tamen fuerunt melius liberati, quam tres pueri de camino ardenti ſecũdum quod dicit Aug. quia illi fuerunt liberati de igne poſtea morituri: Machabæi verò fuerunt liberati de præſenti miſeria in æternum victuri.*

2.Mach.7.a

e De.te. *Hic conſequenter agitur de timore propriæ fragilitatis,quia quantumcunq; homo ſperare debeat de Deo, tamen debet timere ne labatur in peccatum ex propria fragilitate,& ſic fruſtretur ſua ſpe.ideo dicitur: Defectio tenuit me.i.timor magnus.vnde in tranſlatione Hieron.dicitur: Horror tenuit me.*

†Terror.

f Pro pec.de.*qui ſunt multi valde, ſecundũ quod dicit Eccl. Stultorum infinitus eſt numerus. Et Matth. Lata eſt porta,& ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem,& multi ſunt, qui intrant per eam,& ideo quilibet quantumcunq; iuſtus debet ſemper timere, ne ſimiliter ſibi accidat ex propria fragilitate,cum ſit eiuſdem ſpeciei,& naturæ. Et quia ad talem caſum euitandum multum valet oratio, per quam mens à terrenis retrahitur, & ad diuina ſubleuatur.ideo ſubditur,*

Eccl.1.d — Matt.7.b

g Can.mi.erant,*i.laudes diuinæ.*

h In loco pe.meæ. *i.in via præſentis vitæ qua tendimus ad patriam ſicut peregrini. Et quia diuinæ laudes non ſolum dicendæ ſunt de die,ſed etiam de nocte.ideo ſubditur,*

i Memor fui no.no. *Et quia orationem debet comitari ſancta operatio,ideo ſubditur,*

K Et cuſtodiui legem tuam.*per mandatorum tuorum impletionem. Et quia iſta habet homo à Dei gratia,ideo ſubditur,*

l Hæc facta eſt mihi.*i.hæc gratia mihi à Deo facta eſt:vnde & in trãſlatione Hier.iuxta Hebræam habetur: Hoc factum eſt mihi.*

m Quia iuſti.tuas ex.*vnde dicit ſaluator. Quærite & inuenietis.*

Matt.7.a

## GLO. ORDIN.

a ח *Heth.* Amb.interpretatione Latina dicitur pauor. Heth. *Caſ.* In octaua litera, faciem dñi videre optat, quia mandatis eſt obſecutus. *Caſ.* Heth,pauor.Et intelligitur,non pauor recidendi,ſed ſolicitudo acquirẽdi illud bonum quod ſperat: quod quia in octaua reſurrectionis præſtabitur, ideo octauus iſte octonarius ponitur.

## GLO. ORD.

Portio. *Aug.* A parte, vnde alij habent: Pars,alij hoc,alij illud eligunt vnde viuãt: pars mea Deus,vnde ſp viuã. Vel de præſenti particeps eius ſum ei adhærendo: Per hoc pars mea:quia dixi cu.Sed quia nõ cuſtodio, niſi ſpiritus adiuuet,quem litera occidit.

c *De.ſum.* Fides impetrat qđ lex imperat Hoc mõ ſum ꝓcatus,miſerere mei ſ̃m elo. Et quaſi auditus & adiutus. Cogitaui vi.m. & cõ.à viis meis.q̃ malæ.In teſtimonia tua. Deniq; hoc beneficio gratiæ impetrato Paratus ſum,& tam paratus ꝙ,Funes ci:p. ſunt me. i. impedimẽta inimicorũ ſpiritualium vel carnalium. Peccata ſunt quaſi reſtis,quam trahunt qui implicare ſanctos volunt.Sed non pñt eos qui legis nõ ſunt obliti.vnde ſubdit: Et le.tu.nõ ſum ob.Sed: Media no.&c.i.grauiore tribulatione non deijciebar: ſed,Surgebam ad fortius confitendum, ſciens quia & hoc ꝙ funes circumplectũtur, iuſto Dei iudicio eſt qđ incipit à domo eius Quia verò hæc ſiunt gratia Dei per Chriſtum, vox ipſius hic ſuis adiungitur.ad caput.n. hoc propriè pertinet. Particeps.vt ad Hebr. Qui ſanctificat, & qui ſanctificatur, ex vno ſunt omnes:& ipſe communicauit eiſdem. Non.n.eſſemus participes eius deitatis, niſi eſſet ipſe noſtræ mortalitatis. Per hanc eius participationẽ dat̃ nobis gratia,vt caſtè timeamus,& cuſtodiamus mãdata.Et quia per hoc,ꝙ particeps eſt fratrũ, multũ fructum fecit granum frumenti,ideo de ipſo fructu ſubdit: Miſericordia tua dñe plena eſt terra: qa impius iuſtificat̃.in cuius gratię ſciẽtia vt ꝑficiatur,adiungit: Et iuſtificatio.tu.do.me.

Heb.2.c

d *Fa. Caſ.* Vel, Chriſtum quem deſiderabat aſpicere: Et precatur miſericordiã primi aduentus impleri, ſicut per prophetas promiſſum eſt. Vel faciẽ petit videre in futura reſurrectione,non hic.vnde: Non videbit me homo, & viuet. Sed quia peccator eſt, petit vt ꝑ miſericordiã habeat qđ meritis non põt, Secũdũ eloquiũ,quo promittit ſanctis viſionẽ deitatis.

†Quia — Exo.33.d

e *Co. vias meas. Caſ.* Dixi cuſtodire le.ideo,Cogitaui,q̃ eſſent viæ meæ,& habita viſione cõuerti: Hic eſt ordo cõuerſionis.

¶Pauor.

ח Heth.

a ¶ Quia. ¶Amb. Nihil immundi vel vitium amans, hoc dicit: Leui cui non eſt ſors inter fratres.i. aſſumptus vt mihi ſit aduocatus & ad Deum precator.

¶Ideo.

Portio mea dñe: dixi cuſtodire legẽ tuam. Deprecatus ſum

¶Maieſtatem diuinitatis.

faciem tuã in toto corde meo, miſerere mei ſecũdũ eloquiũ tuũ. Cogitaui viãs meas,& †cõuerti pedes meos

a ¶Quo promittis ſanctis viſionem deitatis. ¶ Promiſſionem tuam eſ ias filios ſum. b ¶Q . . .

a ¶Priores malas.vel futuras præcogitaui quid agendum & quomodo & quid non:vnde Paratus ſum.

## NICOL. DE LYRA.

Portio mea. *Hic conſequenter agitur de ſpe,prout prouenit ex bono vſu liberi arbitrij,cum dicitur: Portio mea domine.i.firmiter ſpero,quòd tu ſis pars & portio mea in futura beatitudine. Et vnde ſurgat iſta ſpes,ſequitur,*

b Dixi cu.le.tuam.*per bonũ vſum liberi arbitrij tua gratia informati, & quia ad huiuſmodi vſus continuationem facit oratio deuota,ſequitur,*

c De.ſum fa.tuam in to.cor.m.*i.in intellectu & affectu.*

d Miſerere mei.*continuando in me bonũ vſum liberi arbitrij,cuius continuatio procedit ex gratia Dei.*

e Secundum eloquium tuum.*quo dixiſti,Peti.& ac.*

f Cogitaui vias meas. *i.proceſſus in bono qui ſicut tardi ex fragilitate humana,ſed feſtini ex diuina gratia.ideo ſubditur,*

g Et conuerti pe.*vigoratus ex tua gratia.ideo ſubditur,*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Non ſum tur.Caſ.* Et ſi Funes pec.circumple. &c. Tot laquei quo peccata hoc ſecundum corpus: ſed animus reluctans legem non obliuiſcitur. E

*Vbi ſupra. Exo.12.d Matt.25.a*

b *Media no.Caſ.* Quo tẽpe primogenita Ægypti percuſſa ſunt, qñ etiam ſponſus venturus eſt, ideo ſurgit tunc ne inter fatuas remaneat, ad confitendũ, laudãdum de iudicijs iuſtitiæ, Media nocte. Tũc ſpirituales nequitiæ omne nefas ſuadere contendunt, qñ nullus culpæ arbiter, nullus criminis cõſcius nullus põt eſſe teſtis erroris. Tunc varias diſceptationes pectori dormiẽtis infundunt. *Ambr.* Prouidẽdum eſt ergo, vt eo tẽpe quo potes vincere, nequaquam vincendi tempus amittas. Surge ergo ad precandum Deum ea hora qua tentator conſueuit irruere, qua ſolet aduerſus tentationes graues remedium venire cęleſte.

† Congregationes impiorũ pdatæ ſunt me

*Ibidem.*

† iuſtitiæ

† Socius

c *Particeps ego ſum. Caſſi.* Et cum talis, non ſuperbio, ſed particeps omniũ, & hoc totũ tua eſt miſericordia, ſicut oĩa: quia ò dñe terra eſt plena mi.&c.

d *Omnium.Caſs.* Ita portio dñs, vt particeps ſit non vnius, ſed omniũ eccleſiarum. Tanta virtus vnitatis, cum ſit particeps Chriſti humiliter dr̃ participeps famulorum, quod eſt Chriſti eſſe participẽ. vnde Apoſtolus: Participes Chriſti facti ſumus. *Heb.3.b*

e *Timen.te.Aug.* Inter rudes humiliter ſe conſtituit, qui tamẽ non

a ¶Quæ non ſinunt errare. b ¶Caſ. Deliberaui pro mandatis pati.

in teſtimonia tua. † Paratus ſum, a

a ¶Ideo. b ¶Improui à turbant. c ¶Integre cuſtodit, qui aduerſa non metuit.

a et non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua. † Funes peccatorum b

a ¶Carne ſeruio legi peccati, mente legi Dei.

circumplexi ſunt me, † & legẽ tuam c d

a ¶Sic poteſt teneri dominus. b ¶Inhians in illud bonum quod eſt ſuper iu.iuſtitiæ quod non poſſunt mereri flagella quibus iuſtificas. ¶Caſ. Et noctu orandum eſt, ne ſomnolentus capiatur: tunc feruet carnis illecebra, tunc tentator illudit.

b non ſum oblitus. † Media nocte e

a ¶Gratiæ agendæ ſunt pro omnibus quæ nobis accidunt.

ſurgebam ad confitendum tibi, ſuper iudicia † iuſtificationis tuæ. f

a ¶Vt breuiter ſuperiora concludam. b ¶Caſ. Membrum particeps eſt totius corporis. c ¶Corde. ¶Qui timet cuſtodit.

c d e † Particeps ego ſum omniũ timen- g h

a ¶Opere.

tium te, & cuſtodientium mandata i

a ¶Solem ſuum oriri fac. ſuper bo. & malos.

f tua. Miſericordia tua domine ple- k

a ¶Quia ego particeps & omne bonum à te.ergo. ¶Quia terra plena, ideo.

na eſt terra, & iuſtificationes tuas l

a ¶Quia ſemper quærendæ ad prouectum, nunquam eſt bonæ rei ſacietas.

doce me.

non otioſi. vnde ſubdit: & cuſto. G

f *Plena. Aug.* Quia fidem vbiq; dilatauit Doce. Iam cuſtodiſſe dixit: ſed & hic petit amplius doceri.

NIC. DE LY.

a Paratus ſum. *Habitus enim facilitat hominem ad opus: ideo habentes habitũ gratiæ diſpoſiti ſunt ad faciliter agendum bona opera vitæ actiuæ, in quibus alij difficultatẽ patiuntur. Et quia curſum bonorum dæmones nituntur impedire ſuis tentationibus, ideo ſubditur,*

b Funes pec. *ideſt tentationes dæmonum.*

c Circumplexi ſunt me. *ad impediendum me in bono opere.*

d Et legem tuam, *tua gratia confortatus, & quia de hoc debet homo eſſe gratus, ſubditur,*

e Media nocte etc. *confeſſione laudis.*

f Super iudicia etc. *ideſt de hoc ꝙ tuo ſancto iudicio voluiſti me in iuſtitia cuſtodire. ideo ſubditur,*

g Particeps ego ſum. *ex tua bonitate.*

h Om.ti. *timore filiali, qui cauet offenſam.*

i Et cuſto. *per ſanctam operationem. Iſtæ enim ſunt duę partes iuſtitiæ, ſecundum quod dictum fuit ſupra. Diuerte à malo, & fac bonum. Et quia prædicta gratia diuina confertur omnibus ſe ad eam debitè diſponentibus, ideo ſubditur,*

K Miſe.tua do.etc. *quia quantò plus habentur ſpiritualia, tantò magis deſiderantur, ideo ſubditur,*

l Iuſtifi.tuas doce me. *bona ſpiritualia in me augmentando.*

GLO. ORDIN.

a ט *Teth.Caſ.* In nona litera gratias agit de humiliatione & patientia ſua, per quam venit ad iuſtitiam. *Vbi ſupra.*

GLO. ORDIN.

b **B**Onitatem f.&c. *Caſ. Ambr.* bonum vel excluſio, quia hic de patientia quæ excludit triſtitiam de aduerſis, & facit bonum & iucundum pati. F

c *Bonitatem & di. Aug. Caſ.* hanc docet, cum charitatem inſpirat, vt non ex timore operetur, ſed ex amore, & ſit ei boni delectatio. Et diſciplinã.i. ideo ſit dulcedo boni, vt amore Dei vel ꝓximi quaslibet ferã paſſiones. Et ſcientiam, cum tanta eſt charitas, vt tribulatione non poſſit extingui tunc ſciẽtia quæ antè inflarat vtilis eſt, qua ſibiipſi homo innoteſcit, quid meruit & accepit, quid poſſit vel non. *Ibidem. Conc.17.*

d *Doce.* Non eſt docere, ſed dicere, vbi nemo diſcit: & ideo Deus quando vult docere, prius dat intellectum ſine quo nemo diſceret. vnde: & aperuit eis ſenſum. Docet ergo bonitatẽ, inſpirat delectationem emendatoriã. Docet diſciplinam, temperando tribulationem. Docet ſciẽtiam, inſinuãdo cognitionem. Docet etiam & ſcire ſcienda, aperiendo veritatem: & facere facienda, inſpirando ſuauitatem. Doce iuſtificationes. *Ambr.* Quia iam bonitatem feciſti, vel iuſtificationes quas iucundaſti alijs iucunda & mihi ne fatiger. *Luc.24.g*

e *Mandatis tuis credi. Amb.* Qui credit mandatis, ſcientiam eorum quæ in mandatis docentur, poteſt habere. Ecce per fidem ſcientia, quæ eſt vera cognitio eorũ quæ ſunt. vnde Salomon: Deus mihi dedit, eorum quæ ſunt cognitionem veram. Per ſcientiam aſſumitur diſciplina, quæ etſi ſit amara carni, debet tamen eſſe iucunda menti, quia ſuauis eſt dñs. vnde: Tollite iugũ meum quia leue, & onus meum, quia ſuaue. *Aug.* Quia mandatis tuis credidi. Mandatis conuenit obedire, promiſſis credere: ſed ait, mãdatis credidi. ſ. ꝙ tu illa mãdaueris, nõ aliquis homo, licet ꝑ hoiem. Et eſt ſenſus: Fides qua credidi iſta tua eſſe mandata, impetret gratiã, qua faciam iſta quæ tu mandas, hominis non eſt, ſed Dei mandare, & vnde fiat dare. H

f *Bo.es tu.* (alias) *Suauis es tu do.* Bonus.i. ſuauis: In tua ſuauitate verè vult facere iuſtificationes, quando eas in eius ſuauitate vult diſcere.

g *Bo.tu es. Amb.* Laudat iudicẽ vt impetret. Bonus propriè in ſe & ex ſe. Et bonus, q̃a dat bona data petẽtib⁹ ſe.

ט Teth.

a ¶Alias, Iucunditatem. ¶Alias Suauitatem. ¶Aug. Vt bonum delectet, faciendo filium qui ſeruus fuit.

b **B**Onitatem feciſti cum a

a ¶Quod modo qui prius cum liberto amare cœpiſti.

ſeruo tuo domine,

a ¶Nihil vere iucundum, niſi ſecundum eloquium. ¶Promiſſum. b ¶Augeri petit. ¶Charitatem inſpirat.

c ſecundum verbum tuum. † Bonitatem, & diſciplinam, & ſcien- b c d

a ¶Patientiam da. b ¶Mentem illumina.

a ¶Illa facere, hæc ſcire,

d e tiam doce me: quia mandatis tuis e f

a ¶Sed. ¶Feciſti à bonitatem & item doce ad quod prodeſt humiliatio correctionis & diſciplinæ quam peto. b ¶Aug. In Adam, in quo omnis homo vitiatus & vanitati ſubiectus: quod profuit experiri vt deiecta ſuperbia diligatur obedientia, & pereat non reditura miſeria.

credidi. Priuſquam humiliarer,

a ¶Ne rurſus humiliet. ecce humiliatio eſt correctio.

ego deliqui: propterea eloquium g h

f g tuum cuſtodiui. Bonus es tu, i k

Infirmus

NICOL. DE LYRA.

**B**Onitatem fe. *Hic ponitur tertium promotiuum in perfectione vitæ actiuæ: quod eſt charitas ſtimulans ad opus bonum, ſecundum quod dicitur. Charitas Chriſti vrget nos. ſtimulat autem ad opus bonum ex conſideratione beneficiorum Dei in mente & corpore receptorum. & primò ponitur ſtimulatio charitatis ex beneficijs ex parte mentis, & ſecundò corporis ibi: Manus tuæ. Circa primum ſciẽdum, ꝙ ſicut charitas ſtimulat ad bonum, ita recalcitrat contra malum. & primò ponitur primum. ſecundò ſecundum, ibi multiplicata eſt. Beneficia autem Dei ex parte mentis ſunt duplicia ſcilicet bona naturalia & gratuita: & quantum ad hoc dicitur,* *2.Cor.5.c*

a Bonitatem fe. cum ſer. tu. do. *animam ei conferendo ad imaginem tuam creatam, & bona gratiæ ſuperaddendo, quæ fuerunt data homini in ſtatu innocentiæ & poſt lapſum dantur in baptiſmo, & ante dabantur regulariter in circumciſione.*

b Secundum ver.tuum. *prout habetur in Gen. & ait Deus: Faciamus hominem ad imaginem, quantũ ad bona naturæ, & ſimilitudinem noſtrã quantum ad bona gratiæ. Et quia non debet hoc homini ſufficere, ſed ſemper debet profectum in ſpiritualibus quærere, ſecundum quod dicit Aug. libro de perfectione iuſtitiæ. Nemo cum multum profecerit dicat, mihi ſufficit: exiuit enim de via ante terminum. ideo vltra petit di.* *Gen.1.c*

c Bonitatem. *quantum ad perfectionem appetitus.*

d Diſci. & ſci. *quantum ad perfectionem intellectus.*

e Doce me. *illuſtratione tuæ gratiæ ampliore. Et dicit: Diſciplinã quantum ad cognitionẽ moraliũ. & ſcientiã quantũ ad cognitionẽ ſpeculabiliũ*

f Quia man. *Oportet enim diſcipulum magiſtro credere, ſi velit proficere. Apoſt. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt &c. & Eſa. ſecundum aliam tranſlationem: Si non credideritis, non intelligetis. & quia inter Dei beneficia ad animam pertinentia non ſolum eſt collatio gratiæ, ſed etiam correctio culpæ. Prou.3.b. Quem enim diligit dominus, corrigit: ſine qua non tranſitur præſens vita. ideo ſubditur,*

g Priuſquam hu. *per tuam correctionem.*

h Ego deliqui. *incurrendo culpam.*

¶ Diſtinctio poſtil. circa hunc pſalmum per octonarios & octonariorum per verſus, licet artificialis ſit ſecundum ſe, non tamen correſpondet literę quò ad maiorem partem, eò quòd membra diſtinctionis tam generalis quam particularis coincidunt inuicem. Et ideo melius videtur, vt requiratur continuatio cuiuslibet octonarij ad præcedeus. ſimiliter & verſuum cuiuslibet octonarij inter ſe, non exorbitando à principali materia quam intendit Pſalmiſta: quæ eſt deuotio quæ ad perfectionem vitæ ſpiritualis pertinet, vt dictum eſt. In hoc ſecundo octonario Pſal. agit de quibuſdam ad deuotionem pertinentibus, quorum aliqua conſiſtunt in actibus exterioribus, vt pertinent ad deuotionem diſpoſitiuè, quorum vnum eſt cuſtodire ſermones diuinos, ſcilicet mandata. & de hoc dicit in primo verſu: In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam &c. q. d. qualiter homo diſponit ſe ad cuſtodienda mandata diuina nimis. H de quo dixerat in primo octonario, quod optabat vt difficile, de quo dixit: Vtinam dirigantur viæ meæ &c. ad quod reſpondet: In cuſtodiendo ſermones tuos. & dixit: adoleſcentior, ideſt inſipiens tendere ad vitam ſpiritualem, quæ eſt ſicut adoleſcens in vita corporali, qui nondum habet membra ſeu vires perfectas. Requiritur etiam diſpoſitiuè ad prædictam perfectionem deuotionis habendam, intenſio affectus ad exquirenda mandata: & de hoc dicit in ſecundo: In toto corde meo exquiſiui te. Quod dicitur ex toto corde, intelligitur ex intenſione affectus, qui conſiſtit in corde. Et quia tali affectui Deus non ſubtrahit effectum, ideo dixit: Ne repellas me &c. i. indecens eſt, vt me repellas. Et quia quandoque aliqua diligenter exquiruntur, & tamen incautè ſeruātur, ideo dicit in tertio verſu: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. hoc eſt dicere: Illa quæ exquiſiui ex toto corde meo circa doctrinam mandatorum tuorum, in ipſo corde ſunt abſcondita ſeu recondita apud me, nō tantum in libro, vt inde poſſim repellere tentationes. ideo ſubdit: Vt non peccem tibi. Conſequenter quia ad perfectionem vitæ ſpiritualis prædictam non ſufficit diſpoſitio humana: ſed requiritur autoritas diuina: ideo dicit in quarto verſu: Benedictus es domine, doce me iuſtificationes tuas, ideſt per infuſionem tuæ benedictionis doce me iuſtificationes tuas, ideſt da mihi doctrinam fidei, per quam iuſtificer. de qua Abac. Iuſtus in fide ſua viuit. Nec obſtat, quòd in præcedenti octonario dixerat † dediſti iudicia iuſtificationis tuæ. quia in hoc pſalmo ſæpe petit quod habet: quod pertinet ad feruorem mentis. Et quia ad maiorem confirmationem ſeu habituationem diuinæ doctrinæ in mente requiritur repetitio eiuſdem, & prolatio per verba vt menti tenacius infigatur, idcirco in quinto verſu dicit: In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et quia per talē frequentationem, & confirmationem habitualem ſequitur delectatio in opere, quæ perficit operationem ſecundum Philoſophum. idcirco in ſexto verſu dicit: In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, &c. Ex qua quidem delectatione ſequitur, ꝙ homo continuat talia in quibus delectatur. idcirco ſubdit, quòd in vtraq; vita iam delectatus frequentat operationes ad eam pertinentes. vnde de actiua dicit: In mandatis tuis exercebor, &c. Exercitium enim mandatorum ad actiuam pertinet, ſicut & meditatio eorum ad cōtemplatiuam. & ideo ſubdit: In iuſtificationibus tuis meditabor. Ex dictis in additionibus horum duorum octonariorum & etiam ex contentis vlterius in poſtilla, poteſt lector reducere cętera in hoc pſalmo contenta ad propoſitum prædictum. ſ. ad excitandum deuotionem mentis in vtraque vita prædictarum: & ideo diſcurrere per ſingula, quantum ad hoc omitto, ad vitandam prolixitatem.

Inte-



A *In eo. pſal. 118. vbi dicitur in poſtil. Retribue &c.*

## ADDITIO III.

¶ Non poteſt homo ex ſola virtute naturali aliquod opus facere, per quod mereatur de condigno nec de congruo, quod Deus det ſibi gratiam: quia ipſa præparatio ad gratiam habitualem non eſt ex ſola virtute naturali. Præſupponit enim aliquod auxilium gratuitum ex parte Dei interius animam mouentis ſiue bonum propoſitum inſpirantis, licet tale auxilium non ſit per donum habituale, vt in prima ſecundæ. q. 109. art. 6. in corpore. q. vnde Glo. ſuper illud verbum pſal. Retribue ſeruo tuo, dicit: Non vtiq; pro meritis bonis redde: ſed retribue, ideſt iterum & iterum da: vel, pro malis meis retribue bonum: quoniam ante fidem non debetur homini, niſi mala pro malis: retribuit autem Deus per gratiam bona pro malis, hæc in glo. Ex quo patet, quòd Retribue, in hoc loco non intelligitur per modum meriti cuiuſcunque, ſed ſicut dicitur retributio: cum mala redduntur pro bonis ſecundum illud pſal. Retribuentes mala pro bonis, detrahebant mihi. Eadem ratione poſſet dici retributio, cum bonum datur pro malo, prout etiam in glo. habetur: & ſic intelligitur in propoſito, cum dicitur: Retribue ſeruo, ideſt homini qui ſeruus Dei eſt ſecundum creationem: retribue ei etiam nihil boni merenti gratiam tuam per quā viuificetur.

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtilla: Increpaſti: Hic tangitur &c.*

## ADDITIO IIII.

¶ Humilitas nec aliqua diſpoſitio ſeu virtus purè humana, non eſt primæ gratiæ meritoria, prout dictum fuit in præcedenti additione, nec eadem ratione Deus ſuperbis reſiſtit, qua humilibus dat gratiam. Nam ſuperbis reſiſtit ex iuſtitia, humilibus dat gratiam per miſericordiam.

*In eo. pſal. Memor eſto: vbi dicitur in poſtil. Horror tenuit me, &c.*

## ADDITIO V.

¶ Melius videtur iſte verſus exponendus ſecundum glo. ſ. vt in hoc oſtendatur virtus pietatis quæ in ſancto viro quandoq; tanta eſt, vt magis doleat alienam culpam quam ſuam contumeliam: & de hoc Apoſt. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et ſecundum hanc ſententiam iſte verſus continuatur cum præcedenti ſic. Dixerat enim: Memor fui iudiciorum tuorum, & conſolatus ſum: In quo apparet quòd iuſtus in pœna inflicta reprobis ſecundum iudicium diuinum eſt conſolatus, eo modo quo dicitur in pſal. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictā. vnde ne intelligeretur, ꝙ iuſto de B culpa peccatorum placeat: ideo ſubditur: Defectio tenuit me. ſ. de hoc ꝙ peccatores derelinquunt legem diuinam, quod pertinet ad culpam. Et quia quandoq; huiuſmodi peccatores derelinquentes legem diuinam, tolerantur in hac vita, & eorum punitio reſeruatur in futura, in qua iuſtificationes Dei magis relucent, ideo ſubdit: Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Cuius ſenſus eſt: Licet culpa derelinquentium doleam vt dictum eſt, gaudeo tamen in loco peregrinationis meæ. i. in hoc ſeculo conſiderans iuſtificationes tuas in alia vita: & ideo Cantabiles mihi ſunt. i. delectabiles.

*In eo. pſal. vbi dicitur in poſtil. Hæc facta eſt mihi.*

## ADDITIO VI.

¶ Hoc pronomen, hæc, cum dicitur: Hæc facta eſt mihi, non eſt plurale neutrius generis, quia ſi ſic, debuiſſet dicere: Hæc facta ſunt mihi: vnde oportet dicere, quòd hæc pronomen, ſit fœminini generis in ſingulari: vnde ſecundum gloſſam refertur ad hoc ꝙ dixerat in præcedenti verſu: Memor fui nocte nominis tui domine. vbi pro nocte intelligitur locus peregrinationis, de quo in pręcedenti verſu dixerat, in quo contingunt multæ aduerſitates, & miſeriæ in quibus vir ſanctus debet eſſe memor nominis Dei, & cuſtodire legem eius: vnde Pſal. quaſi reddens Deo gratias de aduerſitatibus & miſerijs huius peregrinationis, per quas iuſtus reprimitur à ſuperbiendo dicit. Hæc facta eſt mihi. ideſt hęc nox tribulationis facta eſt mihi à te Deus. Quia iuſtificationes tuas exquiſiui, ideſt vt iuſtificationes tuas exquiram, eo modo, quo dicitur in ſequentibus: Bonum mihi, quia humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas, &c.

*In eodem pſal. In æternum: vbi dicitur in poſtil. Ordinatione tua perſeuerat dies.*

## ADDITIO VII.

¶ Vbi translatio noſtra habet: Ordinatione tua perſeuerat dies. Hebraica litera habet: Ordinationi tuæ perſeuerant hodie, &c. & continuatur cum præcedentibus & ſequentibus ſecundum quoſdam Hebræorum expoſitores ſic: Dixit enim Pſal. In æternum domine verbum tuum permanet in cœlo. In quo intelligitur, ꝙ cœleſtia corpora quæ verbo domini firmata ſunt, manent in æternum. ſ. à parte pòſt ſecundum ſuam ſubſtantiam. Similiter & cum dicit: In generatione & generationem veritas tua: intelligitur ꝙ in iſtis inferioribus remanet veritas domini, per quam ſubſiſtunt per ſucceſſionem generationum adinuicem, ſub quibus generationibus ſibi ſuccedentibus terra, quæ eſt quaſi centrum vniuerſi, fundata permanet. & de hoc dixit: Fundaſti terram & permanet. C & quia tā cęleſtia corpora quò ad indiuidua, quam inferiora quò ad ſpecies habent perpetuitatem durationis iuxta diuinam ordinationem, idcirco dicit: Ordinationi tuæ perſeuerant hodie, quaſi dicat, cœleſtia ſimul & terreſtria vſque hodie ſeruant ordinationem tuam, eò quòd omnia ſeruiunt tibi. Et quia ex huiuſmodi perſeuerantiæ perpetuitate aliqui poſſent errare, æſtimantes ꝙ talia entia fuiſſent ab æterno, ſicut multi Gentiles philoſophantes ęſtimauerant, eò quòd mundum incepiſſe non poteſt demonſtratiuè probari, idcirco ſubdit: Niſi ꝙ lex tua meditatio mea eſt, tūc fortè perijſſem in humilitate mea, q. d. ex perſeuerantia durationis creaturarum ſub vno ordine potuiſſem in humilitate mea. ſ. in fragilitate intellectus mei perire. ſ. errare. Niſi quòd lex tua meditatio mea eſt. In lege enim diuina. ſ. Moſayca, Moyſes prophetando de præteritis, prout dicit Greg. in homil. dixit: In principio creauit Deus cœlum & terram: in quo nouitas mundi apertè traditur. Vnde licet in æternum. ſ. in perpetuum cęlum duret, ſicut & terra fundata permaneat, non tamen ab æterno fuerunt, teſtante lege diuina oppoſitum, vt dictum eſt.

(Margin: Greg. in ho.)

*In eodem. Quomodo dilexi, vbi dicitur in poſtil. Quia in æternum mihi eſt.*

## ADDITIO VIII.

¶ De lege communi nemini imprimitur mandatum diuinum inſeparabiliter, cum quilibet viator per peccatum poſſit ſeparari à Deo & à mandatis eius. vnde cum dicitur: Quia in æternum mihi eſt: melius exponitur vt intelligatur, ꝙ fidelis interpretatur mandatum diuinum, vt ad æternitatem ſibi valeat. Iudęus autem ſeu hæreticus interpretatur mandata Dei referendo ad pręmia temporalia: vnde in hoc fidelis efficitur magis prudens, & in eius perſona propriè dicitur. Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo, quia in æternum mihi eſt, ratione pręlicta. Conſequenter quod dicitur: Super omnes docentes me intellexi, non videtur intelligendum de hoc, quòd diſcipulus aliquando tranſcendit magiſtrum per perſpicuitatem ingenij, ſeu aſſiduitatem ſtudij, vt poſtil. dicit, quia hoc cōmune eſt tam fidelibus quam infidelibus, ſed hoc conuenienter poſſet referri ad ſcribas, & Phariſæos, qui ſuper cathedram Moyſi ſedentes, vt ait Matt. legem Dei videbantur docere. & tamen ſuper tales fideles intelligit qui non in litera, ſed in ſpiritu quieſcit. vnde dicit: Quia mandata tua meditatio mea eſt. D Meditatio enim propriè eſt illorum quę intrinſecus ſunt & ſpiritualis. Quod autem ſequitur: Super ſenes intellexi, intelligendum eſt in perſona fidelium, qui per temporum ſucceſſionem plura explicitè cognoſcunt de his quę ad fidem pertinent quam antiqui, licet implicitè talia continebantur in fide antiquorum. Poteſt etiam intelligi de populo nouæ legis, qui iunior eſt reſpectu Iudaici ſenioris: vnde poſſet dicere populus nouus quòd ſuper ſeniores, ſcilicet antiquitate temporis intellexit, quia mandata Dei quęſiuit, non mandata hominum, ſicut illi de quibus Eſa. dicit: Erat timor Dei &c.

(Margin: Matt. 23. a)

*In eodem. Feci iudicium: vbi dicitur in poſtil. Non tradas me. i. tradi permittas.*

## ADDITIO IX.

¶ Hoc quod dicit: Non tradas me calumniantibus me, planius poſſet intelligi de prauis hominibus, qui calumniantur communiter eos qui iudicium ſeu iuſtitiam perſequuntur, ſeu iudicialiter exercent, vt frequenter per experientiam habetur. vnde Matt. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. vnde in perſona talium Pſal. orat ne tradātur huiuſmodi hominibus calumniantibus protegendo eos in hac vita, vel eos ad aliam perducendo à talibus calumnijs immunes.

(Margin: Matt. 5. a)

## REPLICA.

IN pſal. Beati immaculati: non variantur multum poſtill. & Burg. niſi in applicatione, quæ nō variat veritatem. Sed circa illam partem: Retribue. dicit poſtil. ꝙ homo ex naturali virtute poteſt mereri de congruo: quo facto quod in ſe eſt, petit Deum, vt retribuat gratiam qua mereri valeat de condigno. Burgen. contradicit ex opin. S. Tho. pri. ſecun. q. 109. Hic dico, quòd de merito congrui & condigni grandis reſtat diſputatio Sco. contra Tho. Non enim minus reſpondet Deus homini per virtutem naturalem habenti bonum vſum liberi arbitrij quam angelo. Sed angelo in prima morula exiſtenti in beatitudine naturali, quæ nihil eſt niſi bonus vſus rationis, reſpondet Deus per collationem gratię in ſecunda morula, igitur & homini. Nec oportet huiuſmodi vſum præcedere aliquod donum gratuitum, vel diſpoſitionem gratuitam, ſed ſolum gratis datam, quæ continetur ſub naturali facultate, quæ patent per magiſtrum. li. 2. diſtin. 3. & 4. vide ibi Sco. quia hic diſputare de hoc non pertinet ad ſenſum literalem in propoſito quęſitum, &c.

(Margin: Tho. 1. 2. q. 109. ar. 6. in corp. q.; 2. Sent. diſt. 3. & 4.)



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Canticum graduum. Caſ.* Beatitudinē quā ſuperior pſal. vnita varietate meritorū cantauit, iſti ſequētes pſal. ordinatis xv. gradibus tā pſalmorū q̄ meritorū in ſacramentū veteris & noui teſtamenti explicant. Septenarius ad vetus pp ſabbathū. Octonarius ad nouū: Patres nāque veteris teſtamenti hebdoadi. i. ſeptenario ſeruiebant. Obſeruabant.n. ſeptimū diem. i. ſabbathū Septimam ſeptimanā. Septimū menſem. Septimū annū: & ſeptimū annū ſeptimæ decadis, qui Iubileus dr̄. Patres verò noui teſtamēti ogdoadi ſeruiūt. i. octonario, qa ſeruant octauā diē, q̄ Dn̄ica dr̄: & octauas martyrū, & octauā reſurrectionis expectant. Ideoq; per octonariū & ſeptenariū, duo teſtamenta deſignantur. vnde Salomon: Da partes ſeptē necnon & octo. Quindecim ergo graduū fuit diſtinctio, vt per hoc ſignificetur duorū teſtamentorū doctrina in his gradibus contineri. Et ſunt hic quindecim gradus, ſicut in tēplo Salomonis totidē erant gradus, quibus aſcendebatur in tēplū: qđ eſt figura celeſtis tēpli, ad qđ his gradibus aſcendit: Hæc eſt ſcala Iacob. *Aug.* In ſcalis.n. vidit Iacob angelos aſcendētes & deſcendentes. Hi ſunt ſpirituales doctores q per hos meritorū gradus quaſi per quædā interſcalaria aſcendendo proficiunt vſq; ad intellectū ſpiritualiū. Et quaſi deſcendentes paruulis ſe contēperant. Nō cadentes. Cadit.n. qui deficit: deſcendit qui ſe contēperat paruulis. Cecidit Adā per ſuperbiā intumeſcens, deſcendit Chriſtus per miſericordiam paruulis condeſcendens. Sic & ſui per humilitatē deſcendunt per ſuperbiā cadunt. vnde Apoſt. Siue.n. mente excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus vobis, &c. His ergo gradibus inoffenſo pede mētis aſcendit atq; deſcenditur. *Aug.* Canticum gra. Graduū nomē ambiguū apud nos: quia gradus dicimus aſcendentiū & deſcendentiū. Apud Græcos certū, q̄ aſcēdentiū tm̄ ſunt gradus. Aſcēdens ergo iuſtus loquitur. Aſcēſus fit in corde. vnde alibi: Aſcēſiones in corde ſuo diſpoſuit, à cōualle plorationis, in illud qđ oculus nō vidit, & in cor hominis nō aſcēdit, p verbū caro factū qđ deſcendit, vt p ipſum nos aſcēderemus. Verbū.n. caro factū eſt, bibens calicē paſſionis, factū eſt nobis vallis plorationis. Manēs apud Deū eſt mons aſcenſionis. Sic.n. deſcēdit ad te, vt maneret apud ſe: Deſcēdit ad te, vt fieret tibi vallis plorationis. Māſit in ſe, vt eſſet tibi mōs ad quē aſcēderes. Ab exemplo ergo humiliationis eius aſcendatur ad voluntatē, & altitudinē deitatis ipſi⁹. *Aug.* Prim⁹ gradus à malis ſeculi exire, & vniuerſæ vanitati renuntiare. *Caſ.* Initiū profectus eſt, carnalia vitia relinquere, & dn̄o ſupplicare: Vnde in veteri lege, qn̄ emebat mancipiū Gentile, radebantur vngues eius: & capilli tondebantur: quia oportet vanitatem quāq; exuere, vt Dei obſequio mancipetur. *Caſ.* Hic abrenuntiatione ſeculi quibuſdam gradibus meritorum ad perfectā & æternam peruenitur charitatem, quæ in ſummo locata eſt.

Super pſal. 119. Septenarius octonariusq; numeri per quos vſurpantur.

Eccl. 11. a

† mendacibus

Gen. 28. c

Enar. pſ. 119. 40. 8.

2. Cor. 5. c

a ¶Quia ſpirituales gradus ſunt.

a Canticum graduum CXIX.

b AD dn̄m † cùm tribu-a larer, clamaui: & † e-b xaudiuit me. Domine libera ani-c mā meā à labijs † iniquis, & à lin-d

a ¶Peccatis. b ¶Vt me educeret. a ¶Conſtituendo ad gradus aſcendendi, vbi orat contra linguas detrahentium dicens. b ¶Iam ergo O. a ¶Hæc conuerſo mox occurrunt: vnde primus homo corruit. b ¶Quæ iniqua ſuadent. c ¶Quæ ſpecie conſulendi nocet.

## GLO. ORD. PSAL. CXIX.

AD do. cum tri. *Caſ.* Primò aſcendere incipiens, quia multos inuenit obſiſtentes, à linguis eorum petit liberari. Secundò, de permiſtione malorum conqueritur, ibi: Hei mihi.

c *Domi. li.* Cum incipit homo aſcendere. i. cum cogitat proficere contempto ſeculo ſoli hærens Deo, incipit pati linguas aduerſantium. i. detrahentium. & quod grauius, quaſi conſulendo à ſalute auertentium: has qui non patitur, nōdum proficere conatur. Aſcenſurus ergo primò contra eas precatur: Domine libera.

a Quid

## NIC. DE LY. PSAL. CXIX.

F AD dominum cum tribularer. *Huic pſal. præmittitur talis tit. in Hebræo: Canticum graduum, & ſimiliter in alijs xiiij. ſequentibus: ſed in aliquibus eorum fit aliqua additio, vt videtur. Dicuntur autem iſti quindecim pſal. cantica graduū ſecundum doctores Hebræos & Latinos, eò quòd in aſcenſu templi qui erat per quindecim gradus, cantabantur à ſacerdotibus & Leuitis primus pſal. in primo gradu, & ſecundus in ſecundo, & ſic de alijs. Sed vtrum iſti pſal. ad hoc fuerint facti variè dicitur. Dicunt enim aliqui, quòd Dauid qui præcepit Salomoni ædificare templum, & tradidit ei deſcriptionem templi & porticuum, & per conſequens graduum, fecit pſalmos iſtos ad decantandum in gradibus modo prædicto. Dicunt etiam, quòd per aſcenſum graduum corporalium intelligitur aſcenſus in gradibus virtutum, qui tanguntur in pſalmis iſtis gradatim aſcendendo. Sed contra primum videtur eſſe: quia tertius pſal. quintus, & duodecimus, & quartuſdecimus intitulantur à Dauid ſic: Canticū graduum Dauid: ſimiliter octauus à Salomone ſic: Canticum graduum Salomonis vel Salomoni. Cæteri autem omnes intitulantur ſine tali additione, ſic: Canticum graduum. Ex tali variatione intitulationis videtur, quod non omnes facti ſunt à Dauid, ſed ſolum illi qui ab eo ſunt intitulati, niſi appareat aliunde quòd Dauid fecerit, ſicut dicetur infrà de aliquibus pſal. & quòd octauus factus ſit à Salomone. Cæteri verò ab aliquibus alijs ſpiritum prophetiæ habentibus, quorum nomina ſunt ignota. Et ex hoc ſequitur, quòd non fuerunt facti à Dauid, vt decantarentur modo ſupradicto. Contra ſecundum dictum videtur eſſe, q̄ ita altus gradus virtutis ponitur in primo pſal. ſicut in aliquo ſequentium ſecundum expoſitionem eorum qua exponunt illud: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. Quod exponunt de homine ſic perfecto, q̄ ex deſiderio vitæ cœleſtis vita præſens ei efficitur tædioſa: quod eſt maximę perfectionis in vita præſenti: ſecundum quod dicebat Paulus de ſeipſo: Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Nec ordo iſtorum pſalmorum oſtendit talem ordinem graduum virtutum literam ipſorum conſideranti. Igitur propter prædicta & ſimilia, ſaluo meliori iudicio, videtur mihi dicendum, q̄ omnes iſti pſalmi non fuerunt facti ab eodem autore, nec ad hoc vt decantarentur in gradibus modo prædicto: ſed aliquis vel aliqui de ſacerdotibus ſeu cantoribus deuotis pſalmos iſtos ab alijs factos ordinauerunt decantari in ſolennibus diebus modo prædicto aſcendendo gradus templi: Sicut beatus Greg. qui ordinauit officiū eccleſiaſticum, pſal. à Dauid factos, & alijs antiquis applicauit ad diuerſa feſta. quia aliqui decantantur in feſtis apoſto. alij in feſtis virginum, & ſic de alijs: & aliquando ex modica conuenientia, ſicut Benedic. ij. Et appropriatur angelis ex illo verſu: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, &c. & ideo intendo primò exponere pſalmos iſtos literaliter ſecundum modicitatem intellectus mei. poſtea in fine aliquid addere breuiter de myſtica expoſitione. Ad dominum cum tribularer. Ex titulo huius pſal. ſuprà poſito non apparet eius autor. De materia verò eius dicit Ra. Salomon, q̄ eſt oratio pro liberatione populi Iſrael à tribulatione captiuitatis, in qua nunc ſunt per orbem diſperſi à qua expectant Iudæi, per Meſſiam futurum liberari. Cuius autem oratio ſit, non dicit: ſed ſupponit quòd ſit facta ab aliquo ſancto ſpiritum Dei habente: quod verum eſt. Sed primum eius dictum eſt falſum, quia aduentus Chriſti iam tranſijt in præteritum ſicut frequenter dictum eſt: propter quod videtur mihi melius dicendum, quòd ſit oratio alicuius ſancti viri quicunq; fuerit pro liberatione populi Iſrael de captiuitate Babylonica: pro qua multi illius temporis pſalmos & orationes fecerunt, vt patet de Daniele, & in hoc libro pſalmorum in pluribus locis. Et ſecundum hoc pſal. iſte in tres partes diuiditur: quia primò petitur dicta liberatio: Secundò prædicitur Babyloniorum punitio, ibi: Quid detur tibi. Tertio plangitur liberationis dilatio, ibi: Hei mihi. Circa primum ſciendum, quòd gratitudo de beneficio præterito, eſt diſpoſitio ad impetrandum futurum: propter quod Pſalmiſta in perſona populi Iſrael tanquam gratus recognoſcit præteritum beneficium, dicens:* H

Pſ. graduū quare nuncupantur. 1. Par. 28. c

Phil. 1. d

Pſalmi in eccleſiaſticis officijs per beatū Greg. aſſumuntur.

a Ad dominum cum tribularer clamaui &c. *quod conuenienter intelligitur de tribulatione quam paſſus fuit populus per Sennacherib ante captiuitatem Babylonicam, pro qua Ezechias rex, & Eſaias propheta, & populus clamauerunt ad dominum, & exauditi fuerunt: quia dominus miſit angelum ſuum, & percuſſit in caſtris Sennacherib centum octogintaquinq; milia bellatorum: propter quod compulſus fuit fugere ad terram ſuam, vbi interfectus fuit à filijs ſuis. Conſequenter Pſal. petit liberationem de captiuitate Babylonica in perſona populi captiui, dicens:*

c Domine li. ani. me. à la. ini. *Babyloniorum, qui iniqui blaſphemabant Deum, dicentes Iudæis: q̄ Deus eorum erat impotens ad liberandum eos de manibus ſuis: & tales diuinæ iniuriæ magis grauabant deuotos quam propriç.*

d Et à lingua dolo. &c. *quia Babylonij frequenter impendebant eis falſa, vt ſic doloſè extorquerent eorum bona.*

¶ a Quid

## MORALITER.

a *Ad dominum cum tri.* Pſal. iſte ſecundum ſenſum literalem eſt oratio viri ſancti, cuius nomen ignoratur, pro liberatione populi de captiuitate Babylonica: pro qua multi ſancti temporis illius fecerunt pſalmos, vt dictum eſt ſupra. Sed moraliter poteſt eſſe oratio alicuius fidelis, relapſi tamen per peccatum in ſeruitutem dæmonis, in qua petit iterum liberari dicens: Ad dominum cum tribula. prius.

b *Clama. & exau. me.* liberando de peccati ſeruitute: ſed quia ſum relapſus, iterum clamo ad Deum dicens, O.

c *Domine libe. ani. me. à la. ini.* ſ. dæmonum ſub ſpecie boni malum ſuggerentium. Et quoniam ex ſua malitia creſcit eorum pœna, ſubditur:

a Quid



A a *Quid detur tibi &c. Caſ.* More nimis cogitantis hæſitat, & quærit remedium. Quid tibi detur, aut quid apponatur. Duo verba poſuit dari, & apponi. Sagittę dantur in azima, carbones apponuntur quaſi in conſolationem.

b *Sagittæ. Aug.* Verbis Dei ſagittatur cor ad amorem Dei, vt fiat in eo vulnus amoris, non liuoris. vnde: Vulneraſti cor meum charitate. Carbones verò ſunt exempla iniquorum cōuerſorum ad Deum: Qui bene dicuntur carbones, qa de mortuis reuiuiſcunt igne charitatis calefacti: & ſuo exemplo alios accendunt vt viuant: Hi bene poſt ſagittas apponuntur, quia poſt exhortationem verborum exemplis agendum eſt, vt quod verbis accepit, credat ſe poſſe: cum multi delicati etiā fęminæ iam impleuerunt: etſi multum peccauerunt, eò amplius amauerunt. Hæc exempla vaſtando ad deſolationem ducunt carnales cogitationes, & ſeculares amores, vt ſit purus locus ædificio Dei.

c *Hei mihi. Caſ.* Secundò de incolatu, & permiſtione malorum conqueritur. *Caſ.* Acceptis ſagittis & carbonibus, factus triticum nondum eſt in horreo, ſed in area: vbi multa palea premitur: videns ergo multa mala quæ ante non viderat, clamat: Hei mihi. Nulli homini apparent mali, niſi factus ſit bonus: Cum enim creuit herba, & fructum fecit, apparuerunt zizania.

d *Prolongatus. Caſ.* Et ſi breue tempus deſiderio nimio longum videtur.

e *Cedar. Caſ.* Filius Iſmahelis, vnde Saraceni deſcenderunt, qui verius ab Agar dicerentur Agareni: ſed à Sara digniori & libera ſibi nomen vendicauerunt, quorum vterque in tabernaculis legitur habitaſſe. *Caſ.* Tabernacula Iſmahel rectè Cedar dicta ſunt: Cedar ad Iſmahel pertinet. *Aug.* Iſaac B ergo cum Iſmahel eſt, ideſt ſpirituales cum carnalibus filijs ancillæ, à quibus & patiuntur. *Aug.* Vel ſecundum interpretationem nominis. Cedar enim interpretatur tenebræ. Et eſt cum habitantibus Cedar, ideſt cum habitantibus tenebras: ſed non eſt obſcuratus ab eis, & eſt idem ſenſus. Per hoc notatur, quia non eſt dimittenda vnitas, ſi nunc mali à bonis non poſſunt ſeparari, ferendi ſunt.

f *Multum inco. fuit. Caſ.* non ſolum longus, ſed & grauis incolatus. quia: Cum his qui oderunt pacem.

g *Anima. Aug.* Ne putes corporalem peregrinationem: à Deo anima peregrinatur, ſi terram amat.

a Canticum

a ¶Sed quaſi exercens iſtum dicit ei dominus.

a gua doloſa. † Quid detur tibi, aut a quid apponatur tibi, ad linguam b doloſam? Sagittæ potentis acu-b tæ, cum carbonibus † deſolatorijs. c Hei mihi quia † incolatus meus d prolongatus eſt, † habitaui cū habi-e f tantibus Cedar: multum † incola g fuit aīa mea. Cum his qui oderunt g pacem, eram pacificus: cum loque-h i bar illis, † impugnabant me gratis. k l

a ¶Quo ſcilicet te munias. b ¶Ideſt contra. c ¶Quæ iniqua ſuadet. a ¶Verba Dei. ¶Subiecit ſuæ interrogationi: Ipſe vel dominus, dicens. a ¶Exemplis conuerſorum ad Deum. b ¶Alias, vaſtatorijs: quod eſt idem. a ¶Q. Accepi ſagittas & car. ſed adhuc inter malos ſum, & ideo. b ¶Aug. Peregrinatio huius ſeculi. a ¶Aug. Cur inde gemis? quia non cum bonis. b ¶Alias, tabernaculis. a ¶Tenebræ. b Cum malis & diu. ¶Cur cum illis doles eſſe? ¶Quia. mul. incola. &c. a ¶Habi. vel cum taber. Ce. & te. b ¶Qui conſcindunt vnitatem catholicam. a ¶Caſ. Seruans vnitatem, non iratus, non turbulentus: & cum prohiberem à malis, bona loquens, obſtinati impugnabant.

## NIC. DE LYRA.

C ¶ a Quid detur. *Hic prædicitur Babyloniorum punitio, quæ facta fuit poſtea per Cyrum & Darium deſtruentes ciuitatem Babylonicam, & occidentes populum: & hoc eſt quod dicit Pſalmiſta conuertens verbum ſuum ad populum Babyloni. Quid detur tibi, aut quid appona. ti. ad linguam dolo. ideſt quæ pœna inferet tibi ad puniendū peccata linguæ tuæ prædicta? & reſpondet.*

Dan. 5. g

b Sagittę potentis acutæ. *ideſt populi Perſarum & Medorum, qui ſagittis interfecerunt populum Babylonicum, ſecundū quod dicit Eſa. Suſcitabo ſuper eos Medos qui argentum non quærant, & aurum non velint, ſed ſagittis interficient paruulos &c. Vel aliter: Sagittæ potentis, ideſt ipſius Dei omnipotentis, cuius Perſæ & Medi fuerunt inſtrumenta ad puniendū Babylonis peccata.*

Eſa. 13. d

† iuniperorum

c Cum carbo. deſo. *Quia incenderunt Babylonem, & facta eſt ita deſolata quòd non habitabatur ab hominibus: ſed à feris & venenoſis animalibus, ſecundum quod prædixit Eſa. de Babylone: Non habitabitur vſque in finem. & ſequitur: Sed habitabunt ibi beſtiæ & domus eorum replebuntur draconibus. In transla. Hiero. & in Hebræo habetur: Cum carbonibus iuniperorum: qui diu conſeruant ignem. ſ. per annum, vt dicitur in libro qui vocatur Catholicon: quando carbones iſti ſuis cineribus ſunt operti. vnde dicitur iuniperus à gigno gignis, & pyr quod eſt ignis, quaſi gignens ignem. Et vt dicit Ra. Sa. p hoc intelligit ignis gehennæ inextinguibilis, in quo puniunt Babylonij, qui fuerunt idololatræ peſſimi.*

† inhabitati

Eſa. 13. d

† peregrinata eſt

d Hei mihi. *hic conſequenter plangitur prædictæ liberationis dilatio, cum dicitur in perſona populi in Babylonia detenti: Hei mihi quia incola. me. ideſt mora mea in terra aliena: vnde in Hebræ. & in transla. Hiero. habetur: Peregrinatio mea prolongata eſt. Valde enim triſtabile eſt populo fideli cū idololatris diu morari, et maximè in eorū ſeruitute.*

D e Habitaui cum habi. Ce. *i. cum habitantibus in terra Cedar: qui fuit filius Iſmahel. De quo Iſmahele pro ſe, & ſua poſteritate dicitur: Hic erit ferus homo manus eius contra omnes &c. & per iſtos intelliguntur Babylonij, qui contra filios Iſrael fuerunt crudeles & duri: ideo replicatur planctus de mora cum ipſis, cum ſubditur: Multum incola fuit anima mea, cuius etiam cauſa replicatur, cum ſubditur:*

Gen. 25. d

Gen. 16. d

g Cum his qui oderunt pacem. *i. cum Babylonijs rationibus dictis.*

h Eram pacificus. *Non reddendo eis iniurias pro iniurijs.*

i Cum loque. il. &c. *Modeſtè & rationabiliter.*

K Impugnabant me. *Calumnijs.*

l Gratis. *i. ſine cā. Moral. pōt exponi pſal. iſte de quolibet fideli exiſtēte in tribulatione corporali ſeu ſpirituali ex dæmonum tentatione: à qua petit deuotè liberari, & quòd dæmones arceantur ab impugnatione fidelium in gehennam retruſi, & ſuſpirat pro dilatione ſui remedij.*

¶ Leuaui

## MORALITER.

a *Quid detur tibi.* ſ. pro tali doloſitate & ſubditur reſponſio.

b *Sagittæ potentis acutæ.* i. ſententiæ Dei contra te.

c *Cum carbonibus.* gehennæ. Et quoniam inſultus dæmonum eſt valde grauis ad ſuſtinendum, ſubditur:

d *Hei mihi, quia incolatus meus.* In hoc mundo.

e *Prolongatus eſt.* Cum tali bello. Et quoniam non ſolum dæmones, ſed etiam homines mali qui ſunt eorum miniſtri, impellunt ad peccatum, ideo ſubditur:

f *Habitaui cum habitantibus Cedar.* Qui interpretatur tenebræ, & ſic ſignificat homines malos peccatis obtenebratos, de quibus adhuc ſubditur:

g *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Eorum moleſtias in patientia tolerando.

i *Cum loquebar illis.* Modeſtè.

k *Impugnabant me gratis.* ideſt ſine cauſa.

a Leuaui

*In pſal. 119. Ad dominum cum tribularer &c. vbi dicitur in poſtil. Et ex tali variatione intitulationis.*

## ADDITIO I.

¶ De autoritate horum canticorum ſcilicet graduum idem videtur dicendum, ſicut de ceteris pſal. quorum autor eſt Dauid, licet aliqui ei non intitulantur: imo videantur intitulari alijs, vt frequenter ſupra dictum eſt, & nonnullis rationibus perſuaſum: vnde non oportet amplius ſuper his immorari. De ſignificatione autem huius tituli cum dicitur: Canticum graduum, quidam de antiquis expoſitoribus Hebræorum dicunt, & fortè probabiliter, q̄ hoc deſignat quandam ſpeciem cantus, qui eleuando vocem gradatim decantabatur: & inde fuerunt iſta cantica appropriata ad aſcenſum templi, qui erat per quindecim gradus: ita q̄ ſicut corporaliter ſacerdotes & Leuitę aſcendebant de gradu in gradum ad ingreſſum templi: ita voces eorum gradatim eleuabantur. Et quicquid ſit de hac materia horum canticorum, licet primà facie non videatur totaliter ad literam continuari: tamen diligenter conſideranti reperiri poteſt aliqualis continuatio horum canticorum adinuicem, prout videbitur proſequendo &c.

In

*In eo. pſal. 119. vbi dicitur in poſtil. Propter quod videtur mihi melius dicendum.*

## ADDITIO II.

¶ Iſtud canticum non videtur pertinere ad captiuitatem Babylonicam. Primò quia in illa captiuitate non fuit oppreſſus populus Iſraeliticus per fraudem ſeu doloſitatem, ſed per puram violentiam & armorum potentiam, obſidendo ciuitatem Ieruſalem: quam cum machinis & alijs bellicis artificijs acquiſiuerunt Babylonici, & totaliter deuaſtauerunt. Similiter & regem eorum Sedechiam fugientem violenter captiuauerunt. vt iſta & alia pertinentia ad hoc patent. 4. Regum vltimo. & 2. Paralipome. 36. Inconuenienter igitur conquereretur quis in perſona populi Iſraelitici in illa captiuitate exiſtentis de lingua doloſa. cum dicit: Libera animam meam à lingua doloſa. Quid apponatur tibi ad linguā doloſam. Secundò quia Babylonij deſcenderant à Cham filio Noe. Cedar autem deſcendit ab Iſmahel filio Abrahæ, qui quidem Abraham deſcendit de Sem. Non enim verè diceretur, quòd populus Iſraeliticus in captiuitate Babylonica exiſtens habitaſſet cum habitantibus Cedar: cum valde remotę eſſent iſtæ nationes,

4. Reg. 25. per totum. 2. Paral. 36 per totum.

Gen. 10. b Gen. 25. b



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

non ſolum quo ad originem, vt dictum eſt, ſed etiam quo ad locum. Babylonia enim eſt in parte orientali terræ, ſcilicet in Aſia: Arabes verò qui ſunt in Cedar, ſunt in Africa. Tertio quia hoc qđ dicitur: Cũ his qui oderunt pacem, eram pacificus: & cũ loquebar illis, impugnabant me gratis: valde impropriè applicaretur Iſraeliticis in Babylonia captiuis. Captiui enim impropriè dicerentur eſſe pacifici dominis ſuis, ſed ſubiecti & ſubditi & huiuſmodi. Nec cum dominus percutit, vel aliquod damnum vel læſionem infert ſeruo ſuo, valde impropriè diceretur impugnare eum, ſed eum affligere vel opprimere & huiuſmodi. vnde propriè videretur iſte pſal. exponi de ſtatu eccleſiæ tribulatæ à paganis & hæreticis, & ſpecialiter à Saracenis, à quibus eccleſia diu fuit tribulata: & etiam hodie tribulatur in diuerſis regionibus, vt patet per experiẽtiam: in qua tribulatione eccleſia non dicitur captiuata ab eis nec debellata, ſed poteſt dici turbata per eos ſeu tribulata: de qua tribulatione iſte pſal. videtur tractare. circa quod ſex facit: quia primò orat Deum, dicens: Ad dominum cum tribularer. Non enim facit mentionem de captiuitate: quia Deus nunquam permiſit eccleſiam vniuerſalem ab illis ſupprimi in captiuitate, ſed bene tribulari. Et quia expectat diuino adiutorio ab eorum tribulationibus liberari, idcirco dicit: Clamaui & exaudiuit me, intelligendo præteritum pro futuro, vt moris eſt in talibus. Conſequenter ſecundò declarat quæ ſit hæc tribulatio, à qua petit liberari, dicens: O domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Pro quo ſciendum, quòd licet Saraceni ſæpe impugnant eccleſiam per viam potentiæ, & manu armata: tamen in hoc pſalmo potius intendit Pſalmiſta de eorum impugnatione ſpirituali, quæ eſt duplex. Vno modo blaſphemando Chriſtum noſtrum & doctrinam eius: & de hoc intelligitur quod dicit: Libera me à labijs iniquis. Alio modo fraudulenter iactando ſe ſeruare legem & euangelium: & in hoc ſeducunt multos fideles, præſertim in exordio ſui erroris. Nam in eorum Alchorano nefandiſſimo ſæpe præcipitur ſeruare legem & euangelium, & tamen vtrunque deſpiciunt, vt patet ad ſenſum. vnde de hoc propriè intelligitur quod dicitur: Et à lingua doloſa, quia mendaciter & doloſe pſeudopropheta ſuus Mahumetus loquitur & præcipit ea quæ non vult fieri, vt dictum eſt. Conſequenter tertiò Pſalmiſta quærit, quod remedium ſit adhibendum tali linguæ doloſæ. vnde dicit: Quod detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Ad quod reſpondet: Sagittæ potentis acutæ, ideſt ſcientia ſacræ ſcripturæ, quæ ſagittæ potentis, ſcilicet Chriſti ſunt & acutiſſimæ: vt ad Hebræ. Sermo Dei penetrabilior omni gladio acuto. Et quia huiuſmodi ſententiæ ſacræ ſcripturæ non ſolum penetrant ad modum ſagittæ ſeu gladij, ſed etiam vt ignis, iuxta illud Ierem. Nonne verbum meum ſicut ignis, dicit dominus. ideo ſubdit: Cum carbonibus deſolatorijs. Vel poteſt referri hæc reſponſio cum dicitur: Sagittæ potentis, ad deſtructionem eorum futuram ante aduentum Chriſti, ſecundum quam quarta beſtia à Daniele viſa cum cornibus ſuis penitus deſtruetur: inter quæ cornua poteſtas tyrannica Saracenorum includitur, prout declaratur in additione ſuper Danielem ſeptimo. Conſequenter quarto præuidens propheta hanc turbationem eſſe valde diuturnam. Excedit enim in temporis duratione cæteras turbationes, quas paſſi ſunt fideles tam in antiquo teſtamento quam in nouo. A tempore enim ortus ſui vſque hodie fluxerunt plus quam 900. anni, & adhuc eſt in magna valetudine: vnde meritò Pſalmiſta de tam longiſſima diuturnitate huius turbationis plangendo dicit: Heu me, quoniam incolatus meus prolongatus eſt. Et nota quòd non dixit captiuatio mea, nec ſuppreſſio & huiuſmodi, ſed incolatus, ſeu peregrinatio ſecundum translationem Hieron. in quo denotatur, quòd populus fidelium non erat ab eis totaliter ſupprimendus, nec captiuandus: ſed quòd cum eis habebat conuerſari audiendo eorum doloſitates circa ea quę ſunt fidei: prout ſæpe contingit Chriſtianis in terris eorum ditioni ſubiectis commorantibus: quod eſt maximè moleſtum veris fidelibus. Etſi quæratur, qui ſunt illi cum quibus erat iſte incolatus, ſeu peregrinatio: hoc exprimit dicens: Habitaui cum habitantibus Cedar. Iſti enim propriè ſunt Agareni deſcendentes ab Iſmahel per Agar, vt dictum eſt: qui poſtea falsò nominantur Saraceni, quaſi per Saram liberam ab Abraham deſcendiſſent. Ex iſtis enim ſunt Arabes habitantes in tabernaculis Cedar, ſcilicet in tentorijs denigratis, de quibus Canticorum primo, b. Nigra ſum ſicut tabernacula Cedar. Conſequenter quintò vt amplius declararet, qualiter ſe habet eccleſia cum huiuſmodi habitantibus Cedar, ſubdit: Multum incola fuit anima mea, cum his qui oderunt pacem. Hic finitur verſus in Hebraico. & eſt ſenſus, quòd eccleſia ſe habet cum iſtis tanquam cum aduerſarijs, cum quibus non habet pacem: ſed tamen nec totaliter ab eis deuincitur, nec totaliter eos deuincit. Et iſta eſt propria comparatio fidelium ad Saracenos quo ad potentiam mundanam, quia vt communiter cum eis conuerſantur tanquam cum his qui oderunt pacem modo prædicto. Conſequenter ſextò vt oſtenderet, quòd defectus huius pacis non procedit ab eccleſia, ſed potius ab huiuſmodi habitantibus Cedar nolentibus recipere verbum veritatis, idcirco ſubdit: Eram pacificus. Cuius ſenſus eſt, quia eccleſia non dedit eis aliquam occaſionem impugnationis, niſi inquantum proponebat eis verbum fidei & veritatis: quod ipſi non poſſunt pacificè ſuſtinere. & ideo ſubdit: Cum loquebar illis, ſcilicet verba ſalutis, & pacis: Impugnabant me, ſcilicet non ſolum per linguam iniquam, ſeu doloſam: ſed etiam per potentiam inuaſiuam, quæ propriè dicitur impugnatio. & quia talis inuaſio eſt penitus irrationabilis, ideo cum dicit: Impugnabant me, ſubdit: Gratis, ideſt abſque cauſa rationabili.

*Alchoranus iactanter & legẽ & euãgeliũ obſeruari tradit.* — *Heb. 4. c* — *Iere. 23. f*

## GLO. ORDIN.

a *Canticum graduum. Caſ.* Secundus gradus petere diuinam defenſionem, cui nihil poſſe obuiare monſtratur. *Aug.* Cui enim de mundo exeunti pericula occurrunt, expoſcere debet diuinum auxilium. Congruè ergo qui ſuprà gemebat intra malorum inſidias, hic cõtra eas orat iuuari. Non eſt enim imparatus, & imprudens, ſicut ille paterfamilias, qui in euangelio neſcit, quando fur venturus ſit, & dormit. Et ideo ipſum ſubitò occupat hora furis, per quem ſignificantur illi qui præſumentes de cupiditatibus ſuis & delicijs huius ſeculi, diffluentes tument & eriguntur aduerſus humiles. Hi ſunt qui in diebus Noe nubunt, vxores ducunt, & ædificant. i. qui de his præſumunt, qui hæc Deo præferunt. Et ideo eos comprehendit hora furis. Sed filios lucis non comprehendit. quia ſemper vigilant, expectãtes dominum ſuum quando reuertatur. Talis eſt iſte, qui oculos ad Deum leuat. *Caſ.* Primò leuat oculos & orat: ſecundò quod orauit affirmat, oſtendens virtutem auxilij impetrati. Ibi dominus cuſtodit.

*Super pſal. 120. Enar. pſal. 120. ſ. 8.* — *† ad Luc. 12. e* — *Luc. 17. e* — *Diuiſio.*

a ¶Ideſt canticum aſcenſionis: Aſcendere eſt in Deũ proficere profectus ergo gradus eſt.

a Canticum graduum CXX.

¶Interiores.

b Leuaui oculos meos † in a

a ¶Aug. Qui prius illuminati ſole iuſtitiæ, per quos apertæ ſcripturæ. ¶Spirituales ideſt ſanctos.
b ¶Quia de ſcripturis in hac vita habemus auxilium.

montes, vnde veniet auxilium b

a ¶Sed non de illis præſumendum, imo de domino: quia & hi de plenitudine eius accipiunt: In quos tamen niſi leues oculos per ſcripturas, non amoueberis, vt ab illo illumineris. Illi miniſtri, Deus autem autor illuminationis. Qui eſt lux vera quæ illuminat omnem hominem &c.

mihi. Auxilium meum à do- d

mino, qui fecit cœlum & terram.

## GLO. ORD. PSAL. CXX.

Leuaui oculos meos in montes. *Caſ.* Qui quaſi inclinatus clamauit, iam reſpirans oculos ad interceſſores ſanctos leuat.

a Non

## NIC. DE LY. CAP. CXX.

Leuaui ocu. meos. *Titulus huius pſal. eſt, Canticũ grad uũ. de quo dicendũ eſt, ſicut in pſal. præcedenti. De materia verò huius pſal. vr̃ mihi, ſal. meliori iud. qđ ſicut precedens eſt oratio alicuius ſancti ſpiritũ Dei habentis pro reditu populi Iſrael de Babylonica captiuitate, ſic pſal. iſte eſt oratio pro bono ſtatu populi de captiuitate reuerſi: de quo hr̃. 1. Eſd. Dicit igit̃ Pſal. in populi perſona:*
a Leuaui ocu. &c. *hoc eſt ad Deũ, & ciues cæleſtes, qui dicunt̃ montes, infrà pſal. 124. Mõtes ĩ circuitu eius. i. angeli, vt expo. Aug.*
c Vnde ve. &c. *Diuina. n. adiutoria hominibus præſtita cõiter p angelos adminiſtrãtur: principaliter tñ ſunt à Deo. pp qđ ſubditur:*
d Auxi. meũ à do. &c. *& nõ ab idolis, quæ nullam habent virtutem, nec ab angelis ſanctis niſi miniſterialiter tantum, vt dictum eſt. quia non ſunt creatores cæli & terræ. Conſequenter Pſalmiſta conuertit ſermonem ſuum ad populum Iſrael, dicens:*

GLO. — a Non

## MORALITER.

a *Leuaui oculos meos &c.* Iſte pſalmus eſt oratio alicuius viri ſancti pro bono ſtatu populi de peccato per pœnitentiam reuerſi, dicentis: Leuaui oculos meos &c. ſ. cordis & corporis.
b *In montes &c.* ideſt ad Deum & ciues cœleſtes.
c *Vnde veniet auxilium &c.* me pręſeruans & populum à recidiuo peccati. ideo ſubditur: Auxilium meum à domino.

a Non



a *Non det &c.* Lætus iſte. ſ. vir iuſtus de tali auxilio ſibijpſi loquitur.
b *In commotionem.* Ad proficiendum non mouet pedem niſi charitas. Ad cadendum, ſuperbia.
c *Neque dormit. Aug.* Si dormit in te fides, dormit in te Chriſtus. *Caſ.* Neq; dormi. Dicitur hoc humana conſuetudine, vt qñ feſſus cuſtos dormitat, furtum patitur.
d *Ecce non dor.* Ad hoc. n. ꝙ dixit: Nõ dormit, refert non dormitabit. Ad aliud verò ꝙ dixit: Non det in cõmotionem: refert, neq; dormiet. *Aug.* Ecce non dormitabit. Dormirat Chriſtus, qñ in fide tepeſcimus: talis nobis quales nos ei: dormitat mortalis, dormiuit moriens, qđ non iam Chriſtus. Ipſe eſt ergo qui vigilat, & nunquam dormit. vnde dr̃ in Iere. Quid vides? Et ait, virgam vigiliarum ego video: quia vigilo ego ſuper populũ meũ, dicit dñs. Et dr̃ hoc à ſimilitudine virgæ quã tenet fur, vt poma vel veſtimenta alterius rapiat. Si dormierit ille, fur cum virga vigilat. Si autẽ vigilat ille, fur dormit non rapit. Similiter ſi homo cuſtodit veſtimenta ſua. i. bona opera ne nudus ambulet in via, Chriſtus dormit. i. non punit. Si verò dormit homo, Chriſtus vigilat. i. corripit. Hic eſt cuſtos, de quo in Eſa. Ad me clamat ex Seir. Cuſtos quid de noc. & dixit cuſtos: Venit mane, & nox. Si quæritis quærite, conuertimini & venite. Hic ergo nõ dormi. neq; dor. Sed ne adhuc putes hoc de aliquo homine, ſubdit: Dominus cuſtodit.

a ¶Vt ergo firmus ſis in gradibus. b ¶Vt cadas per ſuperbiam. ¶Vt non moueatur, elige cuſtodem qui non dormit. c ¶Cogitationem.

a b Non † det in cõmotionem pedem a

a ¶Aug. Non ſinat pigritari.

c tuum, neq; † dormitet qui cuſto- b

a ¶Quis eſt cuſtos qui non dormit? Ecce.
b ¶Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.

d dit te. Ecce non dormitabit neq; c

a ¶Chriſtus qui cuſtodit primo per fidem, poſt videntes per ſpeciem.

e f dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Do- d

a ¶Quomodo?

minus cuſtodit te, dominus † pro- e

a ¶Ideſt fidem qua fiunt filij, vt non ſinat tentari ſupra quam poſſunt. ¶Vel ę. ¶Vel ę.

tectio tua, ſuper manũ dexterã tuã. f

a ¶Et ſic. Non errabis in diuinitate ſiue in Dei ſapientia.
b ¶Ideſt non ſcandalizaberis in eccleſia vel in carne Chriſti.

g Per diem ſol non vret te, neq; luna g h

a ¶Quare non vret? vel vt breuiter concludam.

h per noctem. Dominus cuſtodit i

a ¶A ſcandalis in ſole & luna & a perſecutoribus.
b ¶Ne cedat. c ¶Aug. Si corpus occidatur, quia martyres occidi queunt, ſeſti nequeunt.

te ab omni malo, cuſtodiat ani- k

a ¶Et. Aug. quando tentamur intramus. quando vincimus eximus. ¶Vnde. Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.

mam tuam dominus. Dominus l

cuſtodiat introitũ tuum & exitum

a ¶Inſtanti, quia & nunc facit cũ tentatione prouentũ.

tuũ, ex hoc nunc & vſq; in ſeculũ. m

e *Qui cuſto. Iſrael. Aug.* Qui non poteſt videre faciem, videat poſteriora cum tranſierit: Pertranſiuit autem Chriſtus per paſſionem à morte ad vitam: Qui tranſitus Hebraicè dr̃ Paſcha. Paſcha putatur Græcũ quaſi paſſio: ſed verè Hebræum eſt. i. trãſitus. In hoc voluit Chriſtus videri. i. credi, non modo in eo ꝙ mortuus, vt iniqui credũt, ſed ꝙ ſurrexit. Primum eſt: In principio erat verbum: poſterius, verbum caro factum eſt. Qui ergo credit ꝙ paſſus eſt, & ꝙ reſurrexit, Iſrael eſt: & huic non dormit Chriſtus.
f *Dominus cuſtodit. Caſ.* Secũda pars, vbi qđ orauerat, affirmat. Et quaſi quis quæreret. Quis eſt ille cuſtos? ſubdit: Dñs cuſtodit &c. *Aug.* Non ſine cauſa eſt, ꝙ non ſimpliciter dicit protegit te, vel dexterã tuã, vel manum dexteram tuam: ſed tranſitiuè ait manũ dexteræ. Et non ait ſiniſtrę. Siniſtra eſt quicquid temporaliter habemus, qđ & à Deo, dextera eſt æternũ. Illa eſt conſolatio, hæc beatitudo. ſecundum illud: Leua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexa. me. Et in Prouer. Longitudo dierum: & anni vitę in dextera eius, & in ſiniſtra eius diuitiæ & honor. Dextera ergo Dei æterna felicitas. Siniſtra mũdana quæ & à Deo. Ideoq; ad dexteram locandi, qui æterna quæſierunt: ad ſiniſtram qui terrena. Sed quidam errantes hoc alternant. Sicut illi qui dixerunt: Beatum populum, cui hæc temporalia ſunt. Cõtra quos dominus dicit: Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, ideſt pro terrenis bona ne facias: ſed pro æternis neſciat, ne ſaltẽ ſe admiſceat. Super manum dexteræ. i. ſuper poteſtatẽ quam tibi Deus dedit: vt ſis ad dexteram, vt ſis filius, ſecũdum illud: Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, &c. quæ poteſtas eſt per fidem. Sed non valet, niſi Deus protegat. Sed quare oportet vt protegat? propter ſcandala quæ ſunt de duobus: quia & duo ſunt præcepta in quibus lex & prophetæ: Dilectio Dei ſcilicet & proximi.
g *Per diem ſol nõ vret te, &c. Aug.* Deus eſt ſol. Dies ſapientia. Luna eccleſia. Nox caro Chriſti. Qui ergo errat in Deo, à ſole vritur, & per diem: quia in ipſa ſapientia errat de qua dicitur: Dies diei eructat verbum, ideſt perfecti, ſapientiam perfectis. Nox verò nocti indicat ſcientiam, ideſt paruulis prædicatur humilitas Chriſti. Et non relinquuntur in nocte. i. carnis humilitate: ſed ad altiora diuinitatis prouehuntur: quia lucet & luna in nocte, ideſt per carnẽ Chriſti prædicatur veritas eccleſiæ, quia caro ipſa Chriſti caput eſt eccleſiæ. Qui ergo in eccleſia, & in carne Chriſti ſcãdalizatur, à luna vritur. Vel, dominus eſt protector ſuper manum dexteram, ideſt bonam operationem proteget. Et non ſolum operationem proteget, ſed & te intus vt ſol. i. Chriſtus non ſcandalizet te in cognitione deitatis ſuæ, vel humilitatis ſuæ, ſiue vnitatis eccleſiæ. Vel luna, ideſt eccleſia non permittet vri nocte tribulationis. *Hiero.* Vel per diem accipiuntur proſpera: per ſolem elatio quæ ex proſperis venit ad noctem aduerſa: per lunam depreſſio, quę ex aduerſis aliquando prouenit. Et eſt: Sol non vret te per diem. i. non vreris elatione proſperitatis. Neq; luna per noctem. i. non depreſſione aduerſitatis ſuccumbes. Et hoc eſt dictum à ſimilitudine beneficij collati antiquo populo. Quia vt olim in columna nubis & ignis præcedebat Iudęos: ita nunc in proſperis & in aduerſis nos ſeruat.
h *Domi. cuſtodiat introitum tuum.* Cuncta cõcludit, bonis initijs bonos exitus adiungat. *Aug.* Dñs cuſtodiat introitum tuũ. Intrantes cuſtodit, vt ſana fide intremus, & humiles, ne vẽto ſuperbię crepemus, & dũ nõ ſinit tentari ſupra vires. Exitum verò cuſtodit ex hoc nũc & vſq; in ſeculũ: qa cũ exierimus ab omni tentatione, iam in æternum nihil nocebit.

*Matt. 6. a* — *Ioh. 1. b* — *Matt. 22. d* — *† regunt in verbum, vritora* — *Pſal. 18. a* — *Exod. 13. d*

a Canticum

## NICOL. DE LYRA.

a Non det in commotionem. *i. non permittat amplius te duci in captiuitatem extra terram tuam.*
b Neque dormitet qui cuſtodit te. *ſ. Deus & angeli ſancti quibus cõmittit cuſtodiam fidelium, qui dicuntur ab hominibus dormire, quando ſubtrahunt ſuffragium: veruntamen ſecundum veritatem in eis nõ cadit ſomnus, qui eſt paſſio ſenſitiuæ partis: propter quod dicuntur vigiles, in Danie. In ſententia vigilum decretum eſt &c. ideo ſubditur: Ecce non dormi. neq; dormi. &c.*
d Dominus cuſtodit te. *Ab omni malo in bono.*
e Domi. prote. tua. *Contra malum tibi inferendum.*
f Super manum. *i. plus quam manus tua dextera poſſet te protegere & cuſtodire: & per manũ dexteram intelligitur oĩs poteſtas humana.*
g Per diem ſol non vret te. *non vrat te, quia Hebręi non habent optatiuum modum, ſed loco eius vtuntur futuro indicatiui modi. q. d. ardor ſolis non exurat te per diem, ſicut fecit in Babylonia, vbi cogebaris operari in agris in feruore diei, ſicut coguntur ſerui.*
h Neque luna. *i. gelu in hyeme, quod maximè intenditur de nocte, quando aer eſt depuratus à nebulis, & luna lucet clarè: propter quod dicebat Iacob: Die noctuq; æſtu vrgebar & gelu.*
i Dominus cuſtodit te. *i. potẽs eſt te cuſtodire à malo culpæ & penę.*
k Cuſtodiat ani. tuam do. *i. vitam tuam corporalem & ſpiritualem.*
l Do. cu. in. tu. &c. *i. dirigat te in oĩbus operibus tuis à prin. vſq; in fi.*
m Ex hoc nunc & vſq; in ſeculum, *ideſt ſemper.*

*Gen. 31. f*

## MORALITER.

a *Non det in commotionem pedem tuum.* ideſt nõ permittat affectionem tuam mutari de bono in malum.
b *Neque dormitet qui cuſtodit te.* ideſt non ceſſet te cuſtodire. Deus enim & angeli nunquam dormiunt: ſed dormire dicuntur, quando non auxiliantur, ſicut dixit Elias deriſoriè ſacerdotibus Baal: Clamate voce maiore: Deus enim veſter dormit. ideo ſubditur:
c *Ecce non dormitabit neque dormiet &c.* i. ab auxilio nõ ceſſabit.
g *Per diem ſol non vret te &c.* i. æſtus cupiditatis non nocebit tibi tẽpore proſperitatis, Pſal. 61. Diuitię ſi affluãt, nolite cor apponere.
h *Neque luna per noctem &c.* ideſt mutabilitas à bono tempore aduerſitatis.
l *Dominus cuſtodiat introitum tuum, &c.* ſcilicet in boni inchoatione & eius conſummatione.

*3. Reg. 18. e* — *Pſal. 61. b*

*In pſal. 120. Leuaui oculos meos.*

## ADDITIO.

Sicut pſalmus præcedens propriè poſſet exponi in perſona eccleſiæ tribulatæ ab habitantibus Cedar, vt ſupra dictum eſt: In cuius fine concluditur, quòd ipſi aduerſarij eccleſiam impugnant gratis, ſcilicet ſine cauſa rationabili: ſic pſalmus præſens videtur exponendus in perſona eccleſiæ ſic impugnatæ petentis à Deo, & non ab aliqua creatura quantumcunque excelſa adiutorium. Circa quod ſex facit: Nam primò dirigens oculos mentis ad ſuperiora ad quærendum auxilium, ſeu protectionem ab huiuſmodi impugnantibus, dicit: Leuaui oculos meos in montes, id eſt ad ſublimes poteſtates, in quibus diuina poteſtas maximè relucet. Quid autem quærat in huiuſmodi leuatione oculorum



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E oculorum ſubdit dicens: Vnde veniet auxilium mihi. Et quia hoc auxilium eſt expectandum à ſolo Deo principaliter, ideo ſubdit: Auxilium meum à domino. Et quia multæ ſunt creaturæ quæ dicuntur, ſeu poſſunt dici domini, ad excluſionem talium dicit: Qui fecit cœlum & terram, quod pertinet ad ſolum Deum. Conſequenter ſecundò Pſalmiſta præuidens, quòd eccleſia prædicto modo tribulata quantumcunque à prædictis aduerſarijs turbaretur nunquam tamen pateretur lapſum periculoſum ſaltem in vniuerſali. idcirco ſubdit per modum propheticæ orationis populo alloquens: Non det in commotionem pedem tuum. Caſus enim ruinoſus populi aſſimilat' in ſcripturis lapſui pedis. vnde in Deut, dicitur: In tempore, vt labatur pes eorum. Et cauſam huius protectionis dicit eſſe diuinam prouidentiam inceſſabiliter populum protegentem ad ſimilitudinem alicuius potentis viri, qui vigilanter cuſtodit atrium ſuum. Et de hoc dicit: Nec dormiet qui cuſtodit te. & etiam addit dicens: Ecce non dormitabit neq; dormiet, &c. quia homines quandoque, etſi non dormiunt per ſomnum profundum: dormitant tamen leniter, ſic vt per talem dormitationem ceſſet eorum prouidentia: quod excludit à cuſtodia diuina circa populum fidelium in hoc caſu dicens: Ecce non dormitabit &c. Conſequenter tertiò, quia iſta cuſtodia diuina ſe extendit etiam ad illa, in quibus prouidentia humana non conſueuit ſufficienter prouidere. ideo ſubdit: Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam. Pro quo ſciendum, quòd impugnantes, communiter partem ſiniſtram protegunt pluſquam dexteram: vtputa cum ſcuto inſuper protegente, & ſimilibus, quæ cõmuniter ſuprà ponuntur ad partem ſiniſtram & nõ ad dexteram, eò quod manus dextera non poteſt cooperiri ſcuto, vt ſit expeditior ad inuadendum, & ſic dextera manus indiget vlteriori protectione. propter quod dicit: Dominus protectio tua ſuper manum dexteram tuam, ſcilicet quòd manus dextera licet non cooperiatur ſcuto ſicut ſiniſtra, erit tamen à Deo protecta. Et iſta dicuntur metaphoricè, ad deſignandum excellentiam & diligentiam diuinæ cuſtodiæ. Conſequenter quartò dicit: Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem. Quod exponitur communiter ad literam de cuſtodia diuina, ab æſtu ſolis, & humectatione lunæ, quę nocent ſanitati corporis, cum in aliquo exceſſu contingunt. Sed vlterius hæc verba poſſunt intelligi de alijs influentijs cœleſtium corporum. Ad quod ſciendum, quòd Gentiles, & maximè Saraceni contra quos hic agitur, ſecundum expoſitionem prædictam, in principio ortus ſuæ ſectæ conſueuerunt aſpicere in iudicijs aſtrorum, & ſecundum ea dirigere bella ſua & alia facta publica, vt patet in geſtis eorum, quod etiam plures Gentiles facere conſueuerunt. vnde Eſa. Saluent te augures tui qui contemplantur ſydera, & ſupputabant menſes &c. Vnde ad remouendum hunc errorem Deuteronomij quarto legitur: Ne fortè oculis eleuatis ad cœlum videas ſolem & lunam & omnia aſtra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus. Et ad hanc intentionem reducenda videntur verba Pſalmiſtæ in hoc loco, quaſi diceret: taliter dominus cuſtodit te, quòd nullæ influentiæ cœleſtium corporum tibi nocebunt, inter quæ corpora cœleſtia ſol habet pleniorem poteſtatem de die, & luna de nocte. vnde infrà pſal. 135.b. Solem in poteſtate diei &c. Conſequenter quintò, vt omnia pericula particularia quaſi ſub clauſula generali comprehenderet ſubdit: Dominus cuſtodit te ab omni malo, ſcilicet corporali. & ſequitur: Cuſtodiat animam tuam dominus, ſcilicet à malo ſpirituali, quod propriè eſt in anima. Conſequenter ſexto ne ex dictis intelligeretur, quòd Deus cuſtodiret populum huiuſmodi ab omni malo, ſic quòd nunquam alicui eorum contingeret in particulari aliquod malum pœnæ ſeu culpæ, idcirco ſubdit: Dominus cuſtodit introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum. Cuius ſenſus eſt, quòd principalia ad populum Dei pertinentia ſemper à Deo cuſtodirentur. Introitus enim quod eſt principium viæ vel motus rei, eſt plus quam dimidium totius itineris ſecundum Philoſophum in primo Ethicorum. Exitus enim qui finis eſt habet rationem optimi, & ſic eccleſia propheticè dicitur cuſtodiri à Deo. Ex hoc nunc & vſque in ſeculum, eo modo quo dicitur in Matth. Ego autem vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.

Deut. 32. c

## GLOS. ORDIN.

Super pſal. 121.

a *Canticum graduum. Caſſiod.* Tertius gradus. Magnum gaudium in eccleſia, pura mente verſari atque dignè Deo in hac peregrinatione militare: vnde ſuſpiramus ad cœleſtem Ieruſalem ad quam duabus alis dilectionis leuamur. *Auguſtin.* Amor nanque qualiſcunque ſit, vacare non poteſt. Nam ſi terrenus eſt, animam ad concupiſcenda terrena inclinat. Si verò cœleſtis eſt, ad cœleſtia ſubleuat vel vehit, & ad ęterna inflammat. Obligata anima terreno amore viſcum habet in pennis, volare non poteſt: ſed amor ſanctus ad ſuperna leuat ad cœleſtem ſcilicet Ieruſalem.

B

Enar. pſal. 121.in.8.

†Iucunditas

a Canticum graduum CXXI.

a ¶Spem habui & gaudium.

b L† Ætatus ſum in his a

a ¶A Spirituſancto. ¶Caſſ. A prophetis, apoſtolis, qui priores viderunt patriam, & inuitant vt curramus ad eam.

quæ † dictâ ſunt mi-

a ¶Quæ ſunt illa? ꝙ ſcilicet. ¶Non manu factam.
q ¶Et cum hæc dicerentur. ¶Aug. Qui currit, ita cogitet quaſi iam ibi ſtet.

c hi: in domum dñi ibimus. Stan- b c

a ¶Hęc eſt domus domini.

d tes erant pedes noſtri, in † atrijs d

a ¶Cuius? ¶Non illius quæ ſeruit cum filijs ſuis, quæ corporeis parietibus erigitur, ſed. ¶Aug. Cuius Ieruſalem? non quæ prophetas occidit.
b ¶Hiero. Sed quæ ædifi. de viuis lapidibus.
c ¶Non ſaxorum mollibus, ſed quæ virtutum ſoliditate conſurgit, & ſanctorum ſocietate nuſquam diſſoluenda extruitur.

tuis Ieruſalem. Ieruſalem quæ ędi- e

## GLOS. ORDIN.
## PSAL. CXXI.

L*Ætatus ſum in his.* Primò gaudet ſe monitum ire ad Ieruſalem, vbi ſancti ſecuri, & cum domino iudicabunt. Secundò, aſcenſurus optat abundantiam pacis, ibi: Rogate quæ ad pacem &c.

c *Stantes erant pedes noſtri. Auguſt.* quia omnia ibi ſtant, nihil tranſit vel cadit. Ibi non pertranſit Belial. ibi non eſt macula in luna. Ibi Rachel non dolet vel timet. vnde alibi qui poſuit fines tuos pacem.

Matt. 2. c
Pſal. 147.

d *In atrijs tuis Ieruſalem &c. Caſſiod.* A parte totum: Atria introitus: hic de penetralibus accipiuntur.

a *Idipſum*

## NICOL. DE LYRA.
## PSAL. CXXI.

L*Ætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi. Titulus Canticum graduum. Et patet ſententia ex ſupradictis. De materia autem huius pſal. videtur mihi ſaluo meliori iudicio, quòd ſit oratio Dauid exultantis in domino de ædificatione ciuitatis & templi quam præuidit fiendam per Salomonem filium ſuum, ſicut dixit ei Nathan propheta de mandato domini: Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur exultatio pro huiuſmodi ædificatione, ſecũdò ſubditur deprecatio pro ædificij conſeruatione, ibi: Rogate. Circa primum dicitur:* H

a Lætatus ſum in his quæ dicta. *Per diuinam reuelationem factam Nathan prophetę. Et quæ ſint illa, ſubditur cum dicitur:*

b In domum domini ibimus. *vbi exprimitur templi ædificatio, quo ædificato populus ibat illuc in diebus ſolemnibus. Propter quod ſubditur:*

c Stantes erant pedes noſtri. *loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ. Et licet Dauid ante illud tempus mortuus fuerit: tamen connumerat ſe futuris hominibus, eò quòd erat pars populi & princeps. Sequitur:*

d In atrijs tuis Ieruſalem. *Erant enim ibi tria atria per Salomonem ædificata: ſcilicet atrium ſacerdotum, vbi erat altare holocauſti: & atrium mundorum, vbi orabant homines mundi: & atrium immundorum, vbi erant immundi.*

e Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas. *ſcilicet valde notabilis, ſicut de aliquo notabili clerico dicitur: Hic eſt clericus, ſcilicet per excellentiam. Et eodem modo dicitur hic.*

a Vt ciui.

## MORALITER.

a *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi &c.* Pſalmum iſtum facit Dauid exultans in ſpiritu, de hoc ꝙ ædificium ciuitatis & templi per Salomonem filium ſuum fiendum præuidit. Moraliter autem poteſt exponi de quolibet fideli in domino exultante de eccleſiæ ædificio ſpirituali. Sciendum autem, ꝙ vna eſt eccleſia duplicem habens ſtatum, ſ. militantem & triumphantem. Et primo agitur de triumphante tanquam de nobiliore, cum dicitur in perſona deuoti. Lætatus ſum in his &c. Et quæ ſint iſta ſubditur.

b *In domum domini ibimus.* Hoc enim dictum fuit beatis Petro & Paulo per reuelationem, vt habetur ex eorum epiſtolis, & etiam alijs pluribus ſanctis. Dicitur etiam per ſacram ſcripturam omnibus bonis Chriſtianis.

c *Stantes erant pedes noſtri.* ideſt affectiones noſtræ in appetitu Ieruſalem ſupernę.

e *Ieruſalem quæ ædificatur &c.* Sicut enim ciuitas materialis conſtituitur ex diuerſis ſtatibus hominum, ſic ſuperna Ieruſalem ex diſtinctis ordinibus angelorum & hominum ad eoſdem ordines aſſumptorum.

b In

b Ciuit



a *Idipſum. Aug.* Quod ſemper eodem modo eſt, non potuit expreſſius dicere. Stabilitatis ergo particeps eſt illa ciuitas, quod non eſt hic in aliqua creatura: Deus verò eſt in idipſum. qui ait: Ego ſum qui ſum.

A

b *Teſti. Iſ. Augu.* ideſt in quibus cognoſcitur, ꝙ verè ſunt Iſrael. Quando enim grana ſunt cum paleis, totum palea putatur: ſed cum ſeparabuntur, tunc erit teſtimonium Iſrael.

c *Sedes. Aug.* ideſt iuſti, in quibus Deus ſedet: & inde iudicat quicquid iudicat. vnde in libro Sapientiæ: Anima iuſti thronus eſt ſapientiæ: & hi ſedebunt cum Chriſto ſuper 12. ſedes, vt iudicent. Iudicabunt autem qui omnia reliquerunt Chriſtum ſequentes qui fiunt amici de mammona iniquitatis, vt recipiant dantes in æterna tabernacula. Et hæc eſt pax Ieruſalem dando, & accipiendo, vt opera miſericordiæ corporea iungantur operibus prædicationis. vnde: Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Et hæc eſt ęqualitas quam Paulus dicit, quia qui multum habuerit, non abũdauit: & qui modicum, non minorauit. Vnde conuertit verba ad iudices: O ſedes domini qui ſedetis, vt iudicetis, interrogate. Iudicum eſt interrogare iudicandos, quæ ad pacem ſunt Ieruſalem. i. opera miſericordiæ, quæ qui fecerunt ſumũtur ad Ieruſalem, alij non: quia iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecit miſericordiam. Caueant ergo ſibi omnes interrogandi.

d *Rogate. Caſ.* Secunda pars vbi loquitur ad iudices, optans eis abundantiam pacis, quam amore fratrum prędicauit.

e *Diligentibus. Aug.* Qui amat in alio bonum, quod ipſe non poteſt habere, imputatur ei quaſi haberet. vnde: Si charitas non habet quod det, det calicem aquæ, & tantum imputatur ei, quantum Zachæo multa. Impar facultas, ſed non impar charitas.

F

a ¶Ideſt ad ſimilitudinem ciuitatis. ¶Aug. Non eſt corporalis ciuitas, ſed ei ſimilis. b ¶Bonum quod fuerit ſingulorum, erit omnium.

ficatur vt ciuitas, † cuius participa- a b

a ¶Hic habent homines diuerſa bona & deficientia. b ¶Vnde ſcis ꝙ ibimus? ¶Quia.

a tio eius in idipſum. Illuc enim c

a ¶Ideſt aſcendunt. b ¶Non omnes: ſed quæ do.

aſcenderunt tribus tribus domi- d

a ¶Quæ ſunt domini? in quibus eſt te. ¶Ideſt qui ſe teſtantur Iſrael per bona opera. b ¶Quare aſcenderunt? ¶Vt ſuperbia de ſe præſumit, ita humilitas confitetur Deo.

b ni, teſtimonium Iſrael ad confi- e f

a ¶Vere ibimus in domum domini.

tendum nomini domini. † Quia g

a ¶Ideſt ſedebunt. ¶Quæ?

c illic ſederunt ſedes † in iudicio, ſe- h i

a ¶Familiam Chriſti cui dederunt cibum in tempore. b ¶Ergo. ¶O ſedes qui ſedebitis vt iudicetis. ¶Iudicans debet omnia rimari. ¶Interrogate iudicandos.

d des ſuper domum Dauid. Rogate k quæ ad pacem ſunt Ieruſalem,

a ¶Quæ ſunt ad pacem? ¶Ea per quæ. ¶In æternum. Hic omnes pauperes, & ibi diuites qui hic dederunt ſua. b ¶Sed quibus eſt abundantia.

e & abundantia † diligentibus te. l m

a ¶Et ò Ieruſalem. ¶Ideſt charitas. b ¶Per hanc virtutem & pacem fiat. c ¶In numero & præmio.

f Fiat pax † in virtute tua, et abun- n o

a ¶Et. Caſſi. Non propter me, ſed vt fratres & proximi vinculo vnitatis aſtringantur.

g dantia in turribus tuis. Propter p fratres meos & † proximos meos, q

a ¶Ideſt hic prædicabam. b ¶O Ieruſalem. c ¶Et. ¶Scilicet. ¶Non propter me, ſed propter eccleſiam, propter peregrinos, vt aſcendant.

h † loquebar pacem de te. Propter r s

a ¶Ideſt prædicaui de te bona.

domum domini Dei † noſtri, † quæ t

i ſiui bona tibi.

d Tri.do. *quia in populo Iſrael, in duodecim tribubus diuiſo, erat verus cultus domini, cæteris gentibus ad idololatriam declinantibus.* C

e Teſtimo. Iſrael. *ideſt ſecundum teſtimonium ipſius Iſrael, qui alio nomine vocatus eſt Iacob, qui teſtificando prædixit ædificationem templi futuram.*

f Ad confitendum no. domi. *confeſſione laudis & oblationis.* Gen. 28. d

g Quia illic ſederunt ſedes. *i. ſuper ſedes.*

h In iudicio. *ad determinandum caſus dubios in alijs ciuitatibus & locis contingentes, qui determinabantur per ſacerdotes & reges, ſecundum quod dicitur in Deuter. ideo ſubditur,*

† ꝗ coniuncta eſt ibi ipſi ſimul i. apprime vnita

Deut. 17. b

i Sedes. *Per domum Dauid intelliguntur reges ab eo deſcendentes.*

K Rogate. *Hic conſequenter ponitur deprecatio pro ciuitatis & templi conſeruatione, pro qua Pſalmiſta non ſolũ orat, ſed ad orandum alios inuitat. dicens: Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem. hoc eſt ad trãquillum ſtatum in ea habitantium.*

† Quoniã

l Et abundantia. *ſupple ſit bonorum temporalium & ſpiritualium.*

† ad iudicium.

m Diligentibus te. *quia eſt ciuitas ad Dei cultum electa, ita ꝙ Pſalmiſta verbum ſuum dirigit ad ciuitatem Ieruſalem.*

n Fiat pax in virtute tua. *ideſt fortitudo murorum & ædificiorum tuorum tanta ſit, ꝙ aduerſarij non poſſint perturbare pacem ciuitatis. vnde in tranſlatione Hier. habetur, Fiat pax in muris tuis. Et quia pax ciuitatis non conſeruatur ex muris tantum, ſed cũ hoc ex abundantia victualium & armorum, ideo ſubditur,*

† his qui diligunt te

o Et abun. in turribus tuis. *in quibus ſolẽt arma & victualia reponi.*

p Propter fratres meos. *i. propter Iudæos ratione, quos Pſalmiſta vocat fratres ſecundum modum conſuetum ſcripturæ.*

† ꝓpinquo

q Et proximos me. *i. conuerſos de Gentilitate ad Iudaiſmum, quia plures tales erant inter Iudæos in Iudaiſmo.*

r Loquebar pacem de te. *orando Deum pro tua pace. Tempore enim orationis homo fidelis cum Deo loquitur. & quia Pſalmiſta non ſolummodo deſiderabat pacem propter conuerſos & Iudæos, ſed principaliter propter cultum Dei, qui vigebat in Ieruſalem, ideo ſubditur,*

D
† mei
† quæram.

s Pro. domum do. Dei no. *i. propter templum diuino cultui deputatũ.*

t Quæ. bona tibi. *à Deo tibi impendenda per orationem meam.*

f *Fiat pax. Aug.* Charitas eſt virtus fortis vt mors, cui nihil reſiſtit cum venit, cum regibus & ignibus & alijs poſſit reſiſti: Quæ charitas & occidit quod fuimus, vt aliud ſimus. Occidit vt & viuificet. vnde Apoſtolus: Viuo ego iam non ego &c. Per hanc reguntur infirma à firmis, ideo: Fiat pax in virtute tua, Charitatis autem eſt, non noſtra, ſed quę aliorum ſunt quærere: ideo cum de charitate diceret, ſubdit: Propter fratres meos.

g *In turribus. Aug.* ideſt in excelſis tuis. Pauci ſunt iudices, ſed multi ad ſingulos pertinebunt, quos recipient in æterna tabernacula & tunc erit abundantia in turribus: Deus autem eſt tota eorum abundantia, tam recipientium quàm receptorum.

h *Propter domum domini Dei.* Vel ſic legas, vt hic verſus ſit expoſitio præcedentis. Quaſi loquebar pacem de te proptgr proximos & fratres ſcilicet: Quæſiui bona tibi propter domum domini Dei noſtri. Sententia horum verborum non mutatur.

i *Tibi.* O tu cęleſtis Ieruſalem, quia domus Dei es, & ita in hoc quod te diligo, Deum diligo.

## NIC. DE LYRA.

a Vt ciui. *ſcilicet valde excellens. In hoc exprimitur ædificatio ciuitatis quam fecit Salomon valde notabilem, claudens eam triplici muro, & ædificia valde ſolemnia faciens in ea.*

b Cuius participatio eius in idip. *ideſt cum ipſo templo: De cuius ędificatione præmiſſum eſt, quod fecit Salomon valde notabile. vnde dicit Domus quam ædificare cupio, magna eſt nimis & inclyta, & ad correſpondentiam nobilitatis templi ædificauit ciuitatem Ieruſalem valde notabilem, ideo de ea dicitur: Cuius participatio eius in idipſum. vnde in Hebræo habetur: Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, quæ aſſociatur ei ſimul, ideſt quæ aſſociatur templo prius ædificato in nobilitate & fama ædificij.*

c Illuc enim aſc. tribus. *ſcilicet duodecim.*

d Tri.

## MORALITER.

b *Cuius participatio eius in idipſum.* ideſt in idem et vnum: Deus enim eſt omnibus beatitudinis obiectum: plus tamen et minus participatum ſecundum diuerſitates meritorum.

c *Illuc enim aſcenderunt tribus.* non omnes.

d *Tribus domini.* i. ſancti patres veteris et noui teſtamenti.

e *Teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini domini.* Deus enim per miracula eorum gloriam teſtificatur, vt fidelis populus eos in eccleſia veneretur.

g *Quia illic ſe. ſedes.* ideſt ſedentes ſicut ciuitas aliquando ponitur pro ciuibus, vt cum dicitur: Tota ciuitas currit ad tale ſpectaculum.

h *In iudicio.* de agendis in mundo, Dan. In ſententia vigilum decretum eſt, et ſermo ſanctorum etc. Dan. 4. e

K *Rogate.* Hic agitur de ſtatu militantis eccleſiæ, in cuius perſona dicitur ciuibus eccleſiæ triumphantis. Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem. ideſt vos qui eſtis in Ieruſalem ſuperna, rogate dominũ pro pace Ieruſalem inferioris, quæ ſtat adhuc in pugna.

l *Et abundantia diligentibus te.* ideſt rogate etiam dominum, vt abundantia bonorum ſpiritualium detur nobis appetentibus eſſe vobiſcum.

n *Fiat pax in virtute tua.* ideſt ex precum veſtrarum virtute, fiat pax in eccleſia militante.

o *Et abundantia in turribus tuis.* ideſt abundantia bonorum ſpiritualium procuretur nobis per angelos cuſtodes. Qui dicuntur turres ueſtræ et noſtræ inquantum à nobis datæ ſunt ad defenſionem eccleſiæ. Et ſubditur reſponſio triumphantis eccleſiæ, cum dicitur,

p *Propter fratres meos & proximos meos.* ideſt propter ſanctos, qui ſunt adhuc in uia.

r *Lo. pacem de te.* Deum rogando pro tota eccleſia, cui datur pax pro ſanctis qui ſunt in ea, et ut diuinus cultus uigeat ibi. propter qđ ſubditur: Propter domum Dei noſtri quæſiui.

In

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E

*In pſal.121. Lætatus ſum.*

## ADDITIO.

¶ Ad declarationem huius pſalmi,& eius continuationem cũ præcedentibus conſiderandum eſt quòd poſtquàm Dauid habuit (2.Reg.7.a) quietem & aliqualem ſecuritatem ab hoſtibus exterioribus, conſiderauit de templo Dei ædificando, de quo locutus eſt Nathan (2.Reg.) propheta: vt ibi latius habetur. vnde pari forma poſtquam Dauid in pſalmo præcedenti fuit à Deo in perſona eccleſiæ propheticè ab hoſtibus finaliter ſecuratus, in hoc pſalmo agit de domo domini & eius ciuitate: vnde hic pſalmus duplicem ſenſum literalem videtur habere. Vnum ſcilicet minus principalem & imperfectum, in quo agit de eccleſia militante per Ieruſalem materialem figurata, & alium magis principalem, & perfectum, in (Gal.4.d) quo agit de Ieruſalem quæ ſurſum eſt, mater noſtra, Galat.4. d Qui quidem ſenſus duplex literalis quomodo intelligatur, habetur à poſtillatore in tertia regula exponendi ſacram ſcripturam in ſecundo prologo ſuper Geneſim. Et ſic quodammodo intellexerunt hunc pſalmum præcipui,& antiqui Hebræorum,exponentes illum verſum ſcilicet: Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participa. &c. de correſpondentia vtriuſque Ieruſalem prædictæ. Vnde Pſalmiſta in hoc pſalmo ſeptem facit.

Primò enim in perſona eccleſiæ quaſi ſecuratus de cuſtodia diuina: vt in fine pſalmi præcedentis ad vlteriora ſe extendit,ſcilicet ad conſiderandum de lætitia ſpirituali quæ in eccleſia cœleſti iam ſedatis tribulationibus habetur. & de hoc dicit: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, ſcilicet per reuelationem diuinam in ſcripturis contentam. Et quæ ſint illa dicta, ſubdit dicens: In domum domini ibimus, ſcilicet in eccleſia ſuperiori,vbi æternaliter erimus. iuxta illud: Vt inhabitem in domo domini in longi- (Pſal.22.b) tudine dierum.

Conſequenter ſecundò: vt oſtendat, quod non ſolum lætabatur ex hoc, quòd tendebat ſeu ibat in domum domini: ſed quia quodam modo ibidem iam exiſtebat ſaltem in ſpe. ideo ſubdit: Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Ieruſalem. vbi notanter dixit. Stantes erant, per modum præteriti imperfecti. & non dixit: Stantes fuerunt neque ſunt. ad deſignandum,quod in hac vita habetur inchoatio tantum exiſtentiæ in illa domo domini, non tamen perfecta ſtatio nec omnimoda carentia illius.

Conſequenter tertiò declarat quę ſit iſta Ieruſalem inuiſibilis &
F immaterialis, quam vocat domum domini,de qua hic loquitur,& hoc per modum cuiuſdam ſimilitudinariæ proportionis, dicens: Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipſum. Ad quod ſciendum, quod antiqui Hebræorum, & etiam multi moderni, vt Rab. Sa. & alij ex hoc verſu intelligunt quòd Ieruſalem cum templo ſuo materialiter ſumpta, correſpondet Ieruſalem cœleſti in ſitu, ita quòd in loco ſummi cœli ſuprapoſito Zenith capitis Ieruſalem materialis, illic eſt cœleſtis Ieruſalem, vbi Deus videtur à ſanctis ſuis. Et licet iſta ſic corporaliter & materialiter intellecta, aliena ſint à veritate, cum cœlum empyreum vbi ſancti angeli, & animæ ſanctorum glorioſè exiſtant, non reſtringitur ad certum locum illius empyrei, vniuerſos orbes corporales continentis, cum in principio creationis rerum totum fuit repletum angelis, vt habetur in ſecundo ſententiarum diſtinct.2. Eſt tamen verum, quod Ieruſalem mate- (Magiſter 2. ſent.diſt.2.) rialis cum cultus diuinus ibi vigeret, fuit figura eccleſiæ mili- (Dion. de eccle. Hierar.) tantis: & ipſa eccleſia militans ſecundum Dionyſium de eccleſiaſtica hierarchia, eſt figura cœleſtis eccleſiæ; & hoc eſt quod dicit Pſalmiſta: Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas, &c. Cuius ſenſus eſt: Hæc Ieruſalem materialis & viſibilis, ſcilicet quæ ædificatur, eſt ſupple, vt ciuitas, ad ſimilitudinem ciuitatis. Cuius participatio eſt in idipſum, ſcilicet in Deum, cuius eſt domus, inquantum ibidem plenè participatur. Quæ quidem Ieruſalem ſecundo loco hic intellecta, poteſt intelligi de eccleſia militante, in qua Deus participatur per gratiam, licet imperfectè: vel altius de eccleſia triumphante, in qua Deus participatur plenè per gloriam. Et vterque ſenſus verus & conſonus literæ: licet ſecundus ſenſus eſt potior, inquantum perfectiorem participationem includit.

Conſequenter quartò oſtendit in quibus Ieruſalem illa materialis correſpondet proportionabiliter militanti, & etiam eccleſia militans cœleſti. Et ſunt duo principaliter: Quorum primum pertinet ad cultum Dei: Secundum verò ad directionem proximi. De primo autem dicit: Illic enim aſcenderunt tribus tribus domini. Illud enim propriè pertinet ad cultum Dei, quod ad proteſtationem veræ fidei & confeſſionem diuinæ laudis pertinet: Quæ quidem teſtificabantur, ſeu proteſtabantur tribus Iſrael, aſcendentes ter in anno ad Ieruſalem materialem, vt Exod. (Exo.23.d) 23. vt ibidem offerrent ſacrificia laudis in teſtimonium diuinæ excellentiæ, quod erat ſingulare in illa ciuitate Ieruſalem materiali, cum aliæ ciuitates gentium pro tunc idololatrarent, & hoc eſt quod dicit: Illic aſcenderunt tribus tribus &c. Teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini domini. Qui quidem cultus præcipuè viget in eccleſia militanti, vbi tribus domini ſcilicet fideles quotidie aſcendunt per gradus virtutum ad teſtimonium fidei expreſſius exhibendum & offerendum confeſſionem laudis. Perfectius autem iſte cultus viget in Ieruſalem cœleſti, ad quam aſcendunt ſoli electi, qui ſunt verè tribus domini, & teſtificantur Dei excellentiam perfectè per claram eius viſionem. vnde Iohan. Quod vidimus, teſtamur. Similiter & confitentur nomini domini, per plenam & aſſiduam confeſſionem laudis, vt ſuprà in pſalmo, Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. De ſecundo autem dicit: Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: In Ieruſalem enim materiali determinabantur quæcunque quæſtiones, & dubia in lege diuina exorta, prout dicitur in poſtilla: quod maximè pertinet ad directionem proximi: & de hoc ſubdit: Illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum Dauid. Quod præcipuè viget in eccleſia militante, vbi cauſæ pertinentes ad fidem, & operationem fidelium determinantur vniuerſaliter, & principaliter per ſummos pontifices, vt in canonibus cuius ſummi pontificis autoritas fundatur ſuper domum Dauid, ſcilicet ſupra Chriſtum dicentem Petro: Paſce oues meas. Dicitur tamen in plurali ſedes, cum ſit tantum vna principalis: quia per ſucceſſionem ſunt multi ſedentes in prima ſede Petri. Vel etiam propter ſedes particulares cathedralium eccleſiarum, quæ etiam ſunt in iudicio eccleſiaſtico poſitæ, & fundatæ ſuper domum Dauid, ſcilicet per autoritatem Chriſti, cui ſedes Dauid pertinet. vnde Lucas. Dabit ei dominus Deus ſedem Dauid patris eius &c. à quo omnis poteſtas eccleſiaſtica deriuatur. Ad eccleſiam autem triumphantem hoc maximè pertinet, & præcipuè in iudicio finali: vnde ſaluator ait apoſtolis: Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Vbi per duodecim ſedes, intelligitur perfectio tribunalis, ſcilicet vniuerſitas iudicantium, qui ſunt omnes perfecti, ſicut per duodecim tribus vniuerſitas iudicandorum, vt in 4. diſtinctio. 47. Et ſic manifeſtum eſt, quod hæc ſecunda præeminentia Ieruſalem materialis circa iudicanda perfectius pertinet ad eccleſiam militantem: peramplius etiam & perfectius ad Ieruſalem ſuperiorem, cuius participatio plena eſt in idipſum, vt dictum eſt.

Conſequenter quintò conſiderans Pſalmiſta, quòd ad Ieruſalem illam de qua lætabatur in eundo ad illam, vt in primo verſu: Et in cuius atrijs iam quodammodo erant ſtantes pedes ſui & fratrum per ſpem, vt in ſecundo verſu dictum fuit, non poterat habere acceſſum niſi per veram charitatem, ex qua pax perfecta cœleſtis attingitur, idcirco hortatur fratres ad
H orandum ſeu petendum charitatem illam quæ à ſolo Deo infunditur ſeu datur, iuxta illud ad Romanos. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis. Et de hoc dicit: Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem, id eſt petite vt illa, quæ ad pacem veram, quæ ad eundum ad Ieruſalem pertinet, habeatis. Et quæ ſint illa ſubdit, dicens: Et abundantia diligentibus te. Abundantia enim in hoc loco ſecundum literam Hebraicam, cui concordat gloſſa noſtra, eſt abundantia pacis, quæ in ſolis habentibus charitatem habetur. Impijs enim non eſt pax, ait Eſa. Abundantia igitur pacis eſt diligentibus te, ſcilicet te Deum.

Conſequenter ſextò ipſe Pſalmiſta petit à Deo illa quæ hortabatur alios, vt ea peterent. & de hoc dicit: Fiat pax in virtute tua, ſcilicet in charitate, quæ eſt virtus diuina per excellentiam, cum ſit maior cæteris virtutibus theologicis, vt ad Corint. & in hoc diſtinguitur pax vera quæ eſt circa appetitum veri boni, à pace apparente, quæ eſt circa appetitum boni apparentis tantum, quia prima pax procedit à charitate, quæ eſt virtus diuina tanquam effectus eius. Secunda verò procedit ab appetitu boni ſimulati tantum: quod quidem bonum appetendo, ſeu conſequendo non habetur pax, ſed potius bellum. vnde Sapientia. In magno viuentes inſcitiæ bello, tot & tanta mala pacem arbitrati ſunt. Et quia pax vera non æqualiter requiritur in omnibus aſcendentibus in Ieruſalem, de quibus dixerat in quarto verſu. Illic enim aſcenderunt tribus &c. ſed abundantius requiritur in his qui alijs præſident, de quibus dixerat in quarto verſu: Illic ſederunt ſedes in iudicio, idcirco ſubdit: Et abundantia in turribus tuis, ſcilicet abundantia iſtius veræ pacis ſit in turribus tuis, ſcilicet in his qui ſunt aliorum præpoſiti, ſicut turres perponuntur in cuſtodia muri.

Conſequenter ſeptimò conuertitur ad Ieruſalem cœleſtem de qua principaliter agit declarans duo bona pertinentia ad ipſam Ieruſalem: Quæ bona per prædictam orationem à Deo intendit impetrare: Quorum primum eſt, augmentum numeri ciuium cœleſtium. & de hoc dicit: Propter fratres meos, & proximos meos multiplicandos. Loquebar pacem de te. Secundum eſt integritas domus Dei, quæ per aſſiſtentiam omnium electorum in ea perficitur, & de hoc dicit: Propter domum domini Dei noſtri ſcilicet integrandam, quæſiui prædicta bona tibi.

☞ a Canticum



## GLO. ORDIN.

A

a *Canticum graduum. Caſ.* Quartus gradus, inter quaslibet anguſtias conſtanter de domino eſſe præſumendum, donec miſertus exaudiat. *Caſ.* qui ſupra ad montes, nunc ad Deum oculos leuat.

## GLOS. ORDINAR. PSAL. CXXII.

A*D te leuaui. Caſſi.* Primò vox tribulatorum Deum reſpicientium non ad alia patrocinia. Secũdo precatur miſericordiam contra inſultantes. *Aug.* Ad te leuaui. Quo leuaret, niſi quo aſcendens tendebat? Non ſe attendit iſte, vt ſuperbus, qui ſibi placet. Nam qui ſibi diſplicet, hic talis Deo placet. Et cui Deus placet, ipſe ſibi diſplicet. *Aug.* Leuaui. Aſcẽſus ergo eſt in affectu. Cęlum in iuſtitia. Deſiderio ergo bono leuamur ad cęlum, ſicut deſiderio malo ad ima præcipitamur. Non pluraliter, ſed ſingulariter, quaſi vnus homo loquitur, dicens: Ad te leuaui. per charitatem nanque multi vnus homo ſunt, qui à finibus terræ clamat. Et per eandem Chriſto vnimur, vt cum ipſo quaſi vnus Chriſtus ſimus, ſecundum quod ipſe dicit in euangelio: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cęlo, filius, hominis qui eſt in cęlo. Deſcendit quidem caput, aſcendit idem corpore. ſ. eccleſia veſtitus, quam ſibi exhibuit ſine macula, & ruga. Solus ergo aſcendit qui nobiſcum vnus eſt, & ſolus vnitas, ergo nos compaginat vni. Cum illo ergo aſcendit, qui cum illo vnus eſſe voluit. Per charitatem nobiſcum eſt in terra, per charitatem cũ
B illo ſumus in cęlo. Ille deorſum eſt compaſſione charitatis. Nos ſurſum ſpe charitatis. Omnes ergo in Chriſto ſumus vnus homo, qui non angitur de terrenis vt mali, ſed quia peregrinantur & deſiderat patriam.

c *Ecce ſicut ocu. Caſſi.* Seruus leuat oculos, in manus domini quando eget, vel quando vapulat, quia vtrunque in domini poteſtate.

d *Sicut oculi ancil. Aug.* ſeruus eſt populus. Dominus Chriſtus. Ancilla eccleſia. Domina Dei virtus, & Dei ſapientia. Etſi iam filij & amici per gratiam, ſerui tamen ſumus per creaturam; quia omnis creatura Deo ſeruit. *Caſ.* Dat ſimilitudinem de ſeruo & ancilla, domino & domina, ne fœmineus & debilior ſexus ſe exceptum putet.

e *Miſerere. Caſ.* Secunda pars, vbi precatur miſericordiam cõtra inſultantes. *Caſſiod.* Seruus qui vapulat, leuatis oculis ad Deum, erumpit in neceſſariam vocem: Miſerere.

f *Reple. ſumus.* vt cum dicitur: Quid credis inſane, vides quod credis? Reuerſus eſt ne aliquis ab inferis, & retulit tibi quid ibi agitur? Ecce quod ego amo, video & fruor.

☞ a *Canticum*

a Canticum graduum CXXII.

a ¶Aug. F dei & charitatis: vnde ſe mũdat, vt cęlum fiat.

b A*D te leuaui oculos meos, qui habitas in †cęlis. Ecce ſicut oculi a b c

a ¶Iuſtis. b Quomodo ſerua...

a ¶Qui iubentur cæli. ¶ Aug. Vt iubeant parcere; Per manum poteſtatem accipe. Boni attendunt & ſentiunt ſe cædi. Qui enim apponit ſcientiã, apponit dolorem: mali perdiderunt ſenſum doloris & eo ipſo grauius vapulant atq; cæduntur.

ſeruorũ, †in manibus dominorum
d ſuorum. Sicut oculi ancillæ in ma-

a ¶Aug. Omnium, etiam in proſperis: quia tota vita ſuper terram tentatio, tota plagæ. Clamãdum eſt ergo. Miſerere no. do.

nibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri d

a ¶Quare? ¶Etiam liberet ab omni tentatione & opprobrio.

ad dominum Deum noſtrũ donec

a ¶Aug. Hæ ſunt voces vapulantis.

e miſereatur noſtri. Miſerere noſtri e

a ¶ Geminat, quia corpus paſſionibus, anima opprobrijs laborat. b ¶ Abundant paſſiones in quibus deſpecti. ¶ Aug. Irridetur à tenente quod amat, qui ſperat non viſa.

dñe, miſerere noſtri: quia multum f

a Exaggerando ſubdit.

f †repleti ſumus deſpectione. Quia g

a ¶Deſpectione. ¶Nulla pars immunis.

†multum repleta eſt anima noſtra:

a ¶Caſ. Quia pauperes diuitibus. b ¶ Aug. Pecunia putata iuſtitia, eſt nequitia. Iuſtus autẽ dicit: Ægenus & pauper ego ſum. Pauper enim in corpore infirmo, pauper in iuſtitia, dum tentationi ſubeſt.

opprobrium † abundantibus, & h i

a ¶Caſ. Quia humiles ſumus.

deſpectio ſuperbis.

## NIC. DE LY. PSAL. CXXII. C

A*D te leuaui ocu. meos. *Titulus huius pſal. eſt: Canticum graduum. Cuius patet ſententia ex ſupradictis. Et videtur pſal. iſte eſſe oratio alicuius ſancti prophetæ pro liberatione populi Iſrael ab afflictione inducta per Antiochum illuſtrem, in qua populus mirabiliter fuit afflictus, & deſpectus: vt habetur primo Machabæo. & ſecundo, quod præuidens propheta dixit in perſona populi in illa afflictione futuri.* (1. & 2. Machab.)

a Ad te leu. ocu. meos. *cordis & corporis.* (Ibidem.)

b Qui habitas in cęlis. *Licet enim Deus ſit vbique per eſſentiam, præſentiam, & potentiam: tamen ſpeciali modo dicitur habitare in cælis, vbi facie ad faciem videtur à ſanctis. Populus enim poſitus in illa afflictione ſub Antiocho pro ſua liberatione pluries orauit Deum deuotè.* († cælo)

c Ecce ſicut oculi ſer. *Seruus enim & ancilla nihil habent niſi à domino & domina: & per conſequens filij ſeruorum tuorum totum auxilium ſuum expectant à domino patrum: & ancilla à domina ſua: & hoc modo populus in dicta tribulatione conſtitutus non videbat ſe poſſe liberari via humana: propter quod à Deo erat tota expectatio & ſpes ſua, ideo ſubditur,*

d Ita ocu. no. ad do. &c. do. mi. no. *liberando nos de perſecutione Antiochi.*

e Miſere. no. do. miſerere noſtri. *Ad hoc enim replicatur petitio vt oſtendatur in afflictionis intenſio, per quam ſit magis exaudibilis: Et ad hoc ſubditur, cum dicitur,*

f Quia multum repleti ſumus de. *quia Antiochus in templo poſuit abominandum idolum. Populum enim Iudaicum compellebat multum afflictiuè, & contemptiuè tranſire ad Gentilem ritum. ideo ſubditur,* (1. Mach.1.f)

g Quia multum repleta eſt ani. no. *i. vita noſtra, & ſupplendum eſt afflictione & contemptu. Et eſt modus loquendi dolentis, qui ex vehementia doloris truncat verba*
D *ſua: propter quod aliquid eſt ſupplendum ad habendum intellectum.*

h Opprobrium abundantibus. *i. Antiocho & eius exercitui, qui abũdabant diuitijs, eò quòd ſpoliauerant regnum Ægypti, & templum domini in Ieruſalem, & etiam ciuitatem.* (Ibidem.)

i Et deſpectio ſuperbis. *quia propter iſta erant valde elati in ſuperbia, intantum quod de Antiocho dicitur, quòd erat ita elatus acſi haberet pelagus ad ambulandum, & terram ad nauigandum.* (2. Mach.5.c)

¶ a Niſi

## MORALITER.

✲ a *Ad te leuaui oculos meos.* Iſte Pſalmus eſt oratio pro liberatione populi de perſecutione ſub Antiocho nobili, qui ſicut dixi, Daniel. 12. figura fuit Antichriſti: propter quod myſticè eſt oratio (Dan.11.e Myſticè.) ſanctorum pro liberatione fidelium ab Antichriſti perſecutione, qui potentiſſimus erit in terra, & ſuperbiſſimus: & tunc eccleſia erit in magna deſpectione: & ex dictis patet litera.

✲ a Niſi

*In pſal. 122. Ad te leuaui ocu. vbi dicitur in poſtil. Et videtur pſal. iſte.*

## ADDITIO.

¶ In afflictione inducta per Antiochum non ſolum opprobrium & deſpectionem paſſi ſunt Iſraelitici, ſed occiſiones & magnas prędas & ſtrages, ſimiliter & templi multiplicem prophanationem, vt patet in libris Machabæorum, vnde non propriè applicatur litera huius pſal. illi hiſtoriæ. Sed conuenientius & magis propriè poteſt intelligi in continuatione cum præcedenti in perſona eccleſiæ Chriſti, quæ etiam tempore tranquillitatis & pacis, de qua pace locutus fuerat in præcedenti pſal. vt dictum eſt, ſuſtinet opprobria & deſpectionem ab his etiam fidelibus qui abundant in ſeculo, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur. Similiter in poteſtatibus mundanis, tales enim communiter deſpiciunt bonos & deuotos. vnde in gloſſ. ſuper hunc pſal. dicitur: Irridetur enim à tenente quod amat, qui ſperat non viſa. & ei dicitur: Quid credis inſane, quid credis? reuerſus eſt aliquis ab inferis, & retulit tibi quid ibi agitur? Ecce quod ego amo video, & fruor. Hæc in glo. De hac igitur deſpectione & de huiuſmodi opprobrio, quod tempore tranquillitatis ſępe in eccleſia contingit Pſal. conqueritur in perſona iuſtorum eccleſiæ, dicens: Miſerere noſtri domine, quia multum repleti ſumus deſpectione. vnde ſi quæratur, à quibus deſpiciatur, ſubdit: Multum repleta eſt anima noſtra opprobrium abundantibus. i. ab abundantibus. Ad quem ſenſum litera faciliter applicatur. Nec requiritur, quod aliqua dictio de contentis in hoc pſalmo intelligatur, niſi in ſenſu literali, vt patet intuenti. Et nota quod ſupra in Cantico graduum quod incipit: Leuaui oculos meos in mon. Pſa. petit in perſona eccleſiæ auxilium à domino. In hoc verò pſalmo petit miſericordiam. Cuius ratio taliter poteſt aſſignari, quia in illo pſal. eccleſia innititur iuſtitiæ diuinæ, eò quòd tribulãtes eam. ſ. habitantes Cedar, de quibus ibi loquitur, manifeſtè ſunt contra Deum. Sed in hoc pſal. eccleſia potius innititur miſericordiæ diuinę, quia patitur ab his qui de gremio ſunt. ſ. Chriſtianis abũdãtibus & ſuperbis: vnde de rigore iuſtitiæ potius eſſet punienda eccleſia ſaltem in tẽporalibus pro talibus eius conciuibus, ſicut frequenter etiam iuſti puniuntur temporaliter cum ſuis conciuibus, ſicut patet in captiuitate Babylonica, in qua nonnulli iuſti fuerunt puniti, ſicut Ieremias, Daniel & huiuſmodi: & ideo pluries petit miſericordiam dicens: Miſerere noſtri domine, miſerere noſtri, &c. q. d. non puram iuſtitiam, ſed miſericordiam petimus.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

## GLO. ORDIN.

Sup.pſ.123. Enar. pſal. 123 cō.8. a *Canticum graduum. Caſſ.* Quintus gradus, vt liberati à periculis non ſibi, ſed domino tribuant. *Aug.* Cantāt hoc fideles, exultantes, quia euaſerunt, quod eſt in ſpe cantare, vel in re, ſi iam corpore exierunt: omnium tamen ſimul eſt cantus. *Caſ.* Aliquando vnum, aliquando plures inducit, vna tamen eſt eccleſia: quia in omnibus membris eſt vnitas, per quam multi homines, vnus homo. *Aug.* Hi, non dicto vnde euaſerunt, ſic cęperunt cantare: Tanta eſt exultatio, vt antequā exponant pericula, dicant ſe liberatos. Et per quem ſic: Niſi quia &c.

## GLOS. ORDINAR. PSAL. CXXIII.

Niſi quia. *Caſſiod.* Primò ſancti martyres memores quanta euaſerūt, ſoli miſericordiæ adſcribūt. Secundò gratias agunt ꝙ liberati, ibi: Benedictus.

c *Forte vi.* Viuunt, qui ſciunt idolum nihil eſſe. Mortui ſunt, qui illud putāt aliquid eſſe. Ergo mortui abſorbentur. qui putant malum faciendum quod faciunt. Viui autem qui quidē ſciunt malum eſſe quod faciunt, ſed perſecutione ſuperati in ſocietatem tranſeunt impiorum, & Deo huius vitæ dulcedinem præferunt, ſicut quidam qui timore mortis idolis ſacrificauerunt. *Aug.* Attende etiam, ꝙ Petrus. i. eccleſia abſorbet multos, ſed non viuos Cui dicitur: Macta & mā duca. Nullum enim manducat, ideſt membris inſerit, niſi mactatum. i. renuntiantem diabolo. Mactatur ergo in malo, ſed viuificatur in bono, qui manducatur à Petro. Econtra accidit illi quem deglutit diabolus.

d *Aqua. Aug.* Peccator, populus (& eſt à ſimilitudine Aegyptiorum) quæ aqua torrens fluit cum impetu, ſed citò tranſit. vnde ſubdit: Torrentem.

e *Forſitan. Aug.* Ponunt Latini, vt poſſunt pro Græco ἄρα dubitationis loco, quod intelligibilius dicitur, putas pertranſit anima noſtra? ideſt magnitudo periculi vix ſinit hoc credi.

(Margin: †abſorbuiſſent. Vbi ſupra. — † demerſiſſet — †tunc tranſiſſent ſuper animā meā aquę ſuperbæ. Ibidem. Act.10.b)

a Canticum graduum CXXIII.

a ¶Hoc. ſ. dicat. ¶Iam ſecuti hoc dicunt, reſpicientes quę paſſi ſunt quot tranſierūt, & quo venerūt.

Niſi quia dominus erat in nobis, dicāt nunc Iſrael: niſi quia dominus erat in nobis. Cum exurgerent homines in nos, † fortè uiuos † deglutiſſent nos. Cum iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua † abſorbuiſſet nos. † Torrentem pertrānſiuit anima noſtra: † forſitān pertrāſiſſet anima noſtra aquā intolerabilē. Benedictus dn̄s, qui nō dedit nos in captionē dentibus eorū. Animā noſtra ſicut paſſer erepta eſt, de laqueo venantium: Laqueus contritus eſt, & nos † liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine domini, qui fecit cœlum & terram.

(Interlinear: a ¶Q ia iam euaſit. — a ¶Perſequendo. ¶Alias, inſurgerent. — a ¶Quid ergo poſſunt contra dominum in nobis. b ¶In quibus Deus erat. c ¶Aug. Scientes malum & tamen facientes, vt qui thurificat, ſciens nihil eſſe idolum. — a ¶Et. ¶Vt ſupra vicit linguas doloſas. per verba Dei & exempla de morte viuificatorum, ſic ſi dominus adeſt vincit iam minantes, de quibus ait. — a ¶Sine ratione ¶Caſ. Ira & vindicta iudicio carent, vnde: Stultum occidit iracundis, & paruulum inuidia. b ¶Niſi quia dominus erat in nobis. — a ¶Ideſt more Ægyptiorum moreremur, non tranſiremus exemplo Iſraelitarum. b ¶Sed per dominum. ¶De quo & caput in via bibit. — a ¶Non hæſit, quia paſſus eſt, ſed reſurrexit & aſcendit: per quod & nobis tranſire dedit. — a ¶Sed forſitan pertran. & ſi dominus non in nobis: quod non eſt. ¶Vel ſijt. — a ¶Alias, ſine ſubſtantia, quia hæc non verè ſunt, ſed tranſeunt omnia, & in eis perdit prodigus ſubſtantiam, quam à patre accepit. b ¶Quia tranſiui. — a ¶Vel venationem. b ¶Quaſi more ferarum ſitientium ſanguinem noſtrum. — a ¶Non dedit, ſed potius. ¶Et ſi corpus paſſum. b ¶Aug. Quia incautè inſtabilis cecideꝛat. — a ¶Non capitur dulcedine præſentis vitæ. vnde ſequitur occiſio. b ¶Alias, muſcipula. — ¶Et iſta. — a ¶Qui ante hæſeramus in muſcipula. b ¶Quare contritus laqueus, & nos liberati? quia. — a ¶Contra quem nullus præualet. — ¶Omnia cœleſtia & terreſtria.)

f *Aquam intolerabilem.* aliàs *Aug.* ſine ſubſtantia, vt ſunt vitia & peccata & dulcedo huius vitæ quæ inopiam habent, nō ſubſtantiam: Egeſtatem habent non ſubſiſtentiam: quia hæc non verè ſunt, ſed tranſeunt omnia ſine fructu. Nam & qui peccando lucratur aurum, vel huiuſmodi, ſine ſubſtantia eſt: quia & hic fidem amittit, & in infernum deſcendens, hæc ſecū non portat. Malus ergo amiſit, vt minus lucraretur: pecuniam auxit, fidē neglexit, vel minuit vel extinxit. Abūdat neſcio quid in arca tua, ſed multò magis quiddam diminutum eſt in corde tuo. De arca gaudes, de corde non plangis. In hac aqua ſine ſubſtātia perdidit prodigus ille filius iunior ſubſtātiam quam accepit à patre. Et adhæſit vni ciuium regionis illius. i. diabolo, paſcens porcos. i. terrenis & immundis actibus delectatus, deſiderans manducare ſiliquas porcorum, quæ implent ventrem & non ſatiāt. Ita & peccata, etſi ad horā delectant, veram tamen ſatietatem non p̄ſtant. Hæc eſt ouis errabunda, quam pius paſtor in euangelio legitur quæſiſſe relictis nonaginta nouem in deſerto. Sed antequām reduceret, à longe eſt comminatus baculo Moſaicæ legis, vt ouicula ſe erraſſe cognoſceret, & vltrà errare pertimeſceret: atq; per ſe redire non valens, reductorē humiliter expectaret, & deſideraret, qui eā viuifica baptiſmi aqua lotam, ſiccata aqua ſine ſubſtantia, cōſortio angelico redderet, prodigumq; filium longa neceſſitate confectum ad patrem reduceret.

g *Benedictus domi. Caſ.* Secunda pars, vbi ſancti gratias agunt, ꝙ liberati, & ꝙ laqueus contritus.

h *Anima noſtra ſicut paſſer.* Vel, ſicut aliquo faciente ſtrepitum magnum, paſſer volat de muſcipula venantium: Sic anima noſtra, quæ antè vitæ dulcedine tenebatur, domino faciente ſtrepitum maximum gehennarum, eruta eſt de muſcipula. Vel ſicut paſſer vitat laqueum ſic ſancti dulcedinem præſentis aquæ, quæ eſt quaſi laqueus.

i *Venantium.* Venantes ſunt perſequentes, eſca in muſcipula, dulcedo huius vitæ.

## NICO. DE LYRA.

a Niſi quia do. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo: Cāticum graduum Dauid. & ſic apparet autor pſal. De materia autem eius videtur, quòd Dauid fecerit hunc pſal. gratias agens de ſua liberatione, & populi ſui à Philiſtæis aſcendentibus contra eum, quando eum audierunt eſſe inunctum in regem ſuper Iſrael, vt ſic Dauid occiderēt, & regnum eius deſtruerent: ſed fuerunt debellati virtute diuini auxilij. vt habetur.* 2.Reg.5.d *Et dixit dominus ad Dauid: Dabo tibi Philiſthijm in manu tua. Secundum hoc igitur Dauid inuitat populum ad Deum laudandum, dicens:*

b Dicat nunc Iſ. *ideſt populus Iſrael habita victoria de Philiſtæis.*

c Niſi quia. *per adiutorium ſpeciale, & replicatur hoc dicendo: Niſi quia &c. ad oſtendendum maiorem gratitudinem de auxilio diuino.*

d Cum exurgerent in. *i. Philiſthæi, vt prædictum eſt.*

e Forte vi. deglu. nos. *i. non potuiſſemus reſiſtere eorum impetui, ſicut nec illud quod deglutitur deglutienti.*

f Cum iraſcere. *Quia Philiſtæi venerunt contra Dauid, & populum eius cum magno furore & deſiderio eos deſtruendi, ideo ſubditur,*

g Forſitan aqua. *ſcilicet tribulationis, quæ per impetum aquæ deſignatur. Eſa. 8. b. Adducet dominus ſuper eos aquas fortes & multas, regem Aſſyriorum &c.* (Eſa.8.b)

h Abſorbuiſſet nos. *Includendo nos vndique, ſicut ille qui abſorbetur aqua, vndique circundatur ea, quaſi dicat non potuiſſemus aliqualiter euaſiſſe.*

i Torrentem pertran. ani. no. *In Hebræo & in tranſlatio. Hieron. habetur: Torrens tranſiſſet ſuper animam noſtram. & per torrentem intelligitur impetus Philiſthinorum, quo Dauid & populus fuiſſent obruti, niſi fuiſſent diuinitus ſaluati. & ideo cum dicitur hic: Torrentem pertranſiuit anima noſtra. Locutio eſt figuratiua, ſicut illud Poeticum: Perflauit fiſtula buccas. Et ſimiliter cum ſubditur,*

K Forſi. per. ani. no. aq. into. *Quia in Hebræo & in tranſla. Hier. habetur: Forſitan pertran. ſu. animam noſtram aquæ ſuperbiæ vel fortes. ideo ſubditur, pro gratiarum actione.*

l Benedictus do. *Minus dicit, & plus ſignat: quia non ſolum eos à Philiſthæis capi non permiſit, ſed etiam Philiſtæos eis ſubiecit. ideo ſubditur,*

m Anima noſtra ſicut paſ. de la. *Ideſt de inſidijs Philiſthinorum, & per quem modum ſubditur,*

a Laqueus

## MORALITER.

a *Niſi quia do. erat in no.* Pſalmum iſtum fecit Dauid pro liberatione ſua, & ſui exercitus à Philiſthæis eum quærentibus occidere, cum audiſſent eum vnctum eſſe regem ſuper Iſrael. Myſticè verò poteſt exponi de Chriſto & eius fidelibus, quorum nomen quæſierunt extinguere Iudæi poſt eius aſſumptionem à dextris Dei, vt habetur Act. 8. & 9. Et ſic in perſona eccleſiæ dicitur,

c *Niſi quia do.* ſ. per cuſtodiam ſpecialem.

d *Cum exurgerent ho.* ideſt Iudæi, qui dicuntur hic homines, ſicut ad Corin. Cum in vobis ſit zelus & contentio, nonne homines eſtis?

e *For. vi.* In perſecutione, quæ facta eſt beati Stephani tempore, de quo dicitur ꝙ ſtridebant dentibus in eum.

f *Cum iraſce. furor eorum.* Irrationabilis.

g *Forſitan aqua.* ſcilicet tribulationis.

h *Abſorbuiſſet nos.* Et eadem ſententia repetitur ad maiorem exaggerationem, cum dicitur,

i *Torrentem pertranſiuit &c.* Et quoniam ex hoc debetur Deo gratiarum actio, ſubditur: Benedictus dominus &c.

a Laqueus



a *Laqueus con. Caſ.* Occiſis martyribus non reſtat dulcedo vitæ, qua poſſint iterum capi: ſed ipſi non ſimul contriti ſunt, imò liberati.

b *Contritus. Caſ.* Q. Qui ferreus erat, nō ruptus. vt ſtupa, tanta fortitudo paſſionis, tanta potentia liberantis.

## NIC. DE LY.

a Laqueus contritus eſt. *quia exercitus Philiſthinorum à Dauid & populo ſuo fuit debellatus. Et quia hoc fuit virtute diuina, ſubditur,*

b Adiutorium no. in no. do. *q. d. non in nomine idolorum, quę nullam habent virtutem: quod ideo dicitur, quia Philiſtæi tunc fugientes reliquerunt idola ſua ad ſaluteni populi Philiſthinorum, & etiam ſui impotētia, quia Dauid & viri eius tulerunt ea.* (2.Reg.5.d)

## MORALITER.

a *Laqueus con. eſt.* i. per Romanos qui deſtruxerunt Iudæos.

b *Et nos li. ſu.* nā ante aduentu Romanorū in Iudæā, Chriſtiani qui erant ibi moniti angelice, tranſierūt in regnū Agrippæ, & ibi ſaluati fuerūt. ideo ſubditur, Adiu. no. in no.

*In pſal. 123. Niſi quia dominus, vbi dicitur in poſtilla. De materia autem eius.*

## ADDITIO.

dotes eius induam † ſalutari, & r

a ¶Iidem qui & ſacerdotes.

k ſancti eius † exultatione exultabũt. s

Dauid erat Deo acceptus. *Vſque enim ad illud tempus multi de populo tenebant contrarium propter adulterium cum Bethſabee, & homicidium Vriæ. Et ad declarandum: quòd illa peccata erant ſibi dimiſſa, fuit facta illa clauſio portarum & apertio, ſicut dictum fuit plenius 3. Regum & 2. Parali.* C
*3. Reg. 8. a 2. Para. 6. a*
b Iurauit domi. *Hic conſequenter agitur de promiſſione ſucceſſionis regni in prole Dauid. Et primò deſcribitur dicta promiſſio: Secundò, promiſſionis ratio, ibi: Quoniam elegit. Circa primum dicitur: Iurauit dominus Dauid. Id eſt ipſi Dauid. Veritatem. quia eſt veritas prima.*
†non auertetur ab ea
c Et non fruſtrabitur eum. *Denegãdo promiſſum, & quid ſit illud ſubditur:*
d De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. *Hoc enim ei promiſit per Nathan prophetam. Et hoc promiſſum primò fuit impletum in Salomone filio Dauid, qui in regno ei ſucceſſit, & multò perfectius in Chriſto deſcendente à Dauid ſecundũ carnem, cuius Salomon figura fuit, & in quo Dauid regni accepit perpetuitatem.*
*2. Reg. 7. a*
e Si cuſtodierint filij tui teſtamẽtũ meũ. *id eſt decem legis præcepta, quæ Deus protulit in monte Sinai.*
†Etiam
*Exo. 20. a*
f Et teſtimonia mea. *Quantùm ad alia mandata, quæ dominus dedit populo per Moyſen.*
g Et filij eorum vſ. *id eſt abſque temporis determinatione.*
†præelegit
h Sedebunt ſuper ſedem tuam. *Scilicet regni tui, & ita fuiſſet factum, ſi prædicta ſeruaſſent. Sed quia reges à Dauid deſcendentes multipliciter tranſgreſſi fuerunt legem diuinam, vt patet ex decurſu. 4. Regum & 2. Paral. ideo iſta ſucceſſio in dignitate regni, tempore Sedechiæ fuit interrupta.*
†deſiderauit concupiuit.
*4. Reg. per totum. 2. Paralip. per totum. 4. Reg. 25. a*
i Quoniam elegit. *Hic ponitur prædictæ promiſſionis ratio, quæ fuit deuotio ipſius Dauid ad diuinum cultum. Et ideo dominus voluit, quòd locus ſui cultus eſſet propè Dauid palatium. Et hoc eſt quòd dicitur: Quoniam elegit do. i. montem Sion, vt ibi ædificaretur templum ſuum. ideo ſubditur:*
†Eſcæ, cibo
D K Elegit eam in habitationem ſibi. *Licet enim Deus ſit vbique, dicebatur tamen ibi ſpecialiter habitare, eò quòd dabantur ibi diuina reſponſa de propitiatorio, quod dicebatur ſedes Dei. Electionem autem huius loci oſtendit Deus, quando Deus præcepit ipſi Dauid per Gad prophetam, vt extrueret ibi altare, & offerret hoſtias, & exaudiuit eum dominus in igne de cęlo deſcendente ſuper altare. Propter quod Dauid hoc videns dixit: Hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtum in Iſrael, &c. vt habetur ibidem.*
†40. di. c. 1.
†ſalute
*1. Par. 21. d*
*1. Par. 22. a*
l Hæc requies mea. *Quia arca domini inde non fuit ad aliud templum tranſlata.*
m Viduam eius bene. be. *i. perſonas habentes deuotionem ad hunc locum quantumcunque ſint parui ponderis in populo, in bonis ſpiritualibus & temporalibus multiplicabo.*
q Sacerdotes eius induam ſalutari. *id eſt ſaluabo eos vndique, ſicut indumentum circundat hominem circumquaque.*
r Et ſancti eius. *id eſt Leuitæ miniſtrantes ei deuotè.*
s Exultatione exultabunt. *id eſt exultatione mentis & corporis, non per diſſolutionem, ſed per deuotionem.*
a Illuc

## NICOLAVS DE LYRA.

a Non auertas faciem Chriſti tui. *Id eſt Salomonis de mandato tuo in regem vncti. Dicunt Hebræi, quod cùm ſacerdotes transferrent arcam ad templum Salomonis, portæ clauſerunt ſe contra eos, & cùm orarent dominum & cantarent pſalmum iſtum, quando venerunt ad verſum iſtum, portæ aperuerunt ſe, & ſic vidit omnis populus, quòd Dauid*

## MORALITER.

a *Non auer. fa.* i. non permittas eam auerti à ſalute populi.
b *Iurauit dominus.* Hic agitur de ſecundo. ſ. de bono ſucceſſore in eccleſiæ regimine, cum dicitur: Iurauit dominus. Per iuramẽtum enim domini factum Dauid, quòd filij ſui ſuccederent ſibi, ſignificatum fuit quòd Deus paratus eſt prouidere paſtoribus bonis de ſucceſſoribus in diſcipulis ſuis, ſicut beato Petro prouidit de ſancto Clemẽte: & beato Martino, de ſancto Bricio, & ſic de alijs pluribus, ideo ſubditur:
d *De fructu ventris tui &c.* id eſt de filijs tuis ſpiritualibus, nutritis tua doctrina. Et ſubditur ratio.
i *Quoniam ele. do.* i. prouidebit ſibi de bona cuſtodia.
m *Viduam eius.* i. ſexum muliebrem in eccleſiæ fide viuentem.
n *Benedicens be.* Dando eis meam gratiam.
o *Pauperes eius.* i. ſimplices credentes.
p *Saturabo.* Euchariſtiæ & ſacræ ſcripturæ in prædicationibus.
q *Sacerdotes eius.* id eſt gratia ſpiritusſancti.
r *Et ſancti eius exultatione exulta.* i. in domino gaudebunt.
Illuc

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Cornu. Aug.* Eccleſiæ altitudo ſpiritualis (quæ carnem excedit) Chriſtus, cui Ioh. lucerna paratur. vnde ſubdit: Paraui lucernam Chriſto meo. Hæc lucerna eſt Iohannes, qui illum oſtendēdo prædicat di. Hic eſt qui baptizat. Qui Iohannes præcurrens, Chriſtum nuntiat homines baptiſmo aſſuefaciens, viam preparat verbo. Ipſe eſt.n.ꝓco verbi paranymphus ſpōſi, lucerna Chriſti. Hinc eſt quòd in diebus priuatis vnus cereus ante Euangelium defertur: hic eſt Iohānes, qui Chriſtum præceſſit prædicando, baptizando. In feſtiuis diebus duo cerei precedunt, per quod ſignatur ꝙ bini & bini miſſi ſunt Apoſtoli ad prædicandū in Iudæam ante Chriſti mortem & reſurrectionem.

*Vbi ſuprà.* *Ioh. 1.f* † florebit *Ioh. 5.e*

b *Induam conf. Caſ.* Hoc faciet filius, cui oē iudiciū datum. Sed nota patrem, qui hic loquitur facere, quod filius facit.

a ¶Vel illic. ¶Ideo exul, quia. b ¶Alias, ſuſcitabo. c ¶Id eſt Chriſtum.

a Illuc producam cornu Dauid, parani lucernam Chriſto meo. Inimicos eius induā cōfuſione: ſuper ipm aūt † efflorebit †ſanctificatio mea.

a ¶Chriſti. b ¶Aug. Ipſe ſanctificat & nemo alius. In eo floret ad gloriam ſanctificatio. in homine qui ſ[illegible] eſt, non poſſet florere.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Illuc produ.co.Da. *i.dignitatem regiam ipſius prolongabo in filijs ſuis propter ipſum, ideo ſubditur:*

b Parauit lucer.chri.meo. *i.memoriam regni ipſi Dauid. vnde vbi agitur de tranſlatione. x. tribuum ad Ieroboam, dicitur de Roboam nepote Dauid: Filio autem eius dabo vnam tribum, ut remaneat lucerna Dauid ſeruo meo. &c. Et ſimile verbū dicitur de pluribus regibus à Dauid deſcendentibus, qui propter peccata ſua meruerant deſtructionem regni quod non fiebat, vt remaneret lucerna Dauid.* G

*3.Reg. 11.c*

d Ini.eius in.con. *Quod factum fuit tpe Dauid & Salomonis & plurium aliorum regum à Dauid deſcēdentium, quando bene ſe habebant ad cultum diuinū, vt patet de Ezechia, cuius tpe Angelus domini percuſſit centū octoginta quinq; milia in caſtris Sennacherib, & fuit compulſus fugere cum confuſione.*

e Super ip.au. *Quantum ad perſonam eius & domum ipſius.*

f Efflorebit ſan.m. *i.vnctio regia, quæ durauit vſq; ad Sedechiam. In Heb. hr̄: Lucebit corona mea. Quod poteſt intelligi de corona regni materialis, quæ erat de auro & gemmis fulgentibus.*

## MORALITER.

✻ a *Illuc producam cornu Dauid.* id eſt boni prælati poteſtatem augendo. Et ſubditur modus cum dicitur:
b *Parani lucernam.* ſcilicet gloriæ.
c *Chri.meo.* id eſt bono pontifici conſecrato.
d *Inimi.eius indu.con.* i.ſpiritus malignos ab eo deuictos.
e *Su.ipſum au.ef.* per gratiam in præſenti, & per gloriam in futuro.

*In pſ.cxxxj. Memento domine Dauid, vbi dr̄ in po. Circa primū.d.*

## ADDITIO.

Pſal. iſte continuatur cum præcedenti ſic: In illo enim Dauid fecit mentionem de humilitate ſua, petens à Deo retributionē huius humilitatis in anima ſua dicens, ita retributio in anima mea, prout expoſitum eſt in additione pſalmi præcedentis. In hoc autem cantico Dauid declarat qūo Deus exaltauit illum in præmiū prædictæ humilitatis, promittendo ei Chriſtum venturum de ſemine ſuo, eo modo quo Abrahæ in præmiū immolationis filij ſui promiſerat, ꝙ in ſemine ſuo. ſ. Chriſto benedicerētur oēs gentes. Circa qđ Pſal. duodecim facit. Nam primò prophetizans per modū orōnis dicit: Memento dn̄e Dauid, & oīs manſuetudinis eius. i. reminiſcaris eum remunerare pro ſua humilitate & manſuetudine. Conſequēter ſcdò incipit exordiri promiſſionem illam de Chriſto ab eo deſcenſuro, digreſſionem faciens à propoſito ſuo circa ædificationē tēpli. Cuius rō eſt: Nam protunc fuit ſibi hoc prophetatum per Nathan, & de illa hiſtoria agit vſq; ibi: Et ſancti tui exulta.exul. & exponantur verſus intermedij ſicut in poſtil. Conſequenter tertiò, quia etiam illa quæ ſunt à Deo promiſſa, qn̄q; requirunt orationes ſanctorum, vt opere impleantur, prout in ſcda ſcdæ. idcirco orat ne impediatur prædicta promiſſio. & de hoc dicit: Propter Dauid ſeruum tuū non auertas faciē Chriſti tui. i. veri Chriſti, qui antonomaſicè dr̄ Chriſtus Dei. Hæc.n. verba: Non auertas fa. Chriſti tui, non poſſunt rationabiliter intelligi de Salomone. Nam ſi Salomon nō regnaſſet, valde impropriè diceretur, ꝙ ipſe Salomon auerteret faciem ſuam à regno: ſed potius quòd regnum auerteret faciē ſuam à Salomone. Et ſcdm hunc ſenſum debuiſſet dicere: Propter Dauid ſeruum tuum non auertas faciem regni à Chriſto tuo. Quod autē hic fabulantur Hebræi de ſacerdotibus transferentibus arcam ad templum Salomonis &c. fictitium eſt. Non enim habet fundamētum in ſcriptura, nec eſt verum ꝙ populus non credebat fuiſſe dimiſſum ipſi Dauid adulterium & homicidium vſq; ad tp̄s tranſlationis ipſius arcæ. Tum quia 2. Reg. vlt. fuerūt ſigna manifeſta, quibus totus populus debuiſſet credere, ꝙ Deus acceptauerat ſacrificia & holocauſta oblata ab ipſo Dauid: quod non fuiſſet ipſo non exiſtente in gratia. Tum quia Salomon filius Bethſabee cū qua Dauid cōmiſerat adulterium, fuit aſſumptus in regnū & approbatus à Deo, alijs fratribus excluſis: qđ eſſet valde inconueniens, ſi peccata patris & matris nondū fuiſſent dimiſſa. Nec eſſet veriſimile, ꝙ hoc non fuiſſet obiectū Salomoni nouiter regnanti per populum vel aduerſarios. Conſequenter quartò oñdit qūo ſua oratio fuit exaudita dicens: Iurauit dn̄s Dauid &c. qđ non dēt intelligi de ſucceſſione Salomonis in regnum. Primò quia in illa hiſtoria, in qua agitur de miſſione Nathan ad Dauid, ubi fit mentio de ſucceſſione filij Dauid in regnū patris, quæ hr̄ in duobus locis. ſ. 2. Reg. & 1. Par. nunq̄ legitur quòd Deus iuraſſet ſuper talē ſucceſſionem, ſed ſolū hoc ſimpliciter legitur fuiſſe propheticè denuntiatum, vt patet in vtroque ca. prædictorū. vñ cum hic dr̄: Iurauit dn̄s &c. Non eſt referēdū ad prophetiā Nathan, ubi nullum iurm̄ interuenit. Secūdò quia valde inconueniens videtur, quòd Deus ſuper ſucceſſionem Salomonis in regno tpali & caduco, tam firmiter iuraſſet. Tum quia plurimi reges regnant ex ordinatione vel permiſſione diuina ſine tali iurō: Idcirco potius dicendum eſt & verius, quòd hoc iuramentum fuit factum ipſi Dauid ſuper aduentum Chriſti de fructu ventris ſui, quòd fuit inter promiſſa diuina: quod concordat ꝓpriè cum illa hiſtoria. vbi cum Deus inter quædam alia denuntiaſſet Abrahæ, quòd in ſemine eius benedicerentur gentes, quod intelligitur ad literam de Chriſto, interpoſuit firmum iurm̄ di. Per memetipſum iuraui dicit, &c. ſuper qđ Apoſtolus reddens rationem quare Deus Abrahæ iuraſſet, ſic dicit: In quo abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis ſuæ hæredibus immobilitatē conſilij ſui, interpoſuit iuramentum. Ex quo patet, quòd ex maxima excellentia rei promiſſæ Deus interpoſuit iuramentum, quod tamen non competit regno Salomonis temporaliter, vt de ſe patet. Si autē dicatur: Vnde habet autoritatem iſtud iuramentum, cum hoc non inueniatur in capitulis ſupradictis ubi de ſucceſſione regni Dauid agitur? Ad hoc dicendum, ꝙ ſufficit autoritas ipſius Dauid, qui magnus & egregius pſal. fuit in Iſrael, vt 2. Reg. Manifeſtum eſt.n. ꝙ ſepè euangeliſtæ de vna & eadem re tractantes: quidam explicant aliqua quę ab alijs fuerunt prætermiſſa. Poteſt etiam rationabiliter dici, quòd Nathan qui nō erat tanti gradus in prophetia, fuit reuelata ſucceſſio Salomonis tantum, quæ figuratiua erat ſucceſſionis Chriſti, ſuper quam iuramentum interuenit propter arduitatem & magnitudinem rei promiſſæ. Concordat etiam cum hoc quod legitur ſuprà in pſal. de ſacerdotio Chriſti: iurauit dominus, & nō pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum. Quod quidem iuramentū non legitur in alijs hiſtorijs propheticis, & tñ credendum eſt firmiter ex teſtimonio ipſius Dauid, ꝙ Deus hoc iurauit propter magnitudinem excellentiæ talis ſacerdotij. Conſequenter quintò interponit illa quæ fuerunt denuntiata per Nathan ipſi Dauid, quæ pertinent ad Salomonē, & ēt ad alios ſucceſſores, & hoc cum dicit: Si cuſtodierint filij tui teſtm̄ meū, &c. & exponitur ſicut in poſtil. Nec eſt neceſſariū, ꝙ iſta includantur ſub iurō ſupradicto, ſed ſolum fuit ſucceſſio Chriſti ſub iuramento, & ſine aliqua conditione, prout dictum eſt vallata. Illud autem quod ſequitur: Si cuſtodierint filii tui, eſt conditionale, vt patet in litera. Cōſequēter ſextò, ne quis putaret quòd cauſa principalis huius iuratæ promiſſionis fuiſſet meritum ipſius Dauid, eò quòd dixerat: Propter Dauid ſeruum tuum &c. idcirco cauſam veram huiuſmodi reddit dicens: Quoniam elegit dominus Sion, &c. Ad quod ſciendum, ꝙ principalis cauſa huiuſmodi promiſſionis factæ & iuratæ ipſi Dauid, nō eſt dicenda deuotio Dauid, & huiuſmodi: Sicut enim dicit Apoſtolus. Non ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis, pari ratione dicendum eſt, ꝙ non ſunt condignæ orationes & merita ſanctorum ad hoc, vt Deus tantum beneficium iureiurando humano generi promiſiſſet, ſed hoc propriè & principaliter proceſſit ex diuina liberalitate. & ideo dicit: Quoniam elegit dominus Sion. Electio enim vt dicitur 3. Ethi. libertatē importat. unde quia Deus elegit Sion, id eſt eccleſiā cuius figura erat Sion illa materialis, quæ quidem electio non ſolùm fuit ad diuina reſponſa ibi danda & huiuſmodi, nec ad ſacrificia legalia ibi offerenda: quia iſta in quàm plurimis alijs locis fuerunt facta, ut patet in decurſu ſcripturæ ſacræ. Sed hæc electio fuit principaliter ad hoc, ut in ea Deus habitaret, ſcilicet per carnis aſſumptionem. unde ſubdit: Elegit eam in habitationem ſibi, ſecundum illud Iohan. Et habitauit in nobis. Et nota, quòd bis dixit elegit, ſcilicet elegit Sion, & elegit eam in habitationē, fortè ad denotandum duplicem electionē illius Sion. Primam. ſ. minus principalem quæ pertinebat ad cultum diuinū ueteris teſtamenti ibidē celebratam. Secundā verò. ſ. principalem ad inhabitationem diuinitatis ſuprà dictam, quæ eſt electio potior & dignior. Et vt amplius declararet, quòd hæc habitatio erat inſeparabilis, & in æternum duratura, ideo ſubdit: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi. ſ. in ęternum. Qđ non pōt intelligi de terrena Sion, quæ ſæpè fuit, & eſt euerſa. Et ſequitur: Hic habitabo, quoniam elegi eam, ſcilicet non ex meritis principaliter, ſed ex electione, vt dictum eſt. Conſequēter ſeptimò, quia habitatio Chriſti in eccleſia præſenti ſecundum naturam aſſumptam in propria effigie non durauit in eccleſia militante,

*Gen. 26.a* F *2.Reg. 7.b.c* *2.Reg. 24.d* *2.Reg. 7.a* *1.Par. 16.a* *Gen. 22.d* *Heb. 6.c* H



E nisi vſque ad aſcenſionem, poſſet quis obijcere cōtra hoc quod dicitur: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo quoniā elegi eam, dicens, quòd non habitauit Chriſtus in eccleſia perpetuò ſecundum naturam aſſumptam, ideo ſubdit: Viduam eius benedicens benedicam. Circa quod notanter attendēdum eſt, quòd vbi tranſlatio noſtra habet viduam, Hebraica litera habet צידה tſedah, quod nullo modo ſignificat viduā: ſed propriè ſignificat eſcā, & ſpecialiter illam, quæ datur viatoribus per modum viatici cibi: vnde omnino conſimilis dictio hr̄ in Gen. vbi dicitur: Datiſq; ſuprà cibarijs in via, vbi.n. nos habemus cibarijs in via: Hebr. litera habet צידה tſedah. Similiter, Iob. vbi dicitur: Quis parauit coruo eſcam ſuam: vbi li eſcam ſuam, ſignificatur per ſimilem dictionem. ſ. tſedah. vnde ſecundum veritatem Hebraicam ſenſus huius eſt: ꝙ Deus promittebat ſe benedicturum eſcam eccleſiæ viaticā, quod propriè ſignificat ſacramentum euchariſtiæ, de quo fideles Chriſti. ſ. pauperes ſpiritu ſaturantur. & ideo ſubdit: Pauperes eius ſaturabo pa. iuxta illud pſal. Edent pauperes, & ſaturabuntur. Et ſic conſtat, quòd per prædictum ſacramentum Chriſtus perpetuò habitat in eccleſia. Ad quod vno modo applicatur illud: Ego autem vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Et nota quòd Ra. Aben. exponēs illud verbum. ſ. tſedah eius benedicens benedi. ſic dicit: Ceda ſignificat idem, quod cibaria ad viam. Et eſt ſenſus ꝙ benedictio inueniretur in cibo, quem tranſeuntes per viam portarent de Sion: Hæc ille. In quibus verbis iſte Ra. manifeſtè prophetauit prædictam expoſitionem licet neſciens. Conſequenter octauò declarat excellentiam miniſtrorum huius ſacramenti, cum dicit. Sacerdotes eius induam ſa. Vbi notanda eſt differentia inter hmōi ſacerdotes, & illos quibus paulò ante in hoc pſal. dixerat: Sacerdotes tui induantur iuſtitia. Illi.n. erant ſacerdotes veteris legis, qui corā arca fęderis miniſtrabant. vnde cum dixiſſet: Tu & arca ſanctificationis tuæ. ſtatim ſubdit: Sacerdotes tui induantur iuſtitia. Qui quidem ſacerdotes indui dicuntur iuſtitia, eò ꝙ fide iuſtificabantur. Iuſtus.n. in ſua fide viuit, in Abac. Iſti verò ſacerdotes, de quibus in hoc loco loquitur, ſunt noui teſtamenti, qui pauperibus ſpiritu panes miniſtrant, quibus ſaturantur. Qui quidem ſacerdotes nō ſolū iuſtitia induuntur, ſed etiam ſalutari. Salus.n. nunq̄ fuit niſi ꝑ Chriſtum, de quo Matt. Ipſe.n. ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum: ſimiliter de primis dixerat: Et ſancti tui exultabunt. De iſtis F verò dicit: Exultatione exultabunt, duplicans exultationem, vt intelligatur maior ſeu perfectior exultatio. Conſequenter nonò declarat duo maximè attendenda circa hoc ſacramentum, & hoc cū dicit: Illuc producam cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto meo. Circa quod notandum, quòd inter multa ineffabilia quæ in hoc ſacramento euchariſtiæ poſſunt conſiderari, duo ſunt maximè attendenda. Quorum vnum eſt poteſtas inſtituentis. ſ. Chriſti. & de hoc dicit: Illuc producā cornu Dauid. Cornu.n. in ſcripturis ſignificat eminentem potentiā, vt ibi: Exaltabuntur cornua iuſti. Sed conſtat ꝙ hoc ſacramentum non niſi per potentiam Chriſti infinitam, producitur in effectu. & ideo dicit: Illuc. i. in eccleſia de qua loquitur: Producam cornu Dauid. i. producam potentiam Dauid infinitam in effectu. ſ. modo prædicto. Scdm conſiderandū eſt circa hoc ſcrm̄ vtilitas eccleſiæ cui conceſſum fuit. Et de hoc dicit: Paraui lucernam Chriſto meo. Pro quo ſciendum, ꝙ vtilitas huius ſacramēti in eccleſia pręcipuè conſiſtit in hoc ꝙ Deus qui inuiſibilis eſt, viſibiliter à nobis cognoſcatur, vt ſic in eius amorem trāſformemur, quod vtique fit per lucem diuinam oculis noſtris mentalibus infuſam. Vnde eccleſia in Præfatione cantat: Per incarnati verbi myſterium, noua noſtræ mentis oculis lux tuæ claritatis infulſit, vt dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc in inuiſibilium amorem rapiamur. Propter qđ in huius ſacramenti myſterio propriè dr̄ ꝙ Deus parauit lucernam Chriſto ſuo. ſ. lumen diuinum infuſum in mentibus dignè ſumentibus, quo Chriſtum inuiſibilē ſub viſibili ſacramento exiſtentē cognoſcimus per fidē, & per charitatem amamus. Qđ autē allegat poſtil. de hoc qđ dr̄ in Reg. Filio autem eius dabo vnā tribū, vt remaneat lucerna Dauid ſeruo meo, &c. in Hebraica veritate non dr̄ in illo loco lucerna, ſed nouale, vt ibidē fuit dictum in additione iij. Et nota, ꝙ iſtis verbis Pſal. ſ. Producam cornu Dauid, & paraui lucernā Chriſto meo, in propria forma vtūtur Hebræi in ſuis orationibus, vbi ſolenniter petunt aduentū ſui Meſſiæ, inaniter expectati, ſic dicentes: Producas cornu Dauid Chriſti tui, & para lucernā Chriſto tuo. Ex quo patet manifeſtè, quòd iſta verba intelliguntur dicta fuiſſe de vero Meſſia, non de Salomone. Conſequenter decimò, quia multi infideles ſeu hæretici non capientes hoc myſterium, credunt de hoc confundere fideles dicētes eos in hoc ſacramento idolatrare, idcirco pſal. per oppoſitū dicit: Inimicos eius induam confuſione, iuxta illud Iere. Confundantur qui me perſequuntur, & non confundar ego, & meritò ſicut ſacerdotes Chriſti induuntur ſalutari, ita inimici eius indui debent confuſione. Conſequenter vndecimò dicit: Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea, vbi eſt attentè notandum, quòd ubi tranſlatio noſtra dicit: Sāctificatio mea, in Hebraica veritate hr̄ נזרו nizro. Pro cuius declaratione ſciendum, ꝙ in veteri lege illi qui erāt conſecrati, & ſanctificati per certū votū, ſic ut ſepararentur ab immundis cōtagionibus pluſq̄ cæteri de populo, & quędā alia obſeruarēt, dicebantur Nazarei, vt patet in Nu. Quæ qđē conſecratio ſeu ſanctificatio abſtractiuè ſumpta Nazarçitas in lingua Latina dicenda eſt: in Hebræo verò talis ſignificatio abſtracta dr̄ נזר nezer. Si aūt referatur ad habentem illā conſecrationem, tunc in Hebræo dicitur נזרו nizro: qđ ſignificat idē qđ conſecratio ſua, uel Nazarçitas ſua prout in prædicto ca. Num pluries ponitur talis dictio. ſ. נזרו nizro ſub hac ſignificatione & forma: unde in propoſito idem eſt dicere: Super ipſum autem efflorebit nizro, & dicere: Super ipſum autē efflorebit Nazarçitas ſua, ſeu conſecratio ſua: qđ pertinet ad Chriſtum, qui maximè fuit à contagijs peccati immunis, & Deo ſingulariſſimè cōſecratus, & ſic per excellentiam Nazarçus: Vnde ex hac autoritate propriè iuxta ueritatem literæ Hebraicæ acceptā, Chriſtus fuit propheticè à Dauid Nazarçus uocatus, tanq̄ habens Nazarçitatem, ut dictum eſt: unde quod legitur, de Chriſto, ut impleretur quod dictum eſt, quia Nazarçus uocabitur: ad illam autoritatem eſt referendum. Nuſquàm.n. legitur in propheticis ſcripturis, ꝙ Chriſtus Nazarçus uocaretur, niſi tm̄ in hoc loco. Quod poſtillator ibidem hoc nititur fundare in dictis Eſaiæ ubi dr̄: Et necer de radicibus eius aſcendet, qđ ēt ponitur in gl. non ur̄ ualere, nam necer ſcribitur cū litera, c. nezer uerò cum, z. inter quas dictiones eſt magna differentia tam in proferendo q̄ in ſignificando. Non.n. Chriſtus uocatur ab Euangeliſta Nacarçus, ſed Nazareus. Iudęi uerò Chriſtū in ſuis ſcripturis mendaciter improperantes cōiter uocant Nacarçum ad excludendū ab eo Nazarçitatem, quæ ſignificat conſecrationē & ſāctificationē, ut dictū eſt, qđ abſit à ueris catholicis. Dicitur aūt ſcdm gl. florere ſanctificatio Chriſti ſeu eius Nazarçitas, inquantum in eo ſolū eſt poteſtas ſanctificationis actiua: Ipſe enim ſolus ſanctificat ſeu Nazarços facit iuxta illud quod in perſona Dei legitur. Suſcitaui de iuuenibus ueſtris Nazarços. G

*Nazareus dicitur Chriſtus: & ex ſcriptura oſtenditur. Matt. 2.d* *Amos. 2.c*

## REPLICA.

IN Pſal. Memento domine Dauid. Bur. putat inconuenienter exponi de Salomone illud pſal. Non auertas faciē Chriſti tui, ex debili motiuo. Ad qđ dici pōt, quòd in hac expoſitione, intelligendū eſt in litera poni genitiuum pro ablatiuo more Græcorum, & ſic eſt ſenſus: Non auertas faciem à Chriſto tuo. ſ. Salomone, ſic eſt propria. Nec eſt illa expoſitio noua vel ficta, quia magiſter in gl. ſuper illo pſal. Purgatum terræ purgatū ſeptuplum, dicit: ponitur genitiuus pro ablatiuo more Græcorum, & ſic ſenſus eſt: Purgatū terræ. i. purgatum à terra. Et cū poſtillator dicit hic aliquos de populo habuiſſe opinionē de Dauid, quòd non eſſet Deo gratus, nec peccata adulterij uel homicidij dimiſſa. Bur. dicit hoc non eſſe uerum. Sed præcipitāter dictum eſt per Bur. quia ipſe ſibi infrà circa pſal. Domine probaſti, cōtradicit ſic di. Dauid protunc ſe ſciuit eſſe in gratia, licet apud plurimos crederetur ipſi Dauid non fuiſſe peccata dimiſſa, prout ſuprà in pſal. dicebat: Multi dicūt animæ meæ: nō eſt ſalus illi in Deo eius. Hæc Bur. Vbi uidetur duplex contradictio: Vna de illa hominum opinione: Alia de loci allegati expoſitione, quia pſal. 3. de quo ſumpſit allegationem ſuprà exponit de Chriſto, uolens quòd de Dauid iſte pſal. totaliter non poſſit exponi: hic eum adducit quaſi de Dauid exponendum. Nec ualet illud quod inducit Bur. ad ſic dicendum in hoc loco, quia uidelicet Dauid Deum placabat, Nam illa placatio pertinebat ſolum ad caſum numerationis populi, ut patet ibi in litera iuncta gl. unde populus ſcire non potuit Deum ipſi Dauid placatum quò ad peccata priora, præſertim quia uindicta illorum non pertinebat ad ſolum Dauid, ſed & ad omnem domum eius, prout dicitur. 2. Reg. Non recedet à domo tua gladius uſque in ſempiternum. Eſto igitur quòd pc̄tā Dauid erant abolita quò ad culpam, non tñ quò ad uindictam & pœnā: quia illa debebat manere in domo eius in ſempiternū. Cū autem uideret omnis populus in delatione arcæ & tēpli dedicatione illa magna ſigna clementiæ, de quibus dicit, tunc primò populus omnis receperat contrarium opinionis prius habitæ ex cōminatione pœnæ dictæ taxatæ. 2. Reg. 12. Nec in placatione Dauid, prout allegat Burg. omnis Iſrael fuit præſens, ſicut in iſto facto dedicationis templi. Potuit igitur Dauid gratam oblationem Deo facere exiſtens in gratia, non tñ abſolutus à pęna, prout ſuprà tactum eſt. Per idem tollitur quod Burg. poſt obijcit, quòd uidelicet inconueniens uidetur, ſi populus habuiſſet talem opinionem, quòd Salomon fuiſſet in regnū aſſumptus, & illud adulterium nō fuiſſet ei obiectum. Tū quia aſſumptio Salomonis fuit de uoluntate Dei. Tū de uoluntate patris adhuc uiuentis, quibus non erat reſiſtendum. Nec iuſtè Salomoni fuiſſet obiectum adulteriū. quia ipſe fuit legitimus filius Dauid, frater autē eius ex adulterio natus fuit mortuus. Nec ſine periculo fuiſſet ex opinione populi aliquid fœditatis obijcere regi. Sed & Bur. ulterius obiiciendo dicit ualde inconueniens Deum interponere iuramentum in re caduca, qualiter hic exponit poſtil. de ſucceſſione Salomonis in regno. ad quod dico, Deus iurauit patribus ſup adeptione terræ promiſſæ, in Deu. Et in pluribus alijs locis. Et ſi quis dixerit, quòd illa promiſſio cū iuramento principaliter reſpiciebat terram uiuentium: ita dico in propoſito, & iſtud iuramentum de Salomone ad literam principaliter reſpicit regnum Chriſti, cuius non erit finis. Veruntamē Bur. immemor fuit ſcripturarum, quando uoluit ſic dicere: Nam iurauit Deus ad Iſaac in pſ. Iurauit Deus ſuper deſolatione regni Iude. Et gñaliter notandū, ꝑ cōcordantia finali quòd poſtil. exponit hūc pſal. de Dauid, & Salomone tanq̄ de figura deſignante Chriſtum. Burg. autem de Chriſto tanquam figurato ſecundū modū dictum circa pſal. Dixi cuſtodiam, & circa pſalmum: Laudate pueri. H

*Pſ. 3.a* *2.Re. 24.c.d* *2.Reg. 12.c* *3.Reg. 8.a* *2.Reg. 12.* *2.Re. 24.c.d* *2.Reg. 12.d* *Deut. 29.b* *Pſ. 104.a* *Ierem. 22.b* *41.f*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E

GLOS. ORDIN.

a *Canticum graduum. Caſſ.* Quartuſdecimus gradus: Charitas quæ facit fratres habitare in vnũ, vnde benedictio & vita.

Super pſal 132.

GLOS. ORDIN. PSAL. CXXXII.

Ibidem

*Ecce quam bo. Caſſ.* Et eſt hic pſalmus atomus (.i. ſine diuiſione) de charitate. Vbi cõmendatur charitas proximi quæ nullã admittit alienationem mentis ſeu diuiſionem. Hic ergo vir iuſtus de cohabitatione fratrũ exultans ait:

Enar. pſal. 132.10.S

b *Ecce quam bo. Aug.* Iſte verſus toto orbe notiſſimus, vt tuba ſpiritusſancti diuiſos congregauit: monaſteria plurima peperit. *Caſs.* ecce. Quaſi plus oſtentione, quam lingua explicetur.

c *Habitare in vnum. Aug.* Hoc de omnibus Chriſtianis, ſed propriè cõuenit monaſterijs, à quibus tamen ad cæteros bñdictio deſcendit, vt etiã illis fratribus de Iudęa, de quibus dicit: Erat illis cor vnum, & anima vna.

Act.2.f

d *Barbam. Aug.* Ecce determinatio .i. in Apoſtolos & alios primitiuos ſanctos, qui primò pro fide certauerunt, ſed vinci non potuerunt. quia iam caput paſſum præceſſerat.

e *Aaron. Aug.* Sacerdos qui ſeipſum obtulit .i. Chriſtus, qui intrauit in ſancta ſanctorum, qui fuit victima & ſacerdos, qui cum in mundo non inueniret mundum qđ offerret, ſeipſum obtulit, qui cum eccleſia eſt vnus & totus Chriſtus. In capite eius vnguẽtũ: quia in eo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, cui non eſt datus ſpiritus ad menſuram. Sed à capite

F

Chriſto aſcendente ad cęlos venit ſpiritusſanctus in barbam .i. fortes, ſtrenuos, alacres, quos barba ſignificat, quę eſt indiciũ virilitatis, primum in Apoſtolos, in illos q primos impetus ſeculi ſuſtinuerũt, ſed vinci non potuerũt. Ab illis.

Epiſ. 5.f

f *Deſcendit in o. v.* Veſtis Chriſti, eccleſia ſine macula & ruga. Ora, veſtis finis, in quo veſtis perficitur. Hi ſunt perfecti qui in vnum habitant, qui legem Chriſti implent, quæ eſt: alter alterius onera portate. Vel ora ad quã deſcendit vnguentũ, non in lateribus, ſed in capite: tales ſunt q habitant in vnũ: Sicut per iſtas oras intrat caput hominis, vt veſtiat ſe, ſic p fraternam concordiam Chriſtus intrat ut ab eccleſia veſtiatur. Et ſignificant ijdem qui & prius per oram veſtis, ſed iuxta aliam proprietatem. Ros de cęlo, gratia qua fratres, in vnum habitant, non ſuis viribus vel meritis. G

a Canticum graduum CXXXII.

a ¶Aug. Quod oſtendentis eſt. ¶Vtile.

b Ecce quàm bonum, & a

a ¶Id eſt delectabile. ¶Quia ſunt bona, quæ non delectant. b ¶Frat illis cor vnum & anima vna in Deum.

c q̃ iucundũ, habitare b

a ¶Rectè diſpoſitis ſingulorum diuerſis officijs. b ¶Inunctio ſpiritusſancti quæ prius fuit in capite Chriſto. ¶A ſimilitudine regum & ſacerdotum qui figura fuit Chriſti. ¶Ita bonum & iucundum eſt habitare fratres in vnum.

fratres in vnum. † Sicut vnguen- c d

a ¶Chriſto. b ¶A capite Chriſto.

tum in capite, quod deſcendit in e

a ¶Determinat in cuius barbam ſubdens, barbam Aaron. b ¶Veri ſacerdotis Chriſti. c ¶Vnguentum.

d e barbam, barbam Aaron. Quod f g

a ¶Poſtea. b ¶Id eſt in illos perfectos qui in vnum habitant. Et fit comparatio inter cohabitationem fraternam & ſpiritualem vnctionem, tanquam inter cauſam & effectum. c ¶Chriſti.

f g deſcendit in oram veſtimenti eius,

a ¶Aug. Mons paſcualis ſicut & mons Sion: Gratia quam gentes receperunt prius, deſcendit in Sion, id eſt ſuper Iudæos.

h i ſicut ros Hermon qui deſcẽdit † in h i

a ¶Ideo bonum & iu. ha. fra. in vnum.

montem Sion. Quoniam illic k

a ¶In fratribus qui in vnum præcepit benedictionem, vt concordes benedicant Deũ. Concordes .n. benedicunt Deum, diſcordes non. ¶Promiſit. b ¶Hic.

mãdauit dominus benedictionẽ,

a ¶In futuro duraturam. b ¶In æternum.

& vitam vſque in ſeculum. l

g *In oram. Caſs.* Vel per oram, quæ eſt finis veſtis, intelliguntur ſancti qui erunt in nouiſſimis tpibus eccleſię .ſ. tpe Antichriſti. Et eſt ſenſus: Deſcẽ. in o. ve. e .i. vſq; ad extremitates eccleſiæ & in fine mundi, quæ eſt tunica indiuiſibilis. Deinde alijs verbis idẽ notantibus idem dicit.

h *Sicut ros. Caſs.* Ros tenuis aqua, vnde terra germinat & ſignificat gratiam, qua peccatores conuertuntur.

i *Hermon.* anathema, accipiuntur peccatores, per Sion eccleſia. Ros eius .i. Hermõ qui peccatores nutrit in bono, deſcendit in Sion, qñ conuertuntur ad eccleſiam, quæ eos recipit. Et eſt ſenſus: Ita eſt illud bonũ ſicut ros Hermon .i. gratia nutriens peccatores. Qui deſcendit in montẽ Sion, .i. quo illi conuertuntur ad eccleſiam. Hermon. *Aug.* Ad literam, mons trãs Iordanem. Mirum ergo ꝙ ab eo in Sion ros deſcendat, ſed Hermõ dicit lumen exaltatum .i. Chriſtus prius in cruce, poſt ĩ cęlo exaltatus, à quo ros gratiæ deſcendit in Sion .i. eccleſiam. non .n. in vno eſt eccleſia, niſi eius dono & gratia. Idẽ Siõ qđ barba & ora veſtimẽti: Idẽ ros Hermõ qđ ſuprà vnguẽtum .ſ. grã p quã fit cohabitatio. Qui .n. in vno ſine rore charitatis ſunt, inquietum iumentũ in iunctura: qđ nõ trahit, ſed turbat. Hi etiã murmurant, de quibus dr̃: Præcordia fatui rota carri: Fęnum portat, & ſemp murmurat. Hi ſunt qui relinquunt in mola, in agro, in lecto, qui in vnũ ſolũ modo corpore: Cæteri aſſumuntur, qui in vnum ſunt corde. H

## NIC. DE LYRA. PSAL. CXXXII.

Ecce quam bo. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebręo: Canticum graduum ipſi David: ex quo patet autor huius pſ. De materia verò eius dicunt expoſitores communiter, quod loquitur de vnitate populi Iſrael ad inuicem per charitatem ſub vno rege, & ſub cultu vnius Dei, de quibus factus fuerat ſermo pſal. præcedenti, & ſecundum hoc dicit David.*

a Ecce quam bo. & quam iu. *i. valde bonũ, & valde delectabile .ſ.*

b Habi. fra. *id eſt filios Iſrael, qui dicuntur fratres propter vnitatem cultus diuini. vnde dicitur in Deu. Non fęnerabis fratri tuo ad vſuram. i. Iudæo ſed alieno .i. Gentili.*

Deut.23.d

c In unum. *Per concordiam charitatis ſub vna lege & ſub vno rege. Ad hoc adducit duplex exẽplũ. Primũ eſt de vnguento: vñ conſecrabat ſummus ſacerdos, qđ erat valde ꝓtioſum, redolens & ſuaue, cũ dicitur:*

d Sicut vn. in cap. *ſ. ſummi ſacerdotis. Dicit .n. Ra. Sa. ꝙ vnctio illa fiebat cum digito conſecrãtis intincto vnguento. Qui digitus primò applicabatur capiti ipſius conſecrandi, & trahebatur verſus palpebras ex vtraque parte, & ſic deſcendebat verſus barbam. ideo ſubditur:*

e Quod de. in bar. *Non cuiuſcunque, ſed:*

f Bar. Aaron. *i. ſummi ſacerdotis tantum, ab Aaron deſcendentis. Alij enim minores ſacerdotes non conſecrabantur per talem vnctionem, ſicut dictum fuit plenius in Exo. & Leuit.*

Exod.19.a Leuit.8.a

g Quod deſcen. in oram ve. *eius. Hebræi dicunt: Quod deſcendit ſuper os veſtimentorum eius. Et eſt iſtud de verſu præcedenti, & refertur ad barbam ſummi ſacerdotis, quæ deſcendebat ſuper oram ſuperiorem tunicæ hiacynthinæ, & ſuperhumeralis, quæ ora dicitur os veſtimenti. Et ideo patet, quòd cum dicitur in tranſlatione noſtra: In oram &c. non intelligitur ora inferior veſtimenti, ſed ſuperior. Et referenda eſt ſñia huius verſus ad ꝓcedentẽ, vt ſit ſenſus: Sicut vnguentũ tale eſt valde redolẽs & ſuaue: ſic habitare fratres in vnũ modo ꝓdicto eſt valdè bonũ.*

h Sicut ros Her. *Hic eſt principium tertij verſus, & vltimi huius pſ. vbi ponitur ſecundum exemplum ad propoſitum de deſcenſu roris, qui eſt valde ſuauis & bonus terrę naſcentibus, ita ſimiliter valde bonũ eſt habitare fratres in vnum. & quantum ad hoc dicitur: Sicut ros Hermon .i. deſcendens in montem Hermon, qui mons eſt fructuoſus & paſcualis ſcuatis virtute roris ibi deſcendentis.*

i Qui de. in m. Si. *Non eſt intelligendũ, ꝙ idem ros numero de monte Hermon deſcendat ſuper montẽ Sion. Tũ quia vnus mons multũ diſtat ab alio. Tum qa mons Hermon eſt demiſſior, q̃ ſit mõs Sion: ꝑ hoc dr̃ mons modicus ſuprà. De terra Iordanis & Hermonij à monte modico: ſed idẽ ros ſpecie & in qualitate ſuauitatis & fęcunditatis deſcendit ſuper vtrũq; montẽ. Et ſic eſt ſenſus, ꝙ ſicut ros deſcendens in mõte Hermon, & ros deſcendens in monte Sion, ſunt valde boni, ſic etiã habitatio fratrum modo ſupradicto eſt valde bona. & ꝙ ſit valde rationabile talem rorem in monte Sion deſcendere, oſtenditur cum ſubditur:*

K Quo. *i. ĩ mõte Siõ, vbi erat tẽplũ & ſacerdotes ibi bñdicebãt populũ.*

l Et vi. *In Hebręo hr̃: Benedictionem vitæ, quia ſacerdotes benedicentes imprecabantur populo bona temporalia & ſpiritualia, quibus continuatur & conſeruatur vita corporis & animæ. Et eandem ſententiã importat tranſlatio cõis quæ habet: Et vitã vſque in ſeculũ, vt patet de ſe.*

### MORALITER.

✻ a *Ec. quam bo.* Pſalmum iſtum fecit David gaudens in dño de vnione & pace populi ſub eo. Moraliter autem exprimit gaudium boni principis uel prælati de fraterna charitate ſub regimine ſuo. Et ſic dicit: Ecce quam bo. i. valde bonum.

d *Si. vn. &c. in bar. Aaron.* Per Aarõ ſummũ Pontificẽ intelligitur dñs nr̃ Ieſus Chr̃s, q factus eſt Põtifex in ęternũ. Apoſ. Et ipſe eſt caput eccleſiæ. Per vnguentũ in capite, deſignatur in Chriſto plenitudo gratiæ, q̃ redundat in mẽbra p barbã & ueſtimẽtum ſignificata per barbã tñ ſibi magis cõiũcta, & per ueſtimẽtũ minus, oĩa tñ participãt de gratia eius. Ioh. De plenitudine eius oẽs nos accepimus:

h *Si. ros Her.* Qui interpretatur anathema męroris, ideo ſignificat gratiam ſpiritusſancti infuſam Apoſtolis in ſigno uiſibili, & excludit ab eis mœrorem timoris humani.

i *Qui de. in mon. Si.* Ibi .n. erant Apoſtoli qñ ſpiritumſanctũ receperunt in ſigno uiſibili. Eſt igitur ſenſus, ꝙ ſicut iſta .ſ. plenitudo grãæ Chriſti deſcẽdẽs in eius mẽbra & ſpiritusſanctus ſup Apoſtolos in ſigno uiſibili ſunt bona ualde & iucũda, ſic eſt de charitate fraterna, qua meremur Dei benedictionẽ & uitã æternã, ideo ſubditur:

K *Quoniam illic man.*

*In pſal. cxxxij. Ecce q̃ bonum: vbi dr̃ in po. De materia vero huius.*

### ADDITIO.

Quia in pſ. ꝓcedẽti principaliter de regno Chrĩ i ſede David poſiti factus fuit ſermo: ideo in pñti pſ. agit de unitate populi Chriſtiani p charitatẽ ſub huiõi rege Chriſto, qđ maximè bonũ & iucundum eſt. Dicit aũt: Habitare fratres, iuxta illud: Oẽs fratres ſum⁹ i Chriſto



A per vnitatem fidei & charitatem. Ad quod inducit duo exẽpla. Primum .ſ. de unguento, qđ deſcendit in capite Aaron &c. ꝓ quo ſciẽdũ, ꝙ hoc epitolã inducit nõ ſolũ pp redolẽtiã & ſuauitatẽ unguẽti, ſed quia nominauerat Chriſtũ, qđ intelligit unctus, ne fortè quis putaret ꝙ unctio Chriſti eſſe tñ regia ſicut fuit unctio ipſius David, cuius ſedes data eſt Chriſto, idcirco oñdit ꝙ unctio Chriſti nõ ſolum eſt regia, ſed etiam ſacerdotalis, & hoc cum dicit: Sicut unguentum in capite Aaron: Licet enim non ęquiparetur ſacerdotiũ Aaron momentaneum ſacerdotio Chriſti ęterno, comparatur tñ ſimilitudinariè per modũ exempli. In hoc aũt qđ dr̃, de unguento Aaron, quod deſcendit in barbã barbã Aaron. i. in orã ueſtimenti eius datur intelligi, ꝙ unctio Chriſti capitis, quæ eſt plenitudo gratiæ eius, deriuatur in barbã .ſ. in fortes & ſtrenuos ſibi coniunctos. i. Apoſtolos, qui uiriliter tanq̃ barbati præliuras ſuſtinuerunt pro Chriſto. Similiter & per ueſtes intelligenda eſt eccleſia, quæ ſignificatur per tunicam inconſutilem Chriſti. Tota .n. gratia membrorum eccleſiæ, quæ per vnctionẽ deſignatur, à plenitudine gratiæ Chriſti deriuatiuè deſcendit. vnde Ioh. De plenitudine eius omnes accepimus. Secundum verò exemplum. Sicut ros Hermon, inducitur etiam ad excludendum errorem, qui poſſet contingere ex primo exemplo. poſſet enim quis putare quod vnctio Chriſti eſſet aliqualiter per humanã induſtriam ſeu obſequium miniſtrata, ſicut vnctio ij ſius Aaron, quæ celebrata fuit per Moyſen, ut in Exo. 30. Ad quod excludendum dicit: Sicut ros Hermon &c. Ros .n. quo terra fęcũdatur, non per opus humanũ, ſed cęlitus infunditur. vnde Mich. Quaſi ros à domino, quaſi ſtillæ ſuper herbam, quæ non expectat virum, & non præſtolatur filios hominum. Cætera autẽ exponantur vt in poſtilla, reducendo ad hunc ſenſum propoſitum. C

Ioh.1.b

Mich.5.c

GLOS. ORDIN.

a *Canticum gra. Caſ.* Quintuſdecimus gradus: Charitas ſeculi.

GLO. ORDIN. PSAL. CXXXIII.

*Ecce. Caſs.* Et eſt hic tertius pſalmus de charitate Dei, de qua hic agit, ſicut ſuprà de charitate proximi. *Caſs.* Non ꝙ alia gratia ſit qua diligit Deus, & alia qua proximus. Sed quia diuerſos actus habet ipſa gratia, & diuerſa diliguntur ea. Monet ergo ad diligendum Deum. *Caſs.* Primò, inuitat pluraliter benedicere Deũ. Secundò, optat benedici, ibi: Benedicat.

b *Ecce.* Demonſtrantis eſt. Et quibus faciat hanc demonſtrationem, determinat. vos ſer.

c *Statis.* Seruorum eſt, non ſedere in domo domini. Vel, de eiſdem intelligitur. Et per domum, intelligitur eccleſia: per atria, latitudo charitatis. In charitate enim quæ extenditur vſq; ad inimicos, latitudo eſt, in odio anguſtia. Q. d. vos benedicite Qui ſtatis, id eſt perſeueratis. In domo domini. i. in eccleſia. Et qui ſtatis. In atrijs domus Dei noſtri. i. in latitudine charitatis, ubi nullus anguſtiatur. H B

a Canticum graduum CXXXIII.

a ¶In hoc tempore, in his aduerſis. ¶Tot gradibus conſcenſis.

b Ecce nunc benedici- a

a ¶Adunati in vnum.

te † domino, omnes

a ¶Vos dico. b ¶Perſeuerans. c ¶In penetralibus ſcilicet maiores & perfectiores in eccleſia.

c ſerui domini. Qui ſtatis in domo b

a ¶Et uos etiam qui ſtatis. ſcilicet incipientes. ¶In ingreſſu,

domini: ĩ atrijs domus Dei noſtri. c

a ¶In aduerſis, non ſolum in diebus proſperitatis. b ¶Corporis & operis.

d In noctibus extollite manus ve- d e

a ¶Nihil boni uobis tribuentes, ſed totum Deo. ¶Alias dominum.

ſtras † in ſancta, & benedicite domi f

a ¶Caſs. Qui tot gradus conſcendit, benedictionem ſupernam loco remunerationis accipit, quia omne munus aſcendentium, benedictio eſt.

e no. Benedicat † tibi dominus ex g

Sion: qui fecit cęlum & terram. h

– in atrijs dom⁹ Dei noſtri. non eſt in Hebræo

d *Extol. ma. ve.* Sicut Moyſes manus ſuas leuauit pugnante populo Iſrael cõtra Amalec. Extollite dico, in ſancta, vt intẽtione ęternorũ bonum operemini, aliter enim non valet.

e *Bene. ti. do.* Secunda pars ubi optat benedici fideles. Q. d. benedicite, & ut hoc poſſitis: Benedicat te dominus, benedictione, quæ eſt ex Sion. Qui poteſt, quia ipſe eſt qui fecit cęlum & terram. *Caſs.* Benedicat. Supra hortatur plures benedicere Deum, ipſe verò vnum benedicit tantum: quia etſi plures ſint, tamen in unum ſunt, & vnitati conuenit benedictio. Vnde unus in piſcina ſanabatur, qui prior deſcendebat. Eſto ergo in vno, & ad te perueniet benedictio.

## NIC. DE LY. PSAL. CXXXIII.

Ecce nunc be. do. *Huic pſalmo præmittitur talis titulus in Hebræo: Canticum graduum, & patet ſententia ex ſupradictis. De materia verò huius pſal. ſatis patet quòd eſt quædam inuitatio ſacerdotum & Leuitarum ad laudem Dei, cum dicitur:*

a Ecce nunc be. do. *Id eſt vos ſacerdotes & Leuitæ, qui ad diuinum obſequium eſtis à Deo electi, propter hoc ſubditur:*

b Qui ſta. in do. do. *Ad ipſam officiandam.*

c In atrijs do. Dei no. *Et quia in atrijs & prope atria erant habitacula eorum, vt eſſent ſemper parati ad ſua officia, non ſolum de die, ſed etiam de noctè. ideo ſubditur:*

d In no. extol. ma. ve. in ſan. *Deuotè orando, verſa facie ad ſanctumſanctorum, vbi erat arca & propitiatorium.*

f Et be. do. *Benedictione confeſſionis diuinæ laudis, quæ impenditur maiori à ſubditis, & non benedictione conſecrationis, quæ contrario modo impenditur .ſ. inferioribus à ſuperiori, de qua dicit Apoſt. Sine vlla contradictione, qđ minus eſt à meliori benedicitur. Conſequenter Pſal. poſtquàm ſeruos Dei ad Dei laudem inuitauerat, eiſdem benedictionem Dei optat dicens:*

g Be. te. do. ex. Si. *id eſt ex templo quod eſt in monte Sion, in quo templo erat propitiatorium, vbi dabantur diuina reſponſa, & inde procedebat propitiatio & benedictio diuina. Et dicit: Benedicat te, in ſingulari: quia in principio pſalmi dixerat, quòd deberent eſſe vnum concordia charitatis.*

h Qui fe. cę. & ter. *Hoc dicitur ad excludendum Manichæorum errorem, qui dicunt inferiora à diabolo eſſe creata. Vltimò circa quindecim pſalmos graduum prædictos ponenda eſt quædam breuis expoſitio myſtica ad dandum occaſionem vlterius meditandi magis deuotis. Ad cuius intellectum ſciendũ quod Macrobius ſuper ſomnium Scipionis diſtinguit virtutes in politicas, purgatorias, purgati animi, & exemplares. Exemplares verò ponit in Deo inquantum in eo ſunt exemplaria omnium, & per conſequens virtutum, & ideo de iſtis nihil ad propoſitum. quia hic agitur de virtutibus prout perficiunt ſtatus hominum. Virtutes autem ab hominibus habẽtur dupliciter. Vno modo communi & humano, & ſic dicuntur virtutes politicæ, quia homo eſt animal politicum. Alio modo excellenter quaſi modo diuino, & tales virtutes à Philoſopho vocantur heroicæ ſeu diuinæ. 7. Ethicorum. Hunc autem modũ habendi virtutes diſtinguit Macrobius in duos. Vnus eſt prout homo eſt intendens ad talem perfectionem diuinam, & ſic dicuntur virtutes purgatoriæ. Alius modus eſt, prout homo iam aſſecutus eſt terminum dictæ tendentiæ, quantum poteſt haberi in præſenti vita. & ſecundum hoc dicuntur virtutes purgati animi. Hæc autem diſtinctio virtutum in tribus gradibus ſub alijs verbis ponitur à catholicis doctoribus, ſecundũ tres gradus hominum, vel potius in ſtatu hominũ, prout gradatim tendunt ad perfectionem: ita quòd primus gradus eſt incipientium, ſecundus proficientium, tertius peruenientium ſeu perfectorum. Et tanguntur in tribus quinarijs quindecim pſalmorum graduum. Igitur circa primum quinarium, in quo tangitur perfectio incipientium, conſiderandum, quòd incipiens aggredi ſtatum virtutis patitur difficultatem & turbationem propter reſiſtentiam paſſionum ſenſitiuæ partis, ita quòd eius temperantia magis eſt dicenda continentia, quia cum difficultate tenet ſe contra paſſiones. Et ſimiliter dicendum de alijs tribus virtutibus cardinalibus, quæ deficiunt ſecundum ſuum modum à perfectione virtutis: propter quod neceſſe habet recurrere ad diuinum auxilium implorandum. & ſecundum hoc dicitur in primo pſal. Ad dominum cum tribularer clamaui &c. Secundò ex hoc vlterius concipit quandam fiduciam habendi cum diuino auxilio de paſſionibus triumphum, & quantum ad hoc dicitur in pſalmo ſecundo: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, &c. Tertiò ex hoc vlterius concipit ſpem deueniendi ad Deum debitè colendum paſſionibus quietatis: ideo dicitur tertio pſalmo. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi. in domum domini ibimus &c. Quartò ex hoc vlterius concipit ſpem reportandi cęleſte præmium ex dicto obſequio: & ſecundum hoc dicitur in quarto pſal. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, ſcilicet ad recipiendum mercedem ab eis. Ita oculi noſtri &c. Quintus gradus eſt, vt de incboata perfectione ſecundum prædicta homo non glorietur, ſed totum attribuat diuinæ gratiæ, & ſibi nihil: ſcdm dictum ſaluatoris.* D

Virtutum diſtinctio ſecundum Macrob. Super ſomnium Scipionis.

Virtutes ab hominibus dupliciter habentur.

Ariſtot.7. Mor. Nicomach.

Quindecim pſalmorum graduum diſtinctio

Luc.17.c

¶ Cum

### MORALITER.

✻ a *Ecce nunc benedi.* Pſalmus iſte eſt quædam inuitatio Leuitarum ad Dei laudem tempore veteris teſtamenti. Moraliter autem ad idem inuitantur eccleſiæ miniſtri, cùm dicitur: Ecce nunc be. do. i. ſine retardatione, quia de tempore non habemus niſi nunc.

b *Qui ſta. in do.* id eſt ſtare debetis. Non enim diſcurrere debent eccleſiæ miniſtri ad uenationes & aucupia ſicut milites, nec ad negotia terrena ſicut mercatores.

d *In noctibus.* Quantum ad officium nocturnum.

e *Extollite manus veſtras in ſancta.* id eſt ad Deum, & ad eius ſanctos mente deuota. Et quoniam alij debent orare pro miniſtris eccleſiæ, ſubditur in eorum perſona.

g *Benedicat te domi. ex Sion.* id eſt ex triumphante eccleſia.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ¶ Cum omnia feceritis, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus, & ſecundum hoc dicitur in quinto pſal. Niſi quia dominus. Circa ſecundum quinarium, in quo deſcribitur ſtatus proficientium. Primus gradus eſt, quòd ſedatis iam paſſionibus per exercitium virtutis confidat de ſtabilitate in bono cum Dei adiutorio: propter quod dicitur in primo pſal. Qui confidunt in domino, ſicut mons Sion, &c. Secundus gradus eſt, vt liberatus à paſſionibus ipſum prius, vt captiuum detinentibus ad percipiendum diuinas conſolationes aſſurgat. propter quod in ſecundo pſal. dicitur: In conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati. Tertius gradus eſt, vt perfectionem in qua cum Dei adiutorio iam profecit ad alios deriuet per proximi ædificationem, in qua ſcit ſe nihil poſſe agere ſine Dei aſſiſtentia ſpeciali: propter quod dicitur in tertio pſal. Niſi dominus ædificauerit domum &c. Quartus gradus eſt, vt ex ædificatione proximorum ſumptus debitos non requirat, ſed gratis impendat ſecundum quod dicit Apoſtolus. Nocte & die operantes ne quem veſtrum grauaremus. Non quaſi non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandū nos: & propter hoc in quarto pſal. dicitur: Beati omnes qui timent dominū, qui ambulant in vijs eius: gratis exemplo & verbo proximum ædificando. ideo ſubdit: Labores manuum tuarū quia manducabis, beatus es &c. Quintus gradus eſt, vt propter tribulationem inſurgentem à prædictis bonis operibus non deſiſtat. ideo ſubditur in quinto pſal. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, &c. Circa tertium quinarium, in quo deſcribitur ſtatus perfectorum conſiderandum, quòd ſicut dicit Iaco. Patientia opus perfectum habet. Patientia verò habetur in duplici gradu. Primus eſt, quòd homo tribulationes patienter ſuſtineat: & propter eas à bono opere non deſiſtat: & hic eſt vltimus gradus præcedentis quinarij, vt G dictum eſt: Secundus qui eſt altior, & vbi incipit tertius quinarius, eſt quando non ſolum homo perſecutiones patienter tolerat, ſed etiam perſecutoribus bonum optat pro eis orando, exemplo Chriſti in cruce dicentis. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt: Et propter hoc dicitur in primo pſalmo. De profundis clamaui ad te domine, id eſt de profundo tribulationis, orando etiam pro inimicis. vnde ſubditur: Si iniquitates obſeruaueris domine &c. Et quia ex tanta perfectione habita de facili inſurgit aliquis motus ſaltem leuis propriæ elationis diabolo inſtigante qui, inſidiatur hominibus perfectis, ideo ſecundus gradus eſt, vt ex perfectione habita nullus motus elationis ſurgat interius, nec aliquod ſignum appareat exterius: ideo ſubditur pſal. 2. domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, &c. Tertius autem gradus eſt, vt homo quicquid eſt cordis, & operis applicet per votum diuinis obſequijs. ideo dicitur. 3. pſal. Memento domine Dauid, & omnis māſuetudinis eius. Sicut iurauit domino, votum vouit Deo Iacob, &c. Et quia charitas eſt vinculum perfectionis, ſecundum quòd dicitur ad Col. & ideo quartus gradus eſt, vt homo ſit in charitate perfectus ſecundum modum qui traditur in Act. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, & propter hoc dicitur in 4. pſal. Ecce quam bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum, &c. Quintus gradus eſt, quòd homo ex perfectione charitatis quantùm poſſibile eſt, obliuiſcatur huius ſeculi, & occupetur in diuinis laudibus, quaſi mente habitans in ciuitate cæleſti, ſecundum illud Apoſt. Noſtra conuerſatio in cælis eſt. & propter hoc dicitur pſal. 5. Ecce nunc benedicite dominum omnes ſerui domini. Qui ſtatis in domo domini, &c.

*Marg.:* 1. Theſſ. 3. b — Iacob. 1. a

In pſ. cxxxiij. Ecce nūc bñdi. dñm: vbi dr̄ in poſtilla: In noctib. extollite.

ADDITIO.

In Hebræo ſi In noctibus, eſt finis primi verſus. Pro quo eſt ſciendum, quòd hic Pſal. loquitur ſacerdotibus & Leuitis prout poſtil. dicit: ad quos principaliter pertinet benedictio Dei ſcilicet laudis. Similiter benedicere populum, bonum eius imprecando: de quo in fine pſal. Benedicat te dominus ex Sion. ſed quia in principio dixerat: Benedicite dominum omnes ſerui domini: quod comprehendit omnes ſeruos Dei, etiam ſi non ſint ſacerdotes neque Leuitæ: ad quos non pertinent prædicta ex officio. idcirco adiungit: In noctibus. per quod neceſſariè intelliguntur tantum ſacerdotes F & Leuitæ. Ceteri autem de populo non ſtabant in domo domini, niſi tantum de die. Continuatur tamen hic pſal. præcedenti ſic. Nā ab eccleſia iam cōgregata ſub vno rege Chriſto & ſacerdote, prout in præcedenti, benedicendus eſt Deus ab omnibus per gratiarum actionem: de quo dicit: Ecce nunc benedicite dominum, &c. & conſequenter benedicendus eſt populus ſub huiuſmodi principe conſtitutus a ſacerdotibus, quibus talis benedictio ex officio competit, &c.

REPLICA.

IN canticis. xv. graduum inter poſtil. & Burgen. ſunt nōnulla quæ uidentur contraria. Sed ſtant vt plurimùm in diuerſa applicatione ad materiam pſal. quàm communiter poſti. per hiſtorias aſſignat ad literam tanquam figuram. Bur. autem mortalitatem refert ad Chriſtum vel eccleſiam, tanquam ad figuratum: reliqua non ſunt multùm diſputabilia. H

GLOS. ORDIN.

*Marg.:* Super pſal. 134.

a *Halleluia. Caſ.* Poſt gradus qui ducunt ad æternitatem, cōgruè ponitur haleluia, vt eccleſia fruatur laudibus Dei, cui tale munus paratum eſt.

GLOS. ORDINARIA.

PSAL. CXXXIIII.

*Marg.:* Diuiſio

LAuda. no. Primò, de nonſtratiua oratione monet Deum laudare, propter eius potētiam enumerans eius magnalia. Secūdò, cultores idolorū redarguit, ibi: Simu. &c. Tertiò, omnes ordines monet ad laudem, ibi: Domus Iſrael. Propheta ergo quaſi intentionē ſuam aperiens poſt gradus ſtantes in domo alloquitur: vt poſt beneficia laudent dicens: Lauda. Qui ſerui. Addit Qui ſtatis, non titubantes vel in ſecretario vel in ingreſſu. Laudate ſerui. Deinde, qui & quare laudare debeant ſubdit: laudate ſerui.

a Halleluia. CXXXIIII.

*a ¶ Aug. Vnde vos meliores eſtis non ipſe: Bonus. n. ille ſemp manet vt eſt.*

b LAudate nomē domini: a

*a ¶ Quare? quia. b ¶ Eſtis laud. aliorum oſtendunt, quia ipſi ſerui, & ipſe dominus. c ¶ Qui? ¶ Ecce vos. ¶ Non quidam mali ſed. d ¶ Non qui ruitis, vnde laudare debetis.*

laudate ſerui dñm. Qui ſtatis in b c domo dñi, in atrijs domus Dei no

*a ¶ Propter hoc lauda. b ¶ Non verbo laudis cauſa explicata eſt. ¶ Propriè à quo ſunt omnia bona.*

c ſtri. Laudate dominū, †quia bonus d

*a ¶ Et nominis. b ¶ Guſtanti.*

d dñs: pſallite nomini eius, qm̄ ſuaue e

ue eſt. Quoniam Iacob elegit ſibi a

*a ¶ Pſallite, quia iſta fecit quæ capere valeris. b ¶ Iudaicum populum. c ¶ Gratia non merito.*

b dominus, Iſrael †in poſſeſſionem ſibi.

*¶ Alijs verbis idem repetit.*

*a ¶ Vnde ſcis? ¶ Quia. b ¶ Raptus ad ſuperna. c ¶ Quod non omnes poſſunt ſcire, ſed credant noſcenti qui intrauit in ſanctuariū Dei, & audiuit arcana & ineffabilia verba quæ non licet homini loqui. d ¶ In ſe.*

bi. †Quia ego cognoui, quòd magnus b eſt dominus: & Deus noſter † præ c

*a ¶ Id eſt ſuper omnes Deos qui ſunt in cælo & in terra, quia eos fecit. b ¶ Redit ad opera quæ capiantur. ¶ Hic breuiter concludit omnia. c ¶ Caſ. Cauſa omnium quæ fecit, voluntas eſt, nulla neceſſitas, ſed bonitas.*

c omnibus dijs. Omnia quæcūq; voluit dñs fecit in cælo, & in terra, in d e

*a ¶ Quod commeatur. b ¶ Pro profunditate ignoti oceani. c ¶ Fecit quæ voluit ipſe dico. ¶ Quæ fecit enarrat ad literam, ſecreta naturæ Deum dicit miniſtrare.*

mari & in omnibus abyſſis. †Edu- f g

*a ¶ Ad medium, vt ibi pluant.*

d cens nubes ab extremo terræ, ful- h

*a ¶ Quia fulgura ſine pluuia terrerent & nihil darent.*

e gura in pluuiam fecit. Qui † pro- i k

*a ¶ Id eſt Apoſtolos qui totū mundum percurrerūt. neſcis vnde, ſed ſcis quòd iuſſu Dei. b ¶ De occultis cauſis.*

ducit ventos de theſauris ſuis: qui l

*¶ Palam & viſui iſis ſigna fecit, ter quia vt in paſſione terra tremuit, & ſol obſcuratus eſt.*

f percuſſit primogenita Ægypti: ab

g homine vſq; ad pecus. Et† miſit ſi- m

*Marg.:* †ſuper omnes Deos. — †Suſcitans — † educit — †immiſit — ¶ vt ſi peculiaris ſibi. Tentation oculorum.

tas, nō qualitas, ſed natura. Ille bono ſuo bonus & nō alium de participato bono. Ille ſeipſo bonus, non adhærendo alteri bono, qui non eguit aliquo bono, vt fieret bonus. Sed eguerunt illo cætera, vt fierēt bona. Sed quia ipſe à nobis nō pōt videri qualiter in natura ſit bonus, vel opera videamus quia ſuauis: dū dedit ſe poſſe guſtari, carnem factū, vt de pane Angelorū viuat homo. Temperatur laus in hoc pſalmo: ita ut & firmorum ſit & infirmorum ſicut & per Moyſen, quādo cum mitteret ad filios Iſrael, cùm dixiſſet: Ego ſum qui ſum: hæc dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos. Quod quia non capit homo continuò temperauit, & dixit, quòd poſſet capi ab homine ita: Ego ſum Deus Abrahā, Deus Iſaac, Deus Iacob. Quod nomē propter hominē ne videretur temporale, addit: Hoc nomen eſt mihi in æternum: Non quia illi æterni, ſed quia eos æternos facit poſtea ſine fine. Habuerunt quippe principium, ſed finem non habebunt. In quibus totum ſemen Iſrael intelligitur, tota eccleſia cogitatur.

*Marg.:* Enar. pſal. 134. to. 8

c *Laudate do. quia bo. Aug.* Si oīa laudantur, quia bona: præcipua cauſa laudis eſt, quia bonus eſt ex ſe & in ſe, cuius bonitas,

d *Pſallite no. eius.* i. laudate eū, eò quòd id fecit quod res ſui nominis exigit, cùm ſe incarnatum dedit hominibus guſtari.

a *Iacob.* Luctator interpretatur, & ſignificat illos qui con- A tra ſpirituales nequitias luctantur.

b *Iſrael in poſſeſſionem. Aug.* Ad literam. Cæteras gentes ſub Angelis cuſtodiēdas dominus poſuit, Iacob ſibi elegit, quē vt agrum coleret, ſeminaret, poſſideret, ſeruaret.

c *Omnia quæcunque.* Q. Magnus eſt in eſſentia, magnus in operibus, quia Omnia &c. *Aug.* Si omnia opera cōprehendere non poſſumus, hoc de eis firmiter teneamus, quòd oīa à Deo facta. *Aug.* Omnia quæcunque voluit. Typicè, hoc in omnibus poſſumus agnoſcere. Cælum, ſpirituales: terra, carnales: ex his duobus conſtat eccleſia. In his facit quæcunq; vult, & etiā in mari. i. in infidelibus, in quibus nihil fit niſi iuſſu Dei: non. n. ſæuiunt niſi permittantur à Deo. Abyſſi, latētia corda, profunda corda mortaliū, profundæ cogitationes hominū, & ibi facit Deus quod vult. Interrogat iuſtum & impium, latet cor bonum, latet & malum. & in vtroq; eſt abyſſus. Sed Deus hoc videt, quē nihil latet: hoc conſolatur, illud torquet. Et ipſe eſt educens nubes, quæ ſunt prædicatores. vnde: Mandabo nubibus meis, ne pluant ſuper eam imbrē. Et itē: Qui ſunt hi qui vt nubes volant, quas non tātū de Iſrael miſit, ſed & ab extremo terræ excitat: Quid de ipſis facit? ſulgura in pluuiā, minas ad miſericordiā flexit, de terroribus irrigauit. prædicatores namq; & terrent & blandiuntur. Terrēt, cōminādo æterna ſupplicia. Mulcent, promittendo æterna gaudia. Ideoq; & de māna legitur, quòd liqueſcebat ad ſolē, & indurabatur ad ignē. Māna enim cælitus datum, figura eſt diuini eloquij, quòd liqueſcit ad B ſolē, dū mentes fidelium futuræ claritatis promiſſione lætificat, vt cum ait: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorū. Induratur autē ad ignē dum peccantiū conſcientias futuræ pœnæ cōminatione adurit, vt illud: Omnis arbor, quæ non facit fructū bonū, excidetur & in ignē mittetur. Ideo in veteri lege in veſte ſummi Pontificis erat coccus bis tinctus, qui habebat ſpeciem ignis. Ignis. n. duo facit, vrit. ſ. & lucet. Quia prædicator peccantium corda adurere dēt fulgure cōminationis, & priorum mentes confouere promiſſione æternæ lucis. Inde etiam eſt, quòd baculus Pontificalis ex inferiori parte pungit, ſuperius in anteriora extenditur. Quia prædicator pungere dēt vitia carnis & mētis vires in anteriora dirigere: ita tñ quòd ad ſui cōſiderationē ſemp redeat, ne cū alijs prædicauerit, ipſe reprobus efficiatur. Et in principio ſermonis ſui accuſator ſit, ne videat feſtucam in oculo alterius, geſtans trabē in ſuo. Prædicatores, nubes, propter carnem. venti, propter ſpiritum. Nubes videntur, venti ſentiuntur, non videntur. Et quia caro de terra nubes excitat ab extremis terræ, ſed ſpiritus hominis ignoratur, vnde veniat. vnde C ecce dicitur: Qui producit ventos de theſauris ſuis. Qui percuſſit primogenita. Fide vnde incipimus, qua viua proficit homo in melius. Ægyptus afflictio. Quicunq; ergo affligit eccleſiam & ſcādala facit, etſi Chriſtianus dr̄, perdit fidem. Ab homine. Homo, id eſt doctus, qui & trahit poſt ſe indoctas turbas, id eſt pecora. Pharao diſſipatio. Ægyptus vt diximus, afflictio. Diſſipatio ergo præcedit vt rex, & ſequitur afflictio. Diſſipati enim affligunt eccleſiam, vt. n. affligant diſſipantur. Percuſſit gentes & reges: Quas & quos? Sehon regem occidit. Sehon tentatio oculorum, Amorrhæi amaricantes. Amaricantes ergo regem, habēt tentationē oculorum. Tentatio oculorum non eſt niſi in mendacio oculorum, putat habere rem, veritatem non habet. Retur enim quod nō eſt, non intuetur quod eſt. Tentatio ergo oculorum, id eſt fallacia vt rex præcedit, & ſequitur amaricatio. Occidit Deus in homine illum regē, quando homo damnat ſimulationem & diligit veritatem, & deſinit amaricare. Og concluſio diabolus qui intercludit viam ad Deum ne credatur in eum, ſicut Chriſtus aperuit, & ipſe eſt via. Cui ergo clauditur via ne credat in ipſum, cum venerit Chriſtus, confundetur. Sequitur ergo Baſan Og, id eſt confuſio concluſionem. Chanaan paratus humiliationi. Et intelligitur hic humiliatio, nō quæ virtus, ſed quæ pœna eſt, id eſt omnis ſuperbus qui in die iudicij humiliabitur. non autem nunc humiliatur, ſed paratur humiliationi Ita hæc prædicta ſpiritualiter ſanè accipiuntur, cum tamen ad literam factitata ſint. Si ergo tunc corporaliter occidit illos deus, modò non ceſſat manus eius. & ideo ne putares hæc tunc per acta ceſſaſſe, inquit: Domine nomen tuū, id eſt operatio potentiæ tuæ. Eſt in æternum. ideo non ceſſat manus tua in ſeculū hæc facere, quæ tunc prænuntiaſti in figura. D

d *Ab extre. Aug.* Siue ab imo terræ ſiue a circundatione finium terræ.

e *Fulgu. in plu. Aug.* Fulgur terrorem, pluuia gaudium facit. Qui ergo terruit fulgura, reficit pluuia.

f *Qui percuſſit. Aug.* Hoc in hominibus fecit propter populum ſuum. Si dixit quæ amares, audi & quæ timeas.

g *Ab homine vſque ad pecus. Caſ.* Hoc ſæpe repetit ad indicandam dei potentiam, vt non caſu facta putentur, ſed in magna futuri ſignificantia. Dum audis, quæ facta ſunt in impios, caue ne in te fiant: ideo ſunt hæc vtilia cum leguntur Aegyptus mundus. Primogenita principalia vitia mundi, quæ deſtruit in prudentibus & idiotis.

Reges

NIC. DE LYRA. PSAL. CXXXIIII.

*Marg.:* Diuiſio

LAudate no. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo: Halleluia. idest laudate Deum. ex quo titulo non apparet autor pſal. ſed ſatis apparet quòd pſal. iſte eſt quædam inuitatio fidelium ad laudem Dei: & primò ponitur inuitatio in generali, ſecundò magis in ſpeciali ſecundum diuerſos ſtatus, ibi: Domus Iſrael. Prima in duas, quia primò ponitur dicta inuitatio, ſecundò ſubditur ad hoc multiplex ratio, ibi: Laudate. Circa primū dicit Pſal.*

a Lauda. no. do. *Ipſum laudibus extollendo.*

b Lau. ſer. do. *Cui omnes tenentur ſeruire deuotè pro beneficio creationis & generalis gubernationis.*

c Qui ſta. in do. do. *Quia præter atriū ſacerdotū ubi offerebātur hoſtiæ, erāt alia atria vbi vulgares vacabāt orōni: & in vno eorū recipiebant Gētiles, qui veniebāt in Ieruſalem cauſa orationis, ſm quod dr̄ in Ioh. Erant autē Gētiles quidā ex his qui aſcenderāt, vt adorarēt in die feſto.*

*Marg.:* Ioh. 12. e

d Lauda. *Hic conſequenter inducitur multiplex rō laudis diuinæ. Et primò ex ſuæ deitatis veritate, ſecundò ex idolorū falſitate, ibi. Simulachra gentium. Veritas autem deitatis ex duobus allegatur: Primò ex ſua bonitate, ſecundò ex ſua poteſtate, ibi: Quia ego cognoui. Circa primum dicit Pſal. Lau. do, quia bo. do. Eſt enim infinitæ bonitatis, propter quod eſt ſummè laudabilis, ideo dicitur:*

e Pſa. no. e. *Eſt. n. nomē dñi, mel in ore, melos in aure, & iubilus in corde, vt dicit B. Bern. Et licet oēs teneantur Deū laudare, vt prædictū eſt: tamē principaliter populus Iſrael quē elegit, vt inde in humanitate aſſumpta naſceretur, propter quod legem diuinam ei dedit. & hoc eſt qd̄ dicitur.*

a Quoniam

MORALITER.

* a *Lau. no. do.* Pſal. iſte eſt quædā inuitatio gñalis ad Dei laudē pro tpe veteris teſtamēti. Mora. aūt ad idem inuitantur oēs Chriſtiani tempore noui. Et ſic dr̄: Lau. no. do, omnes catholici generaliter.

b *Lau. ſer. do.* Vos eccleſiæ miniſtri ſpecialiter.

c *Qui ſta. in do. domi.* Exponatur ſicut pſalmo præcedenti.

d *Laudate do. quia bonus do.* Eſſentialiter.

e *Pſal. no. e. qu. ſu.* ſ. ad audiendum meditandum & proferendum.

* Quoniam

NIC. DE LYRA.

a Quoniam Iacob elegit ſibi domi.

b Quia ego cog. *Hic accipitur ratio diuinæ laudis ex ſua poteſtate, quæ apparet in effectibus & beneficijs hominibus exhibitis, & primò hoc oſtenditur in beneficijs exhibitis omnibus generaliter, ſecundò populo Iſrael ſpecialiter, ibi: Qui percuſſit. Circa primum dicit pſal. Quia ego co. q. d. hæc debet eſſe ratio laudandi Deum: quia ego cognoui, quod magnus eſt dominus, magnitudinis cuius non eſt finis.*

c Et Deus no. præ om. dijs. *Et accipitur hic dij participatiuè, cuiuſmodi ſunt Angeli ſancti, quibus præeſt ipſe Deus tanquàm miniſtris dominus, ideo ſubditur:*

d Omnia quæcunq; vo. do. fe. in cælo. *Aliquos Angelos ibi ſtabiliendo, & alios propter ſuperbiam ſuam inde eijciendo.*

e Et in ter. *Aliquos homines per gratiam ſuam vocando, & alios iuſto Dei iudicio, licet occulto dimittendo.*

f In mari. *Aliquos inde tempore tempeſtatis mirabiliter ſaluando, alijs periclitantibus propter ventorum flatus. ideo ſubditur:*

g Educens nu. ab ex. ter. *i. à mari oceano: vnde vt plurimum eleuantur vapores humidi, ex quibus nubes generantur. Et iſte oceanus eſt terræ habitabilis terminus.*

i Fulgura in plu. fe. *Quia frequenter in dictis nubibus generantur tonitrua, & inde procedunt coruſcationes & fulgura, quæ terminantur per hoc quòd nubes in pluuiam reſoluuntur.*

k Qui pro. *i. de locis hominibus occultis.*

l Qui per. *Hic conſequenter adducitur ratio diuinæ laudis ex effectibus Dei mirabilibus pro populo Iſrael factis, cum dicitur: Qui per. pri. Aegy. de qua percuſſione habetur in Exod.*

m Et mi. ſig. *pro populi Iſrael liberatione, ſicut patet in Exo. vbi deſcribuntur decem plagæ Aegypti.* Exod. 12. e

a In

MORALITER.

* a *Quo. Iac. ele.* Per Iacob intelliguntur actiui, per Iſrael contemplatiui, ex quibus conſtituntur eccleſia.

b *Quia ego co. quòd ma. eſt do.* Magnitudinis cuius nō eſt finis. propter quod ſe extendit ad oīa poſſibilia. ideo ſupple laudabilis eſt plus quàm poſſit virtus creata, Eccl. Laudantes dominum magnificate eum quantùm poteſtis: maior eſt enim omni laude. Eccl. 43. d

g *Educ.* Hic conſequenter ponuntur quædam potentiæ diuinæ, quæ nunc ſunt exponenda myſticè, cùm dicitur: Educens nubes: Id eſt prædicatores, Eſa. Qui ſunt iſti qui vt nubes uolant.

h *Ab extre. ter.* ſ. Bedam ab Anglia, ſanctos Dominicum, & Antonium ab Hiſpania, & ſic de pluribus alijs à terræ finibus oriundis. Eſa. 60. b

i *Ful. in p. ſe.* Prædicauerūt. n. terrorē iuſtitiæ diuinæ, quæ per fulgura, & dulcorem ſuæ miſericordiæ, qui per pluuiam deſignantur.

K *Qui pro. ven.* i. impulſus ad bonum ex occultis ſuæ deitatis.

l *Qui percu. pri. Aegy.* Id eſt initia peccati, quæ ſunt ſuperbia. Eccl. Initium oīs peccati ſuperbia. Et auaritia in 1. Tim. Radix omnium malorum eſt cupiditas. Per prædicationes enim ſanctorum percuſſit dominus uitia dicta. Eccl. 10. b — 1. Tim. 6. b

m *Et miſit ſigna &c.* Id eſt miracula prædicationis ſanctorum confirmatiua. Mar. Prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Mar. 16. d

* In



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Reges fortes.Caſ.* Mundi ſpiritus.Qui ſunt occiſi, dum nequeunt in nobis quod volunt.

Vbi ſu. 4. Nu.21.e b *Sehon regem Amorrhæorum &c.* Hoc ſub Moyſe factum:de hoc in libro Numeri legitur: Quod cum prohiberent filios Iſrael per fines ſuos tranſire,percuſſi ſunt ab eo,& poſſedit populus Iſrael terram eorum.

c *Chanaan.Caſ.* Humiliatio mala, ſcilicet quando ab honore ſancto decidunt.

d *Et dedit terram eorum hæredi.Caſ.*i.cęleſtem beatitudinē, quam dæmones per ſuperbiam deſeruerunt, dedit fidelibus. Hæc eſt vera terra promiſſionis, quæ uerius dicitur hæreditas, quæ in pace eſt, quam illa actualis, quam ſępe amiſerunt filij Iſrael.

Vbi ſupra. e *Hæreditatem Iſrael. Aug.* Hæreditas, ſunt gētes Iſrael,fidelis ſ.populi, quę paſcunt tribulationes, docentes patientiam, vel quas Iſrael excolit conformando ſibi.

f *In generatione & generationem. Aug.* Generatio vna eſt qua renaſcimur p baptiſmum, altera qua reſurgemus, non eſt oblitus Deus in hac vocare, in illa coronare.

† ſeculum g *Quia iudi.Caſ.*Cauſa laudis,quia vidit dominus populum cui tot fecit: prophetas miſit, poſt & filium. Sed quia duri fuerunt,iudicabit eos in futuro & in ſeruis, id eſt fidelibus conſolabitur, cum præmia æterna reſtituet. Ecce gradatio laudis ad iudicium perducta eſt. *Aug.* Vel,Ita.Ideo de præſenti accipiatur. Iudicabit. Q. laudandus, quia præter iudicium futurum, iam iudicauit Deus Iudæos, alios aſſumendo, alios reprobando. Hoc eſt iudiciū diſcretionis, de quo ait: In iudicium veni in hunc mundum, ut qui non vident,videant, & qui vident, cæci fiant.

† Quoniā

† Idola

Ioh.9.g

F

h *Simulachra.Caſ.* Secūda pars, poſtq̄ laudibus ſe Dei expleuit, idolorum cultores irridendo redarguit:quia pfecta laus ueritatis eſt deſtruere falſitatem.ſuprà fuerūt eadem dicta, ſed repetita verecundiam augent.

†Nares habent & nō odorabūt: os habent & non loquentur: manus habēt & non operantur, pedes habēt: & non ambulabunt. †dominū

i *Os habent & non lo.* Illa exteriora artifex potuit facere, ſed non ſpiritum dare, nec auditum auribus, nec lucē oculis, nec vocem ori.

k *Similes illis fiant. Augu.* Hæc ſcientes irrident idola. Sed quid neſcientes? Similes interius, aures habent, nec audiunt Deum, nec fide vident, nares habent, nec ſentiunt bonum odorem Chriſti.

l *Domus Iſrael benedicite. Caſ.* Hæc eſt tertia pars, vbi poſt irriſa idola, laudes Dei celebrare monet omnes ordines, q.d.Cultores idolorum ſimiles illis fiant. Sed vos qui eſtis domus Iſrael.

m *Domus Aaron benedi. Auguſt.* Præpoſiti, ſunt domus Aaron,miniſtri domus Leui, populi oēs qui timent,oēs gnāliter ſunt domus Iſrael,oēs vna voce dicamus Benedictus.

a *Benedictus*

gna & prodigia in medio tui Ægypte: in Pharaonem & in oēs ſeruos eius. Qui percuſſit gentes multas, & occidit reges fortes. Se hō regē Amorrhęorum,& Og regē Baſan: & omnia regna Chanaan.Et dedit terram eorum hæreditatē, hæreditatem Iſrael populo ſuo. Domine nomen tuū in †æternum, † memoriale tuum in generatione & generationē.† Quia iudicabit dn̄s † populum ſuum, & in ſeruis † ſuis deprecabitur.† Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. † Aures habent, & non audient: neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus Iſrael benedicite † domino, domus Aaron benedicite domino. Domus Leui benedicite domino: qui timetis dominum benedicite do-

¶In diabolum. ¶Malos homines. a ¶Innumera vitia. ¶Quæ poſſidebant terram quam populo ſuo dare volebat. a ¶Dominantia vitia. b ¶Sed. ¶Tentatio oculorum. a ¶Amaricantium. ¶Amara ſunt quæ tollunt beatitudinem, quarum rex diabolus, qui transfigurat ſe in Angelum lucis. b ¶Concluſio. c ¶Confuſio. a ¶Percuſſit ſub Ioſue, mortuo iam Moyſe. ¶Id eſt omnes qui male humiliantur. b ¶Humiliatio. c ¶Illos expulit. a ¶Hæc terra promiſſionis verius dicitur hæreditas quæ in pace. a ¶Pro factis ſequitur exultatio laudis. ¶Cum hæc feceris. ¶Præſenti. ¶Futuram. a ¶Aug. Non repulit dominus plebem ſuam quam præſciuit habet & ſeruos de omnibus gentibus.vnde conuertit ſe ad exprobranda idola quæ iam a ſuis cultoribus irridentur, dicens: Simulachra &c. a ¶Q.D. is noſter eſt magnus. ¶Autem. b ¶Sunt. a ¶Quantum ad materiam. ¶Quantum ad formam. a ¶Concludit omnia quòd nec hominibus nec pecoribus poſſunt comparari. a ¶Exprimitur quidem in eis ſimilitudo quædam idolorum,non quidem in carne eorum,ſed in interiori homine. a ¶Domus quæ quotidie ſuſcitatur de lapidibus, de quibus domus Iſrael. vnde:Potens eſt Deus de lapidibus iſtis filios Abrahæ ſuſcitare.

K *Quia iudi. do. po. ſu.* Dando pro eo ſententia contra perſecutores eius iniuſtè. G

l Et in ſeruis ſuis deprecabitur. *id eſt deprecabilis efficietur, orationes eorum exaudiendo.*

m Simulachra gentium. *Hic adducitur ratio diuinæ laudis ex falſitate idolorū,quæ pro dijs à Gentilibus colebantur.& hoc eſt quod dicitur: Simulachra gentium,id eſt à gentibus pro dijs venerata.*

n Argentum & aurum. *Supple ſunt quantùm ad materiam.*

o Opera manuum hominum. *Quantùm ad formam per artificium factam.*

p Os habent. *ſcilicet ſimilitudinariè,quod probatur per hoc quod ſubditur:*

q Et non loquentur. *Quia carent proprio oris opere. Vnumquodque enim habet proprium opus, in quod dum poteſt, dicitur illud: cùm autem non poteſt, non dicitur illud niſi ęquiuocè ſicut oculus lapideus aut depictus,eò q̄ non poteſt videre, vt dicit Philoſophus,2.de Anima. Et eodem modo exponendum eſt quod ſubditur:*

r Oculos habent & non. *Quorum ratio redditur, cùm ſubditur:*

s Neque enim eſt ſpi in ore ip. *Et ideo, ex quo non habent ſpiritum, non poſſunt habere opera vitæ, quæ mediantibus ſpiritibus exercentur, vt dicitur in libro de differentia ſpiritibus & animæ.*

t Similes illis fiant qui faciunt ea. *Quia carent ſenſu diſcretionis,& motu bonę operationis.*

u Et omnes qui confidunt in eis. *Quia confidunt in nihilo,eò quòd idolum nihil eſt, ſecundum quod dicit Apoſtolus.*

x Domus Iſrael. *Poſtquam induxit Pſal. populum ad Dei laudem in generali,hic conſequenter inducit ad idem magis in ſpeciali, diſtinguendo ſtatus populi Iſrael, cùm dicitur: Domus Iſrael.quantum ad xij.tribus.*

y Benedicite domino. *Benedictione quæ conſiſtit in confeſſione laudis.*

z Domus Aaron. *Quantùm ad ſacerdotes, qui diſtinguebantur contra alios de tribu Leui.*

a Benedicite do. *Benedictione laudis. Iſti enim tenebantur ad hoc præ cæteris ratione officij.*

b Domus Leui. *Quātum ad Leuitas, prout diſtinguebantur contra ſacerdotes. Iſti tamē & illi erant de tribu Leui.*

c Benedicite domino. *Eum laudando prę cæteris populis ex officio impoſito.*

d Qui timetis dominum. *Hoc dicitur propter conuerſos de Gentilitate ad Iudaiſmum,qui non erant de aliqua duodecim tribuum.*

e Benedicite domi. *eò quòd de gratia ſua iunxit vos populo ſuo.*

a Benedictus

MORALITER.

* a *In Pharaonem & in omnes ſeruos eius.* Id eſt in dæmonem & miniſtros ipſius.

b *Qui percuſſit gentes multas, & occidit reges fortes.* Eos ad fidem conuertendo.Per talem modum loquendi dictum fuit beato Petro de cōuerſione Cornelii & amicorū eius i Act.Surge Petre &c.

d *Sehon regem Amorrhęorum.* Per quem ſignificatur rex Romanorum,eò quòd Amorrhæi interpretantur illuminati.Nam in conuerſione Conſtantini ipſe & populus Romanus in fide fuerunt illuminati.

e *Et Og regem Baſan.* Id eſt Francorum regem. Baſan enim interpretatur pinguedo. Francia verò pinguis eſt in diuitijs & pinguedine deuotionis.

f *Et dedit terram eorum hæreditatem Iſrael populo ſuo.* Nam iſtæ terræ quæ prius erant Gentilium, factæ ſunt Chriſtianorum.Et quia ex his Deus eſt in perpetuum laudandus,ſubdit:

g *Domine nomen tuum in æternum &c. Quia iudicabit dominus populum ſuum.*Iudicio approbationis.

l *Et in ſeruis ſuis deprecabitur.*Id eſt per ſeruos ſuos, dans eis ſpiritum deprecandi.

m *Simulachra gentium argentum & aurum.*Exponatur moraliter ſicut ſuprà pſalmo qui incipit:in exitu Iſrael &c.

n *Domus Leui benedicite domino,* Id eſt clerici qui ſuccedunt Leuitis veteſta.

d *Qui timetis.*Id eſt boni Chriſtiani.

* Bene-

NICOLAVS DE LYRA.

a In Pharaonem,& in omnes ſeruos eius. *Quos poſt multa flagella finaliter ſubmerſit in mari rubro, vt habetur in Exo.*

Exo.14.d b Qui percuſſit gentes multas. *in conſpectu filiorum Iſrael poſt egreſſum de Aegypto, ſcilicet Amalechitas.*

Exo.17.a c Et occidit reges fortes. *Et qui ſunt illi, ſubditur:*

d Sehon regem Amorrhęorum, & Og regem Baſan. *De quorum occiſione habetur in Nume.*

Nu.21.e.f.g Ioſue 12.a e Et omnia re.Cha. *Vbi interfecit per Ioſue & filios Iſrael reges.31.*

f Et dedit terram eorum hæredita. *Non cuicumque,ſed populo Iſrael, vt habetur in libro Ioſue. Et quia ex iſtis eſt à filijs Iſrael ſpecialiter laudabilis, ſubditur:*

Ioſue per totum.

g Domine no.tuum in æter. *Sit laudabile à nobis.*

h Domine me.tu. *i.remaneat memoria beneficiorum tuorum.*

i In generatione & gene. *id eſt in generationibus ſibi ſuccedentibus, ſicut videmus impletum.*

k Quia



a *Benedictus do.ex Sion. Aug.* Vel iuxta interpretationem nominum. Sion enim interpretatur ſpeculatio,Ieruſalem viſio pacis. Nunc ergo ex Sion, ideſt à nobis benedictus eſt. qui quandiu ſpe viuimus, ſumus in Sion, quia ſpeculamur q̄ veniat. Finita via erimus cū illo in æterna ciuitate: quia ipſe eſt qui habitat in cęleſti Ieruſalē, quæ nunquam ruitura eſt, vbi videbimus eum in æterna pace.

NIC. DE LY.

a Benedictus dominus ex Sion. *Ideſt ex templo quod erat in monte Sion, quia ibi cum magna ſolemnitate celebrabantur laudes diuinæ.*

b Qui habitat in Ieru. *quod dicitur eò q̄ elegit eam, vt ibi eſſet templū ſuo nomini dedicatum: vt habetur 2.Paral.6.e. Elegi Ieruſalem, vt ſit nomen meum in ea. Et in illo templo erat propitiatorium, quod ſedes Dei dicebatur, vt dictum fuit diffuſius in Exo.* C

2.Par.6.e

Exo.25.c

mino. Benedictus dominus ex Siō, qui habitat in Ieruſalem.

a ¶Facit quod docuit,& loquitur in perſona omnium fidelium, vel in propria perſona. b ¶Nunc ex Sion: quia ſpecularetur quod veniat. ¶Qui venit ex Sion homo factus. a ¶Ad literam: vbi prædicauit,& multa mirabilia fecit. ¶Vbi videbimus eum in æterna pace.

MORALITER.

* a *Benedictus dominus &c.*ideſt laudetur in eccleſia militante.

b *Qui ha.in Ie.i.*in eccleſia triumphante, eò q̄ ibi magis relucet gloria ſua.

GLO. ORDIN.

a *Halleluia. Aug.* Pſalmus iſte laudem Dei continet, vbi etſi multa in laude Dei dicantur, maximè tamen hic miſericordia Dei commendatur. *Caſſi.* Diuerſa initia verſuum,in vnū finem conueniunt: quia quicquid hic dicitur, ad miſericordiam Dei refertur: ſine qua non ſubſiſtitur,quia omnia operatur. In miſericordia ergo perſeuerare monemur. Magna virtus huius pſal. in Paralipomenon oſtēditur,vbi legitur, q̄ cum cœpiſſent Deum laudare & dicere: Confitemini dn̄o quoniam bonus, quoniam in ſeculū &c. impleuit gloria Dei domum Dei, ita præſto diuina præſentia ſi purè cantatur.

GLOS. ORDINAR. PSAL. CXXXV.

Confitemini do. *Caſſi.* Primò,magnificentiam Dei,& totius orbis cōditionem exponit. Secundò,dicit quę in Aegypto & gente Iudæorum fecit in figuram noſtri,ibi: Qui percuſſit. Tertiò, agit de Chriſtianis, ibi: & dedit terram eorum hæreditatem.

B b *Cōfitemini do. Aug.* Modò laudemus, vt cum angelis mereamur laudare. Ipſa laus eſt noſtra refectio, vt nulla videatur ſimilis delectatio. Ipſa eſt remuneratio quæ & operatio. Confitemini. Nec pro hac cōfeſſione eſtis tēporale ſumpturi, quoniam in æternū miſericordia eius.i.beneficium qđ miſericorditer præſtat, æternū eſt: quia data per miſericordiam beatitudo, æterna eſt.

c *Conſi.Deo deorum.* Deos dicit homines,ad quos ſermo Dei factus eſt in alio pſalmo,vbi ait: Ego dixi: dij eſtis, & filij ex.&c.Et non ideo dicuntur dij,q̄ omnes ſint boni.Si enim omnes boni eſſent,non diceret in eodem pſal. In medio autem Deos dijudicat,ideſt diſcernit,de quibus etiam ſubdit: Confitemini domino dominorum.

d *Qui facit mi. Aug.* Sicut in fine vbiq; ponitur, quoniam in ſeculum: ſic in principio,licet nō ſit poſitum ſubaudiendū eſt. Confitemini, qđ apertius eſt in Græco,vt ſi diceremus: Confitemini facienti mirabilia, vel ei qui fecit, vbi neceſſariò ſubaudiretur,cōfitemini,quod noſtra locutio in his omnibus ſeruare non potuit. vnde obſcurum eſt,vt poſſit putari ſententia ſic iungi: Qui fecit mirabilia,&c. Quaſi ideo iſta fecerit, quia in æternum miſericordia eius: cū potius ad miſericordiam pertineant hi quos de miſeria liberat. Dicendū ergo eſt: Confitemini ei qui fecit hæc vel illa, ideo: quia miſericordia eius vobis ęterna,vt finis ſingulorū verſuū referatur ad principium hoc modo: Confitemini ei qui facit mirabi. ma. ſolus. Ideo confitemini,quoniam in æternum miſericordia eius.

e *Mi.ma.ſo. Aug.*Quia & quędam per homines vel angelos facit, & quædā magna ipſe ſolus,q̄ & prius exequitē.

f *Qui fecit cę.* Vniuerſam ergo creaturam p ſe fecit, cuius creaturę excellētiores partes ponit,ex quibus omnia cogitent.i.intelligibiles cęlos,& viſibilē terram.Sed quia ſunt & viſibiles cęli, per eorū luminaria totum cęleſte corporeum intelligere nos admonet ſubdens:Qui fecit luminaria. Vel in intellectu.i.in ſua ſapientia: Quod dictum de cęlis,de omnibus debet intelligi.vnde: Omnia in ſapientia feciſti Deus. Vel typicè:Cęlos in intellectu i.ſpirituales ſanctos quibus non modo credere,ſed intelligere diuina dedit. Simplices aūt qui ſolā fidem firmam tenent, quaſi infra cęlos, terra dr̄: qui quia in baptiſmo quē acceperūt, quaſi ſuper aquas firma fide conſiſtunt quaſi ſup aquas,terrā firmauit.

† exquiſitio ingenio:

Sup.103.b

g *Ter.ſ.a. Aug.* Sed qūo terra grauior ab aqs leuioribus portat? Sed ſiue ita ſiue aliter ſit terra fundata ſuper aquas dr̄,q̄ aqnis circūfluentibus ſupereminet: Sicut dr̄ illa vel illa ciuitas ſuper mare fundata,non q̄ mare ſit ſub ea, ſed quia mari ſupereminet.ſic dominus ſuper puteum ſedit.i.iuxta.

h *Qui fe.lu.ma.*ideſt dona gratiarum fidelibus ſuis contulit.

a *Solem*

a Halleluia CXXXV.

a ¶Laudes & peccata, laudes audit,peccata dimittit: ideo oēs & ſemper laudare debemus.

b Confitēmini dn̄o quoniam bonus: quoniā in ſeculum miſericordia eius. Confitemini Deo deorum: qm̄. Confitemini dn̄o dominorum: quoniā. Qui †facit mirabilia magna ſolus: qm̄. Qui fecit cęlos †in intellectu: qm̄. †Qui firmauit terrā ſup aquas: qm̄. Qui fecit luminaria magna:

a ¶Præſens. ¶Alias in æternum. ¶Ideſt hic & in futuro eſt miſericordia eius, q̄a hic parcit,ibi coronat. b ¶Per quam à miſeria peccati liberat. a ¶Pluraliter dicit deorum & dominorum, ſiquidem ſunt dij multi & domini multi.vt ait Apoſtolus. ſuper quos ipſe eſt: ſequitur: Qui fa.mirabilia &c. a ¶Non alterius opera ſecutus,ſed ſuo intellectu. b ¶Intelligibiles vel intellectuales ſcilicet empyreū quod etſi corporeum: tamen tantæ eſt tenuitatis,vt à mortali videri non poſſit. a ¶Subaudi in intellectu. ¶Cœleſtes ſpiritus,qui ante omnia lucentia quaſi ſol.

NIC. DE LY. PSAL. CXXXV.

Confitemini do. *Titulus huius pſal.eſt Halleluia.Ex quo patet,q̄ pſal.iſte eſt inuitatio ad Dei laudem, ſicut & præcedēs, facta ab aliquo ſancto viro,cuius nomen ſecundum Hebr. & Hier.ignoratur.Et diuiditur in tres partes: Quia primò ponitur inuitatio ad laudem Dei ex beneficijs collatis omnibus generaliter. Secundò, ex collatis populo Iſrael ſpecialiter,ibi: Qui percuſſit Aegyptum. Tertiò,ex beneficio collato omni viuenti vita ſenſibili,ibi: Qui dat eſcam. Circa primum dicit Pſalmiſta.*

a Confitemini domino. *confeſſione laudis.*

b Quoniam bonus. *bonitatis cuius non eſt finis.*

c Quoniam in ſeculum mi.eius. *quia ſemper paratus eſt parcere & miſereri verè pœnitentibus. Et notandum, q̄ in quolibet verſu huius pſal.ponitur iſta clauſula: Quoniam in ſeculum miſericordia eius: In Hebræo.ita q̄ vigintiſex vicibus ponitur in hoc pſalmo: eò q̄ ſicut dicit Ra.Sa.à principio mundi vſq; ad dationem legis in monte Sinai fuerūt vigintiſex generationes, in quibus mundus fuit ſuſtentatus ſola diuina miſeratione,& non ex alicuius legis data à Deo obſeruatione. Iſtæ autem vigintiſex ſic colliguntur ex ſcriptura, Gen.5. habetur,q̄ Adam genuit Seth,qui Seth genuit Enos, qui Cainan, qui Malaleel, qui Iared, qui Henoch,qui Matuſalem,qui Lamech,qui Noe,qui Sem. Item Gen. 11.habetur,q̄ Sem genuit Arphaxat,qui Sale,qui Heber, qui Phaleg, qui Reu,qui Sarug,qui Nachor,qui Thare,qui Abraham: Abraham verò genuit Iſaac,Gene.21. Iſaac genuit Iacob, Gene.25. Iacob.Leui, Gen.29. Item Exo.ſexto habetur, q̄ Leui genuit Caath, qui Amram, qui Moyſen, qui genuit Gerſon, Exo.2. Et in hac generatione fuit data lex, Exo.20.*

d Conſi.

d Conſi.Deo deo.*i.angelorum, qui dicuntur dij participatiuè.*

e Confitemini domino dominorum. *i.principum terræ.Prou.Per me reges regnant &c.* Prou.8.b

f Qui fa.mi. *Mirabile dicitur alicui,quod tranſcendit cognitionē eius. & ideo aliqua ſunt mirabilia ſimplicibus, quæ tamen non ſunt mirabilia ſapientibus,ſicut eclipſis ſolis vel lunæ mirabilis eſt laico,non autem aſtrologo.Et per hunc modum aliqua ſunt mirabilia hominibus,non tamen angelis.Illa verò ſunt mirabilia ſimplicibus ſiue magna, quæ tranſcendūt facultatem totius naturæ creatæ.& hęc ſunt ſoli Deo poſſibilia.*

g Qui fecit cęlos in intellectu. *ideſt per intellectum & voluntatem, & non per naturæ neceſſitatem.*

h Qui firmauit ter.ſuper aq. *i.iuxta aquas,ſecundum communē modū loquēdi quo dicitur: Talis ciuitas,eſt ſuper mare,& talis ſup Sequanā,*

i Qui fecit lu.ma. *& quę ſunt illa,ſubdit,*

a Solem

MORALITER.

* a *Confi.do.*Pſal.iſte ſicut & pręcedens eſt quædam inuitatio ad Dei laudem ex eius beneficijs corporalibus,quæ ſunt hic ſpiritualiter exponenda.Con.do.&c.formaliter & etiā effectiuè, ideo ſub.

c *Quo.in ſe.mi.eius.*in beneficiorum collatione.

d *Confitemini.*laudis confeſſione.

d *Deo d.*i.iudicum,Exo.22.a.Vtriuſq; cauſa ad Deos veniet. Exo.22.a

e *Con.do.do.*i.principum,Apocal.Princeps regum terræ &c. Apoc.1.b

f *Qui facit mi.*totius naturæ virtutem excedentia.

g *Qui fecit cę.*ideſt contemplatiuos cęleſtium.

h *Qui fi.*i.actiuos ex humore pietatis bonos diſpēſatores terrenorū,

i *Qui fecit lumi.magna.*Et quæ ſunt illa,ſubditur,



* a Solem

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Solem in po. diei. Aug.* Hoc eſt, qđ apoſtolus ait: Alij datur per ſpiritū ſermo ſapientiæ: hic eſt ſol. alij ſcientia Dei: hæc eſt luna. alij fides curationū &c. hæc ſunt ſtellæ. Nihil.n. eſt horum quod in nocte huius ſeculi non ſit neceſſarium. Poſtea ceſſabunt cum tranſierit nox iſta, & venerit dies. Hæc aūt fecit in poteſtate diei vel noctis, vt poteſtas ſit dici lucere vel nocti. Sapiētia aūt eſt pietas. i. cultus diuinus, quæ eſt in cognitione, & dilectione Dei, qui ſemper eſt, & incommutabiliter manet. Scientia verò abſtinere à malo, & in medio prauæ nationis, quaſi in nocte ſeculi prudenter verſari, vt abſtinendo quiſq; ab iniquitate non confundatur tenebris, proprij muneris luce diſcretus.

*Vbi ſupra. 1. Cor. 12. a*

*Vt ſupra.* b *Lunam & ſtellas in po. no. Caſſ.* Aliter etiam dici poteſt myſticè ab illo loco: Qui fecit luminaria magna. i. cœleſtes ſpiritus, qui ſunt ante omnia lucentia. Et fecit ſolem. i. ſapientes. In poteſtatem diei, vt per eos maiores luceant. Et lunam, ideſt eccleſiam. Et ſtellas, idest diuerſos ordines. In poteſtatem noctis, vt per hæc quoq; minores luceant.

*Myſticè.*

*† extento*

c *Qui percuſſit Aegy. Caſſ.* Secunda pars vbi dicit quæ in Aegypto fecit, & gēte Iudæorum ſub figura noſtri. Iam incipit, quæ per homines vel per angelos fecit.

*† percuſſit † excelſo*

d *Cum pri. eo. Caſſ.* Primogenita Aegypti percuſſit, qñ gloriam ſeculi dānauit, quæ putabatur præcipua. Luxus .n. ſuperbia, auaritia ſunt q primōgenerat venter, & velut charos filios amplectitur, ſed Deus à te excludit.

e *In manu po. Caſſ.* Manus Dei, inuincibilis actio, quæ à brachio venit, id eſt ab omnipotentia ſingulari.

f *Diuiſit. Caſſ.* Ad literam, in diuiſiones duode. pro numero tribuum, vt ſingulę tribus ſuas vias eundi haberent. Typicè: Sic per vias varias ad Deū de mundo tranſitur. Per mare rubrum ſeculum accipitur.

*Exo. 14. f* *Typicè.* B

g *Et excuſſit Pha. Caſſ.* Diabolum cum miniſtris excuſſit vt puluerem, qui celeriter excutitur. In hac celeritate, & virtus deitatis oſtendit & illi, terrenę ſordes indicant quas ſolem excutere. h *Pharaonem. Aug.* Congruè per Pharaonem diabolus intelligitur. Pharao maſculos necat, fœminas ſeruat: ita diabolus virtutes præfocat, concupiſcentiam nutrit.

i *Et ded. terram eorum hære. Caſſ.* Tertia pars vbi deſcendit ad Chriſtianos, ex ponens beneficia eis data, vt ſic vnum autorē omniū ſcias. K *Iſrael ſeruo ſuo.* Accipit p Iſrael ſeruum Chriſtū. Vel per Iſrael ſeruum, accipit Chriſtianos quibus data eſt promiſſio Iudæorum. Et eſt ſenſus, prædicta beneficia ad literam contulit Iudæis. Et dedit terram eorum hæreditatem. Hæreditatem Iſrael ſeruo, idest promiſſionem eis ſub figura factam dedit Chriſtianis. Dedit terram: etſi hoc videatur de Heb. ad Chriſtianos pertinet, quibus datur promiſſio illis facta, ad quos propriè pertinet humilitas, quàm Chriſtus docuit quos & redemit. pro Heb. n. nullū dedit pretiū Aegyptijs.

a Omni

a ¶Hæc per ſe ſolus. ¶Quæ b ¶Sapientiæ domini. ¶Vel poteſtas eſt diei, quo omnia declarantur. ¶idest ſpiritualibus, vt poſſint lucere.

quoniam. Solem in poteſtatē diei:

a ¶Eccleſiam. ¶Donum ſcientiæ. b ¶Diuerſos ordines. c ¶Vt ſint lux noctis. ¶Alia minora dona, quæ noctu dantur.

quoniā. Lunam & ſtellas in poteſta

a ¶Aug. Percuſſit: & ſeculum cum his quæ præcipua putantur in ſeculo.

tem noctis: quoniā. Qui percuſſit

Ægyptū cum primogenitis eorū:

a ¶Sic & ſanctos de maiorum conuerſatione educit.

quoniam. Qui eduxit Iſrael de me

¶Eduxit.

dio eorum: quoniā. In manu poten

a ¶Hoc eſt brachium, de quo: Brachium domini cui reuelatum eſt.

ti & brachio † excelſo: quoniā: Qui

a ¶Baptiſmum, vt vnus idem q; baptiſmus, alijs ſit in vitam, alijs in pœnam.

diuiſit mare rubrū in diuiſiones:

a ¶Aug. Sic etiam educit innouatum populum per lauacrum regenerationis.

quoniā. Et eduxit Iſrael per mediū

a ¶Aug. Interemit peccata per baptiſmum.

eius: qm. Et † excuſſit Pharaonem

& † virtutē eius in mari rubro: quo-

a ¶Aug. h a & nos per hoc ſeculum, ne in eo pereamus vel hæreamus.

niam. Qui traduxit populum ſuū

¶In ſuis fidelibus.

per deſertum: quoniā. Qui percuſ-

a ¶Diabolicas poteſtates.

ſit reges magnos: quoniā. Et occi-

a ¶Aug. Germen inutile, vel tentationem cedentem.

dit reges fortes: quoniā. Sehon regē

a ¶Amaricantium. b ¶Aug. Coacervantem diabolum.

Amorrhæorū: quoniam. Et Og re-

a ¶Idest confuſioni: ¶Quid coaceruat diabolus, niſi confuſionem?

gem Baſan: quoniā. Et dedit ter-

a ¶Aug. Sic & quod poſſidebat diabolus, dat hæreditatem ſemini Abrahæ, quod eſt Chriſtus.

ram eorū hæreditatē: quoniā. Hęre

ditatē Iſrael ſeruo ſuo: qm. Quia † in

a ¶Aug. Interiori, quæ eſt propria Chriſtianis, vel in dilectione. b ¶Quando aduenit.

humilitāte noſtra mēmor fuit nri:

a ¶Hoc propriè de Chriſtianis. ¶Sanguine vnigeniti ſui.

quoniā. Et redēmit nos ab † inimi-

a ¶Spiritualem. ¶Caro mea verè eſt cibus.

cis noſtris: quoniā. Qui dat eſcam

ſum fuerit in vno tantum loco, partes tamen illius diuiſionis dicuntur hic diuiſiones, quia aquæ erant eis pro muro à dextris & à ſiniſtris. C

h Et eduxit Iſrael per medium eius quoniam. *præbens eis iter ſiccum.*

i Et excuſſit Pharao. & vir. eius. i. exercitum eius.

K In mari rubro. *vbi perſequebantur populum Iſrael ex nimia obſtinatione contra Deum.*

l Qui traduxit populum ſuum per deſer. *40. annis quouſque mortui fuiſſent omnes qui exiuerunt de Aegypto, præter Caleb & Ioſue & filios Leui, eò q territi verbis exploratorum voluerunt reuerti in Aegyptum, vt dictum fuit plenius. Num. 14.*

m Qui percuſſit reges magnos. *Expoſitū eſt hoc pſalmo præcedenti vſque ibi: Hæreditatem Iſrael ſeruo ſuo, incluſiuè, hoc excepto, quòd ille verſus: Et omnia regna Chanaan, non eſt in Hebræo nec in tranſlatione Hieron. & ideo videtur hic appoſitus ab aliquo expoſitore, ſicut ponitur in textu pſalmi præcedentis.*

p Quia in humilitate noſtra. *quia fuimus valde deiecti, & contempti in ſeruitute Aegypti.*

q Memor fuit noſtri. *nos inde liberando, ideo ſubditur,*

r Et rede. nos ab inimicis no. i. *Aegyptijs, qui vitam Iſrael perducebant ad amaritudinem aſſlictionibus duris.*

s Qui dat eſcam omni. *Hic ponitur inuitatio ad Dei laudem ex beneficio collato omni viuenti vita ſenſibili, cum dicitur: Qui dat eſcam omni carni. Viuentia enim vita vegetabili tantum, vt plantæ non habent carnem. Similiter nec angeli in quibus eſt tantum vita intellectiua, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet.* D

¶ a Con-

## MORALITER.

✱ a *Solem in poteſt. diei.* idest Chriſtum diem gloriæ facientem.

b *Lunam & ſtellas in poteſtatem.* Idest beatam virginem & alios ſanctos, qui ſua cōuerſatione tenebras illuminauerunt huius vitæ.

c *Qui percuſſit Aegyptum cum primogenitis eorum.* idest principem tenebrarum, eò quòd Aegyptus interpretatur tenebra, cum aliorum dæmonum caterua.

e *Qui eduxit Iſrael &c.* idest patres ſanctos de inferno.

g *Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones.* Per quod intelligi poteſt Chriſti corpus amaricatum & rubricatum in paſſione. Et fuit etiam diuiſum percuſſione clauorum & lanceæ.

h *Et eduxit.* Nam virtute paſſionis ſaluatus eſt populus Chriſtianus, & diabolus cum ſua virtute confuſus. ideo ſubditur; Et excuſſit Pharaonem.

l *Qui traduxit populum ſuum per deſer.* ſcilicet pœnitentiæ ad patriam gloriæ.

m *Qui percuſſit reges magnos.* idest dæmones, qui Eph. 6. dicuntur principes & poteſtates tenebrarum harum.

n *Sehon regem Amorrhæorum.* Sicut dictum fuit in huius operis principio, eadem res ſignificat diuerſa, & aliquando oppoſita propter diuerſas ſui proprietates: Sicut leo ſignificat Chriſtum propter conſtantiam, & diabolum propter voracitatem: ſic in propoſito per regem Amorrhæorum ſignificatur rex Romanorum, eò quòd Amorrhæi interpretantur populi illuminati, ſicut dictum eſt pſal. præcedenti. Hic autem per ipſum ſignificatur dæmon tentans de inuidia, eò quòd alia interpretatione Amorrhæi interpretantur amari. Inuidi verò ſemper ſunt in amaritudine de aliorū proſperitate. Et ſimiliter per regem Baſan ſignificatus eſt ibi rex Francorum, eò q interpretatur pinguedo, hic autem per ipſum ſignificatur dæmon tentans de rapina, eò q interpretatur bruchus, qui corrodit arborum viridia, & rapit ſimiliter aliorum bona.

o *Et dedit terram eorum.* quia Deus de terra viuentium dæmones expulit: & eam fidelibus conceſſit.

p *Quia in humil.* ſicut enim dæmones inde ceciderunt per ſuperbiam, ſic fideles illuc aſcenderunt per humilitatem.

r *Et rede. nos.* ſuo ſanguine.

s *Qui dat eſcam.* ſua largitate.

✱ a Conſi-

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Solem in po. diei. *quia dies eſt latio ſolis ſuper terram.*

¶ b Lunam & ſtellas in po. no. *i. ad illuminandum noctem.*

c Qui per. Aegy. *Hic ponitur imitatio ad laudem Dei ex beneficijs diuinis collatis Iſraeli, cum dicitur: Qui percuſſit Aegyptum &c. nouem plagis propter populum Iſrael liberandum.*

*Exo. 7. vſq; ad 14.* d Cum primogenitis eorum. *Iſta fuit decima plaga.*

*Exo. 12. e* e Qui eduxit Iſrael &c. eorum. *idest Aegyptiorum.*

f In manu po. & brachio excelſo. *Timebant enim omnes Aegyptij mori, ſi populus Iſrael amplius detineretur in Aegypto.*

*Ibidem.* g Qui diuiſit mare ru. in di. *Et hoc dixerunt aliqui, q mare rubrum fuit diuiſum in 12. locis, ita quòd quælibet tribus habuit viam per ſe diſtinctam ab alijs. Sed hoc fuit improbatum, Exo. 14. Et licet mare diuiſum*

*Exo. 14. f*



¶ a Omni car. *Aug.* Omni generi hominum, Iſrael & gentium, non ſicut māna ſoli Iudæo.

## NIC. DE LY.

¶ a Confite. Deo. *Licet enim ſit Deus totius creaturæ, tamen ſpeciali modo dicitur Deus cœli eò, q videtur ibi clarè.*

b Conſi.

omni carni: quoniam. Confitemi

a ¶Aug. Hoc eſt quod ſupra, Deo deorum. vnde & hic repetit: quod ibi ſubiunxit.

ni Deo cœli: quoniam. Confite-

¶Ideo confitemini.

mini domino dominorum: quoniā in æternum miſericordia eius.

b Conſi. domino do. *Totus iſte verſus videtur hic appoſitus ab aliquo expoſitore, quia non eſt in Hebræo, nec in transla. Hie.* C

## MORALITER.

✱ a *Conſi. Deo.* Licet enim ſit Deus omnium generaliter, dicitur tamen Deus cœli, eò q ibi uidetur facialiter.

b *Conſi. do. do.* Exponatur ut ſupra.

† Confitemini domino &c. hic verſus non eſt in Heb.

*In pſal. 135. Confitemini. vbi dicitur in poſtil. Et notandum, quod in quolibet verſu.*

## ADDITIO.

¶ Non videtur neceſſarium eſſe reddere rationem de numero horum verſuum. Tū quia in alijs pſalmis fuit appoſita illa clauſula. ſ. Quoniam in æternum miſericordia eius, ſub alio numero, vt patet in pſal. Confitemini. & in alijs. Tum quia quilibet verſus habet ſpecialem rationem regratiandi Deo & laudandi miſericordiam eius, vt patet intuenti: vnde rationabiliter noſtri ſancti doctores, qui vlterius rationes pertinentes ad ſenſum ſpiritualem ſcrutati ſunt, non curauerunt de reddenda ratione huius numeri. Dixerunt tñ quod iſte pſal. inter alios eſt notandus, quia habet omnes verſus vniſones, & quicquid ibi dicitur ad miſericordiam Dei refertur. Ratio autē aſſignata ab ipſo Ra. Sa. inualida vr. Tum quia non minus attribuē da eſt ſuſtentatio mundi miſericordiæ diuinæ poſt dationem legis quàm ante: imò fortè magis. Tum quia ſi iſtæ generationes numerentur per Iudam filiū Iacob, ſicut in genealogia Chriſti, tunc erūt 28. generationes. quod patet ſic. Nam Iuda poſito loco Leui fratris ſui: conſtat q Iudas genuit Phares, qui Eſron, qui Aram, qui Aminadab, qui Naaſon, in cuius generatione data eſt lex, quibus generationibus additis ſupradictis alijs vſque ad Iacob, incluſiuè ſunt 28. generationes: & etiam ſi per Leui computentur, ſunt 27. vt patet diſcurrenti per eas. Si fortè quis de huiuſmodi numero omnino vult habere aliqualem myſticam rationem, poteſt eam accipere ſic. Nam ſecundum computationem euangelicam Matt. à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis fuerunt generationes 14. & à tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtum generationes 14. & ſic ſunt à Dauid vſque ad Chriſtum generationes 28. à quibus ſi ſubtrahantur duæ generationes, ſcilicet Dauid & Salomonis, remanent 26. quæ incipiunt à generatione Roboam, in qua filij Iſrael receſſerunt non ſolum à regno Dauid & à Deo inſtituto, ſed à cultu diuino, facientes ſibi publicè vitulos argenteos: & ſic conſequenter in illis generationibus pro maiori parte deuiauerunt à via domini vſque ad generationem Chriſti, in quo reformata ſunt omnia ſecundum ſufficientiam. vnde prædictæ 26. generationes videntur in miſericordia Dei ſuſtentari. *Matt. 1. a*

## GLO. ORDIN.

¶ a *Pſalmus Dauid. Caſſ.* Tertius pſalmus de lamētatione Ieruſalē. De hoc, quia à Babylonijs deſtructa, procedūt alij duo .ſ. Vt quid Deus repuliſti: vbi agitur de captiuitate facta à Romanis. Et: Deus venerunt, vbi agitur de vaſtatione facta ſub Antiocho, hic autem de captiuitate facta à Nabuchodonoſor. *Aug.* Duæ ciuitates ſunt permiſtæ corpore, ſeparatę corde, Ieruſalem & Babylonia. Tenetur autē Ieruſalem captiua in Babylonia, ſed non tota: Ciues .n. eius angeli ſunt ois miſeriæ exortes: ſed tenetur captiua ſecundū homines prædeſtinatos ad gloriam, qui per peccatū captiui ſunt, & à patria peregrini. De ea ergo captiua per peccatū hic agit: De reditu ſupra in Te decet hymnus Deus in Sion, ibi dī: Te decet hymnus in Sion: hic, Super flu. Babylonis ſedimus & fleuimus. In atrijs Ieruſalem ſtamus ſpe, hic ſedemus humiles penitendo, confitendo. *Aug.* Habet Babylonia amatores ſuos, pro repub. laborantes: ſed quicunq; in ea non ſuperbè, ſed fideliter verſantur, vt quantum intelligunt, fidē exhibeant quā pſit: & quibus pſit, eos non ſinit Deus perire in Babylonia. Intellexit charitatem eorum, & oſtendit eis aliam ciuitatem pro qua laborēt. Vnde dicit Ieſus: Qui in modico fidelis eſt, & i magno fidelis eſt. Et rurſus: Si in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt, quis dabit vobis? De talibus tamen non agit hic Pſal. ſed de illis qui mente & deſiderio ſunt ciues Ieruſalē.

a ¶Iuxta. b ¶Quia agit de captiuitate Iudæorum quam defleuit Ieremias in figura noſtri qui ſpiritualiter captiui tenemur.

a Pſalmus Dauid propter Ieremiam CXXXVI.

a ¶Omnia quæ hic amantur, & tranſeunt, q attendentes ſancti: non ſe eis amore immiſcent, ſed ſupra ſedent contēnendo & flent. ¶Vel eos qui rapiuntur, vel ſe qui capiuntur. ibi ſunt.

S† Vper flumina Babylo

a ¶In tam nobili loco. b ¶Humiliati.

nis illic ſedimus & fleuimus: dū re

a ¶Non de alia re vt multi. b ¶Vbi nihil fluit. c ¶Sed. ¶Idest malis.

cordaremur tui Sion. † In ſalicibus i

a ¶Quæ ſunt. b ¶Babylonis. c ¶Diſtulimus. ¶Subtraximus. d ¶Scripturas & promiſſa Dei.

mēdio eius, ſuſpendimus † organa

a ¶Quare? b ¶In Babylonia, c ¶Tentantes, non proficientes.

nra. Quia illi c † interrogauerūt nos

a ¶Diabolus & angeli eius qui interrogare dicuntur: dum illi interrogant in quibus operantur. b ¶Rationes aggratulationis noſtræ. b ¶Alias cantiorum.

quicaptiuos duxerūt nos vērba cān

a ¶A ſocietate angelorum. ¶Alias adduxerunt. ¶Ad has miſerias. ¶Vbi interrogauerunt verba cantionum dicentes.

tionū. † Et qui abduxerūt nos; hym

num cantate nobis de canticis Siō.

## GLO. ORD. PSAL. CXXXVI.

S*Vper flu. Caſſ.* Primò, captiuādos lōgè poſt per Nabuchodonoſor (quos defleuit Ieremias) hic ſua mala flere, nec tñ & inter mala obliuiſci Ieruſalem inducit in figura noſtri. Secundò, contra hoſtes ad Deum fit cōuerſio, ibi: Memor eſto. *Caſſ.* Quaſi laudibus ſtatium in domo excitatus, captiuus lamentationem hanc incipit deſiderio patriæ dicēs: Super flumina, &c. *Ibidem.*

c *Dū re. Aug.* In hoſtili terra dulcis recordatio patriæ. Sedimus, nō erecti p ſuperbiā, nec iacentes per ruinam. Fleuimus incolatū. Multi flent fletu Babylonio, qui & gaudēt gaudio Babylonio: quia gaudent lucris, & flēt pro damnis temporalibus vtrunque de Babylonia eſt. *Ibidem.* D

s Mihi autem. *Hic conſequenter Dauid oſtendit ſe habere reuerentiam ad Deum, non ſolum in ſe, ſed in amicis ſuis. Et primò oſtendit in amicis Dei propoſitum. Secundò in eius inimicis oppoſitum, ibi: Si occideris. Circa primum dicit: Mihi autem ni. hono. In Hebræo habetur: Sodales tui. & per hoc intelliguntur angeli ſancti, qui ſunt in ſocietate Dei, & eius amici: de quibus dixit Dauid in pſal. præcedenti: In conſpectu angelorum pſallam tibi.*

t Nimis confortatus eſt. *ideſt firmiter ſtabilitus.*

u Principatus eorum. *Angeli enim ſancti per ordines trium hierarchiarum ſunt diſtincti. Hierarchia verò eſt idem quod ſacer principatus. Et quia iſtę tres hierarchiæ, & tres ordines in ſingulis hierarchijs immobiliter ſtabiliuntur, ideo conuenienter dicitur: Nimis confortatus eſt prin. eorum. Et quia angeli ſunt in maximo numero, ſecundum illud Iob: Nunquid eſt numerus militum eius, ideo ſubditur:* *Iob.25.*

x Dinumerabo &c. *ideſt ſi vellem eos numerare non poſſem, ſicut nec maris arenam. Videmus enim ſenſibiliter, quòd corpora cæleſtia* ¶ quæ



G A tur. Q. tam innumerabiles nati ſunt per illos, qui per diem errauerunt, quam innumerabilis eſt arena. Et dum ait: Dinumerabo, oſtendit quòd Deo numerabiles ſunt. Subdens verò, ſuper arenam, oſtendit nobis innumerabiles eſſe: vnde, & in promiſſione dictum eſt Abrahæ: Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam maris.

a *Adhuc ſum tecum.* Sicut ante mortem, quod putauerunt ſe tuliſſe Iudæi. Vel, adhuc, ideſt ipſa morte, qđ non videtur de mortuo. Vel, etſi reſurrectio ſit ſignum deitatis, tamen adhuc ſum occultus pluribus, tecũ, id eſt vt tu. *Auguſt.* Adhuc ſum tecũ. Nondum cum ipſis per notitiam, quia nondum agnoſcunt, quia non mox poſt reſurrectionem Chriſtum agnouerunt. Vel, toto hoc tempore tecum ſum in occulto ad dexteram patris, antequam reueletur in ea claritate, qua venturus eſt.

b *Si occideris. Caßiod.* Quarta pars quomodo à malis non noceatur ei. *Auguſt.* Si occideris. Subdit quid interea patitur pro commiſtione malorum in eccleſia, & per ſeparationem hæreticorum, dicens: Si occideris De. &c. Ordo verborũ: Si occideris. De. p. Accipient, occiſi in vanitate ciuitates ſuas, ideſt populos ſuos vanos, qui inflatos nomine iuſtitiæ ſequuntur vanitate dirupta. Eſt autem occaſio inflatis hæreticis, ſeducentibus populos, ſeparandi ſe, & illos ab vnitate: quia mali ibi ſunt, ideſt in eccleſia quibus nolunt miſceri, & ſunt verè non modo boni quos infamant, ſed & certè mali, & hac occaſione ſe & alios corporaliter à bonis diuidunt. Et etiam ideo, quia monet bonos, vt à malis ſe ſeparent.

B Ideo interponit, viri ſanguinum decli. à me. Quoniam dices (alia litera) in cogitatione, ideſt ideo ſeducunt in ſeparatione propria vanos populos. Quia tu ò Deus dices, ideſt immittes in cogitatione, iuſti, vt dicat malis: Viri ſanguinum, decli. à me. ideſt mones bonos, vt à malis ſe ſeparent, non corpore vel loco, ſed mente, non apertè adhuc, ne & bonos deſerant, ſed puritate vitæ. Quod modo dicit Deus malis in cogitatione bonorum, in iudicio dicet apertè. Amen dico vobis, non noui vos: diſcedite à me.

c *Nonne qui oderunt te domine.* Quaſi, Si occideris, Nonne qui oderunt te. o. il. & ego occidam. *Auguſt.* Quaſi hæretici non intelligentes, accuſant in bonis communionem malorum. Sed quid calumniantur. dicit corpus Chriſti de commiſtione malorum: Nonne qui o. Quaſi ſacramentis malorum, non factis communico. Et zelo domus tuæ ſuper eos tabeſco, ſed tamen, Perfecto odio od. il. i. iniquitates eorũ odi, nõ naturã. Quomodo ergo permiſtione eorũ contaminor?

d *Proba me domine. Auguſt.* Hucuſq; de hæreticis, & alijs eos ſequentibus ab eccleſia ſeparatis, nunc etiam agit de malis vel fictis ſibi coniunctis, quos patitur eccleſia & gemit. *Auguſt.* Q. Hæretici ſe, & alios ſeparant: ergo cum ſeparatis occiſis, & ſuis ſequacibus, reſtent mali inſeparati inter quos gemit eccleſia, quos & patitur, quid ait? Proba ergo me Deus, & ſcito cor meum. Hæc conſcientia eſt, & ſpecies filiæ regis intrinſecus, quæ eſt inter filias, & lilium inter ſpinas. Q. Illi inimici: tu verò Deus Proba. C *Cant.2.*

a ¶Hoc totum ideo: quia. ¶A morte. b ¶Donec omnibus videar in iudicio.

a multiplicabuntur: exurrexi, & ad- a b

a ¶Tecum ſum, ſed tamen adhuc patior ab hæreticis in corpore meo. ¶Si id eſt quãdo. b ¶In futuro. ¶Cum per ſuperbiam amittunt gratiam.

b huc ſum tecum. Si occideris Deus c

a ¶Hæreticos qui faſtu ſuperbiæ ab alijs ſe diuidunt. b ¶Dicens. c ¶Qui oderunt fratres.

peccatores: uiri ſanguinum † decli- d

a ¶De præconibus meis. b ¶Quod peius eſt quam in ore.

nate à me. † Quia dicitis in cogita e

a ¶Non quidem in æternitate. b ¶Populos ſuos.

tione: Accipiant in vanitate ciuita- f

c tes ſuas. Nonne † qui oderunt te do- g

a ¶Zelo domus tuæ vidi inſenſatos, & tabeſ.

mine, oderam: & ſuper inimicos h

a ¶Iraſcendo peccatis eorum. b ¶Vtique quia &.

tuos tabeſcebã. Perfecto odio ode- i

a ¶Ipſi hæretici. ¶Non ſanctum Dei.

rã illos: & inimici facti ſunt mihi.

a ¶Quam liberè cuncta egerim. b ¶Tu quod non poteſt homo, non hæreticus. c ¶Pro ideſt. d ¶Quia non conſentio factis malorum.

d Proba me Deus, et ſcito cor meũ: k

a ¶Quaſi quæſtionibus interrogatus non poteſt negare quæ geſta ſunt. b ¶Conſilia & cogitationes.

interroga me, & cognoſce ſemitas l m

¶Vt quid.

meas. Et vide ſi via iniquitatis in n o

a ¶Faciendo vel conſentiendo. Si quid autem inuenis in via mea quod diſpliceat, quia via mea mortalis eſt. b ¶Tu. c ¶Hominem ad dexteram tuam. d ¶Quę eſt Chriſtus, vbi nulla eſt iniquitas. quia ſi quis pereat, aduocatum habemus apud patrem Ieſum. ¶Chriſtus æternus eſt qui dixit: Ego ſum via. e ¶Ideſt per verbum tibi coæternum.

me eſt, & deduc me in via æterna. p

NICO. DE LYRA.

¶ *quæ ſunt incorruptibilia, ſupra modum excedunt corpora elementaria, & miſta quæ ſunt corruptibilia in continua quantitate. Et eodem modò valde probabile eſt, quòd angeli qui ſunt adhuc ſuperioris naturæ excedant in numero omnem corporalem creaturam. Propter quod dicitur in Daniele: Milia milium miniſtrabant ei, & decies milies centena milia aſſiſtebant ei, vbi deſignatur maxima multitudo angelorum nobis incognita per replicationem, & multiplicationem maximorum numerorum. Et quia propheta Dauid cognouit per reuelationem ſe futurum in ſocietate angelorum, ad quam electi aſſumuntur. ideo ſubditur:* *Dan.7.c* — † diſcedit

a Exurrexi. *per tuam gratiam à peccatis quæ commiſi, ſcilicet adulterij cum Bethſabee; & homicidij Vriæ, & numerationis populi.* *2.Reg.11.c* — *ibid.24.b*

b Et adhuc ſum te. *in præſenti per gratiã, & in futuro per gloriam. de qua loquebatur Dauid per modũ præſentis, propter certitudinem ſibi factæ reuelationis.*

c Si occideris. *Hic conſequenter oſtendit oppoſitum de inimicis Dei, videlicet, quòd non ſunt honorabiles ſibi, ſed magis deteſtabiles dicens: Si occi. Deus peccatores. Et accipitur hic ſi, pro quia: vt ſit ſenſus: Quia certum eſt, quòd tu occides peccatores obſtinatos morte gehennæ, quæ dicitur mors ſecunda, in Apoc. ideo ſupple dico:* *Apoc.20.g*

d Viri ſanguinem declinate. *Quia horreo etiam vos videre. Cuius cauſa ſubditur cum dicitur:*

e Quia di. *in cogitatione ſcilicet veſtra.*

f Accipiant in va. *Viri enim ſanguinum ſemper cogitant, quomodo poſſint alienas ciuitates & loca capere, populum occidere, & bona rapere: & iſtud procedit ex vanitate ſuperbię exiſtentis in eis. Et quia tales ſunt Deo, & hominibus iuſtis odibiles, ideo ſubdit Dauid:* D

g Nonne qui oderunt te domine. *q.d. ſic: quia eorum vitium eſt odiendum bonis hominibus, ſicut eſt odioſum Deo.*

h Et ſuper inimicos tuos tabeſcebam. *id eſt reſoluebar interius ex zelo iuſtitię tuæ, contra eos iratus, ideo ſubditur:*

i Perfecto odio oderam illos. *Et quia homo iuſtus ſemper debet timere, ne in tali zelo excedat modum, & incurrat aliquod peccatum ſaltem leue, ideo ſubdit Dauid:*

K Proba me Deus, & ſcito, &c. *id eſt fac me ſcire ea quæ latent in meo corde. Probatio enim Dei non eſt ad hoc quòd ipſe notitiam accipiat, ſed alius, ſicut dictum fuit in principio huius pſal.*

l Interroga me, & cogno. *ideſt fac me cognoſcere.*

m Semitas meas. *ideſt facta & cognita mea occulta.*

n Et vide. *ideſt fac me videre.*

o Si via ini. in me eſt. *i. aliqua latens culpa, vt per veram pœnitentiam expediar ab ipſa.*

p Et deduc me in via æterna. *ideſt ad beatitudinem æternam, ad quam nullus poteſt peruenire, niſi fuerit totaliter expeditus à peccato, ſecundum quod dicitur in Apoc. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum. Moralitas huius pſal. eſt quòd quilibet exemplo Dauid diligenter conſideret Dei notitiam omnia intuentem, & attendat ipſum vbiq; præſentem, & ſic aſſurgat ad Dei ſanctorumq; eius reuerentiam, & ad deteſtationem iniquorum.* *Apoc.21.g* — *Moraliter.*

*In pſal. 138. Domine probaſti me, vbi dicitur in poſtil. De materia huius pſal.*

ADDITIO.

¶ Licet multa in hoc pſal. ponantur ad excellentiam diuinam pertinentia: tamen principalis intentio Pſalmiſtæ in eo videtur eſſe quædam concluſio ſupplicatoria, quam in duobus vltimis verſibus ponit. ſ. cum dicit: Proba me Deus &c. Et vide ſi via iniquitatis in me eſt. Cæteri autem verſus præcedentes à principio pſal. vſque ad illum locum, ſunt quaſi quædam notabilia præambula ad illam ſupplicationem ſeu orationem intentam. Ad cuius declarationem præſupponenda ſunt quædam. Primum eſt, quòd licet de lege communi nullus ſcit certitudinaliter ſe eſſe in gratia. vnde Eccle. Nemo ſcit vtrum ſit dignus odio vel amore. Dauid tamen ex reuelatione diuina ſciebat ſeipſum eſſe in gratia ſpecialiter, cum hunc pſal. compoſuit, qui quidem pſal. ex circunſtantia literæ videtur eſſe factus poſtquam Deus ei dimiſerat peccata quę commiſerat. ſ. homicidij, & adulterij, & numerationis populi. De quorum dimiſſione fuerat certificatus per prophetam Nathan, quo ad prima duo peccata, & de tertio per acceptationem ſui ſacrificij. Et quia remiſſio peccatorum non eſt niſi per gratiam: vnde Apoſt. Iuſtificati per gratiam ipſius, idcirco Dauid pro tunc credendus eſt hoc ſciuiſſe. ſ. ſeipſum eſſe in gratia, licet apud plurimos crederetur non fuiſſe dimiſſa illa peccata ipſi Dauid, de quibus ſupra in pſal. dicebat: Multi dicunt animæ meæ: non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Secundum præſupponendum eſt, quòd Dauid ex hoc non ſciebat certitudinaliter ſe eſſe adepturum gloriam, prout eſt de lege communi, nec de hoc legitur ſibi fuiſſe aliqua reuelatio facta: & ideo in prima parte huius pſal. Deo refert gratias propter

*2.Reg.12.c* — *2.Reg.24.d* — *Rom.3.d*

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E propter iuſtificationem ſuam, & in vltima parte petit certitudinem finalem ſuę ſalutis, ſcilicet in duobus vltimis verſibus prædictis: inter quæ ponit quædam notabilia, tam circa prouidentiam diuinam, quam etiam circa productionem & formationem hominis: quam circa prædeſtinationem ſanctorum, ſimiliter & malorum reprobationem. Circa quæ omnia tredecim facit. Nam primò contra multos philoſophantes qui à cognitione diuina amouebant indiuidua ſeu ſingularia, vt Iob 22. *Iob.22.* Super cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat. Pſal. attribuit Deo perfectam & ſingularem cognitionem de homine. & de hoc dicit: Domine probaſti me, &c. Dicit autem: Probaſti, non vt Deus notitiam accipiat per probationem, ſed ad excludendum quorundam errorem dicentium, quòd diuina cognitio eſt per applicationem vniuerſalium cauſarum ad effectus particulares vel per alios certos modos, mediantibus quibus res cognoſcuntur: quę non pertinet ad Dei cognitionem, ſed deſignat, quòd notitia Dei eſt per euidentiam immediatam: quæ quodammodo aſſimilatur cognitioni humanæ, quæ per experimentalem probationem acquiritur ſine aliquo diſcurſu. A tali enim notitia, ſcilicet experimentali, tota cognitio humana deriuatur, cum nihil ſit in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, vt dicitur primo Poſter. *Ariſt. pri. poſter.* quaſi dicat: Cognitio tua de me eſt probatiſſima abſq; diſcurſu. Similiter eſt intelligendum illud quod infra dicitur: Inueſtigaſti: quod habet referri ad perfectionem cognitionis, non autem ad modum inueſtigationis, quę Deo non pertinet. In hoc autem quòd dicit: Cognouiſti me: oſtendit ipſum fuiſſe à Deo approbatũ ſecundum notitiam approbationis: de qua Apoſt. Nouit dominus qui ſunt eius. *2.Tim.2.c* Conſequenter ſecundò tangit quatuor ſingularia circa hominem, ſcilicet ſeſſionem, & reſurrectionem &c. *Deut.6.b* Pro quo ſciendum, quòd in Deutero. circa explicationem præcepti de dilectione Dei dicitur: Meditaberis, ſcilicet in his quæ ad diuinam dilectionem pertinent. Sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens ſeu cubans atque conſurgens. Quod exponitur ſic: Nam homo debet meditari in his quæ ad dilectionem Dei pertinent, tam in tempore quietis quàm in tempore laboris: ſimiliter in ingreſſu lecti ad dormiendum, & in ingreſſu ad vigilandum. Ad quæ quatuor, licet non eodem ordine: referenda ſunt verba Pſal. in hoc loco, quaſi diceret: Domine tu cognouiſti ſeſſionem meam, ſcilicet an in ſeſſione mea tempore quietis meditor, in his quæ ad dilectionem tuam pertinent. Et reſurrectionem meam, ſcilicet cum ſurgo de lecto ad vigilandum. Et ſemitam meam, ſcilicet cum ambulo in itinere. Et funiculum meum, quod in Hebræo habetur: Accubitum meum,
F ſcilicet cum lectum intro, ad quod translatio noſtra poſſet reduci. Nam lectus eſt homini quaſi funiculus hæreditatis. Cum enim homo in lecto dormiens iacet, nihil aliud videtur habere tanquam proprium ſibi. Et quia iſta quatuor quantum de ſe indifferentia ſunt, quò ad meritum vel demeritum, niſi inquantum cadunt ſub cogitatione hominis ea debitè ordinantis in Deũ vel aliter: idcirco interpoſuit: Intellexiſti cogitationes meas de longe, idest intellexiſti quas cogitationes habeam in huiuſmodi varietatibus meis ſupradictis, ſcilicet vtrum ſint digna mercede vel non. Dicit autem à longe: eò quòd finis cogitationis (qui eſt vltimus in executione & per conſequens longè) eſt principalis quò ad meritum & demeritum: & ideo dicit, quòd Deus cogitationes humanas qualiter perueniant de longe, ſcilicet de fine propriè intelligit. Et ne quis æſtimaret, quòd cognitio diuina circa hominem ſolùm ad quatuor prædicta ſe extenderet, ideo dicit: Et omnes vias meas præuidiſti: vt oſtendat omnes humanas actiones quę per vias intelliguntur, comprehendi in cognitione diuina quę eas ab æterno præuidit. Et reddens rationem quare ſub clauſula vniuerſali comprehendit vias humanas, & non eas diſcurrendo ſpecialiter expreſſit, ſicut inceperat, ſubdit dicens: Quia non eſt ſermo in lingua mea, ſcilicet ſufficiens ad expreſſionem ſingulorum, eo modo quo dicitur in Eccle. *Eccl.1.b* Cunctæ res difficiles, non poteſt eas homo explicare ſermone. Et ne quis putaret, quòd huiuſmodi diuina cognitio ſe extẽdit ſolùm ad præſentia, eò quòd ſunt in actu & non ad præterita & futura, quæ non habent eſſe actuale in ſeipſis, ideo ſubdit: Ecce tu domine cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua. q.d. non ſolùm præſentia, ſed etiam præterita & futura.

Conſequenter tertiò oſtendit quaſdam eminentias ſingulariter, ad cognitionem ſpecialiter Dei pertinentes, & de hoc dicit: Tu formaſti me &c. Ad quod ſciendum, quòd ſecundum Auguſt. in libro de trinita. *Aug. lib.15. de trini.* Vniuerſas creaturas ſpirituales & corporales, non quia ſunt, ideo nouit Deus: ſed ideo ſunt quia nouit. Cuius ratio eſt. Nam ſic ſe habet ſcientia Dei ad omnes res creatas ſicut ſcientia artificis ad artificiata ab ipſo artifice producta. Ad quod oſtendendum poſtquam dixerat: Tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua. ſubdit: Tu formaſti me. acſi dicat: Cognitio tua eſt cauſa meæ formationis modo prædicto. Sed ne putaretur, quòd cognitio ſeu prouidentia diuina non requiritur ad conſeruationem rei poſtquam eſt creata ſeu formata, ſicut non requiritur cognitio artificis finito opere, ideo ſubdit: Et poſuiſti ſuper me manum tuã, exponatur ſicut in poſtilla. Conſequenter quartò, ex prædictis concludit tria mitiſſima circa diuinam cognitionem. Primò cùm dicit: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me. valde enim mirabile eſt, quod cognitio ſit cauſa rerum naturalium cognitarum cùm in creaturis eſt communiter oppoſitum. Secundò dicit
G etiam: Confortata eſt, quia huiuſmodi cognitio ſeu prouidentia diuina ſic eſt confortata, quòd res per eam conſeruantur in eſſe, & ipſa à rebus ſubtracta deficiunt: quod ad maximam fortitudinem pertinet. Tertiò dicit: Et non potero ad eam, ſcilicet vt ab ea qualitercunque poſſem me ſubtrahere. Conſequenter quintò hoc vltimum quod dixerat, declarat, ſcilicet: Non potero ad eam: vt ab ea qualitercunque poſſem me ſubtrahere. Et hoc ex tribus: Primò ex diuinæ præſentiæ immenſitate: quia cum ſit vbiq; nullus poteſt à ſua præſentia abeſſe, & de hoc dicit: Quò ibo à ſpiritu tuo: exponatur ſicut in poſtilla vſque ibi: Si ſumpſero pennas meas diluculo. Cuius ſenſus eſt: Si haberem pennas ſimile diluculo, quod in inſtanti volat ab oriente in occidentem, & ſic cum tanta velocitate tranſirem ad extrema maris: hoc non ſufficeret ad hoc, vt me ſubtrahere poſſem à tua præſentia. Ratio quare: Quia illuc manus tua deducet me. Et hic ponit ſecundam rationem, per quam homo non poſſet ſe ſubtrahere à diuina ſcientia, quæ eſt eadem cum ſua potentia. Et quia Deus per ſuam potentiam eſt vbique, ſicut per ſuam eſſentiam, ideo dicit: Illuc, ſcilicet in extremis maris, vel vbicunque. Deducet me manus tua, ideſt ero ſub poteſtate tua quocunque me deducas, nec potero declinare à deductione tua. Quia tenebit me dextera tua. & ſequitur: Et dixi forſitan tenebræ, vbi ponitur tertia ratio, in qua dicit, quòd homo non poſſet ſe ſubtrahere à cognitione diuina propter tenebroſitatem ſeu obſcuritatem loci: quia nihil in eis latet Deum: & exponatur litera prout in poſtilla. Conſequenter ſextò probat quod vltimò dixerat, ſcilicet quòd Deus cognoſcit & operatur in locis tenebroſis ſicut in luminoſis, & hoc cum dicit: Quia tu poſſediſti renes meos. Renes enim ſunt in corpore humano valde occulti & obtenebrati: quia communiter ſunt operti adipibus & viſceribus animalis: & tamen hoc non obſtante à Deo poſſidentur, & ſic infertur propoſitum: ſed quia non ſolùm Deus poſſidet interiora membra humana, ſed etiam ea format & organizat in vtero matris, ideo ſubdit: Suſcepiſti me de vtero matris meæ. vbi Hebraica litera habet: Pegiſti me in vtero matris meæ. Idem, n. verbum habet hic & Iob 10.c. vbi dicitur: Oſſibus & neruis compegiſti me. & ſic eſt ſenſus: quòd Deus in vtero matris format totam compaginem humani corporis ibi exiſtentis: ad quod neceſſarium requiritur, vt cognitio, & potentia diuina ſe extẽdant etiam in obſcuris & latebris quod erat intentum. Conſequenter ſeptimò, quia in compoſitione organica humani corporis, ſunt quamplurimæ maximæ ſubtilitates, de quibus tam philoſophi, quàm medici tradunt multa, vt Philoſophus in libro de animalibus, & Galenus in ſua anatomia, quæ tamen ipſi philoſophi potentiæ formatiuæ naturali attribuunt. Quod licet ſit verum inſtrumentaliter & ſecundariò: principaliter tamen omnia ſunt attribuenda ſummæ cognitioni, & potentiæ, ſcilicet diuinæ inſtituenti naturam. Idcirco dicit: Confitebor tibi, ſcilicet confeſſione laudis, quia terribiliter magnificatus es. ſ. in compoſitione corporis humani organica. De qua prius dixerat. Quæ tantæ ſubtilitatis eſt, vt in eo, qui eam diligenter conſiderat, non ſolum cauſat admirationem, ſed etiam terrorem. Illa enim quæ magnæ profunditatis ſapientiæ ſunt, terrorem cauſant. Vnde in pſal. dicitur de Deo: Terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. Et ſequitur: Mirabilia opera tua. ſ. in hoc quòd corporis humani diſpoſitio ſupradicta eſt optima ſecundum conuenientiam ad animam humanam, & ad eius operationes, prout Thomas in prima parte. q. 91. arti. 3. in cor.
H q. Et ideo ſubdit: Et anima mea cognoſcet nimis, ideſt cognoſcere poteſt, quòd ad ipſius exiſtentiam, & eius operationes, corpus humanum eſt optimè compaginatum ſeu organizatum: talis enim cognitio exquiſita & completa cadit ſub cognitione humana, vt patet per Galenum in libro de vſu partium, vbi de quolibet membro, & iunctura humani corporis reddit rationem conuenientem ad operationes animæ: vnde reſpectu huius bene dicitur: Et anima mea cognoſcet nimis, quia perfectè talia ab homine cognoſci poſſunt. Quòd autem ſuperius dixerat: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, & non potero ad eam. intelligitur de ſcientia Dei, quæ eſt ſua eſſentia ineffabilis: Hic autem loquitur de operationibus ab ea procedentibus quæ ſub humanę naturę cognitione cadere poſſunt, præſertim illæ quę in humana natura cõtinentur. Conſequenter octauò circa huiuſmodi mirabilia opera Dei dicit: Non eſt occultatum os meum à te. Circa quod attendendum, quòd cum anima humana ſit rationabilis, magis conuenit cum angelis quàm cum animalibus brutis: & ideo quòd ſua creatio cum angelis in primordio fuiſſet facta, videretur eſſe conueniens, quod tamen Deus aliter diſpoſuit. ſ. vt in corpore humano ſibi proportionato crearetur. Et hoc eſt quod dicit: Non eſt occultatum os meum à te. Os enim hic accipitur pro corpulentia humana in vtero matris organizata, quod eſt magnum opus Dei, iuxta illud Eccle. Sicut oſſa compaginata in vtero pręgnantis. Illa autem oſſa ſunt à Deo facta in eſſe completo per infuſionem animæ rationalis, & de hoc dicit: Quod feciſti in occulto & ſubſtantia mea in inferioribus terræ. Subſtantia. n. accipitur pro anima quæ eſt forma eſſentialis, & per conſequens præcipua pars ſubſtantialis ipſius hominis, & ſic Deus os. ſ. corpulentiam in ventre prægnantis fecit cum ſubſtantia ſua, ideſt cum anima in inferioribus terræ, quia in vtero



A in vtero per infuſionem fuit creata: & ſic excludit errorem dicentium, quod anima humana fuit creata cum angelis, quod aliqui voluerunt ex dicti. Auguſt. ſuper Gene. ad literam intelligere: quod tamen ipſe non aſſerendo dicit, vt ibidem patet. Excluditur etiam error dicentium, quòd angeli in virtute diuina cauſant ſeu producunt animas rationales, quod tamen eſt falſum, cum Pſal. ſoli Deo loquens dicit: Quod feciſti in occulto &c. vnde in productione primi hominis dicitur, quòd ſpirauit Deus in faciem hominis ſpiraculum vitæ: in alijs verò animalibus, quæ mediantibus cauſis ſecundis producuntur, dixit: Producat terra, & producant aquæ & huiuſmodi. Conſequenter nonò agit de alio opere Dei magno circa hominem, in hoc ſcilicet quod pertinet ad conſecutionem vltimi finis, ad quem fuit creatus. & de hoc dicit: Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur. Pro quo ſciendum, quòd illi qui à Deo præordinantur ad vitam beatam conſequendam (quæ eſt vltimus finis humanæ vitæ) præeliguntur à Deo non ex meritis eorum futuris: vnde Apoſt. de electione Iacob & reprobatione Eſau tractans dicit: Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid egiſſent boni vel mali, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, quòd maior ſeruiat minori, & hoc eſt, quod dicitur: Imperfectum meum viderunt, & verius: Informe meum. ſecundum Hieron. viderunt oculi tui, quia ſcilicet antequam homo formaretur, nec ſit in rerum natura videtur à Deo, cuius viſio etiam ſe extendit ad non entia. Et ſequitur: Et in libro tuo omnes ſcribentur, quia antequam ſint & aliquid mereantur, omnes iuſti non ſolum prædeſtinati ad finalem gloriam conſequendam, ſed etiam electi ad gratiam qua gloriam merentur, licet eam finaliter non conſequantur, ſcribuntur in libro Dei, ſcilicet vitæ, de quo libro prout refertur ad diuinam prædeſtinationem immobilem nullus deletur: vnde in Apoc. Non delebo nomen eius de libro vitæ, prout autem in ſeipſis homines mutabiles ſunt, deleri poſſunt de hoc libro, iuxta illud pſal. Deleantur de libro viuentium. Vnde cùm dicit: Et in libro tuo omnes ſcribentur, de omnibus poteſt intelligi, non ſolum de prædeſtinatis, qui gloriam finaliter conſequuntur: ſed etiam de his qui ſecundum præſentem iuſtitiam gloriam merentur, licet eam poſtea per eorum defectus amittant. Et ſequitur: Dies formabuntur, & nemo in eis. Ad quod ſciendum, quòd dies in ſcriptura ad literam accipitur quandoque pro ſtatu gratiæ, vt ad Rom. Dies autem appropinquabit. Quandoque autem pro ſtatu gloriæ, vt in pſal. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Et quia in libro Dei
B ſcribuntur, vt dictum eſt, non ſolum illi qui per æternam prædeſtinationem ad gloriam ordinantur, ſed etiam illi qui per præſentem iuſtitiam gloriam merentur, licet eam poſtea, vt dictum eſt, amittant. idcirco dicit in plurali: Dies formabuntur, dies ſcilicet vtrorunque prędictorum formabuntur in libro Dei: quia vtrorunque ordinatio eſt notitia Dei immutabiliter ex parte ſui, licet mutabiliter ex parte eorum qui ſcribuntur. vnde Pſalmiſta de notitia Dei circa huiuſmodi dies dicit: Nouit dominus dies immaculatorum. Et quia hæc notitia in qua formantur iſti dies, eſt ab æterno, antequam ipſi conſcripti in rerum natura eſſent, ideo ſubdit: Et nemo in eis. Nemo ſcriptorum eſt in eis, ſcilicet in diebus formatis modo prædicto. Quòd autem interponit hic poſtillator de libro mortis, non inuenitur in ſacra ſcriptura aliquid dici liber mortis: quia vt dicit ſanctus Thom. in prima parte. q. 24. articu. 1. in reſponſione ad tertium argumentum, non eſt conſuetum conſcribi illos qui repudiantur, ſed eos qui eliguntur: vnde tales non dicuntur ſcribi in aliquo libro Dei, ſcilicet cœleſti, ſed dicuntur in terra ſcribi, iuxta illud Ierem. Recedentes à te in terra ſcribantur. Conſequenter decimò dicit: Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus, & nimis confortatus eſt principatus eorum. Ad cuius declarationem attendendum, quòd quia conſcriptio in libro vitæ de qua fecerat mentionem, eſt merè gratuita, vt dictum eſt: idcirco ſurgit quædam tacita murmuratio contra Deum ab his qui minus bene de diuinis ſentiunt, eò quòd videtur Deus in hoc eſſe acceptor perſonarum: quia ex quo nulla præceſſerunt merita in his qui ab æterno conſcripti ſunt, ſimiliter poterant ibi conſcribi cęteri homines, quorum nec merita nec demerita præceſſerunt. Ad quam tacitam murmurationem Pſalmiſta reſpondet: Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus: hoc eſt dicere, iudicio meo valde ſunt digni honore, quos Deus ex ſua liberalitate recipit in amicos. Q. d. Quos enim Deus ſummè bonus, & ſapiens dignificat, temerarium eſt vt ab hominibus contemnantur, ſed potius honorari debeant. Et illo modo videtur Apoſtolus loqui de iſta materia, cum dicit: Si Deus pro nobis, quis contra nos? quis accuſabit aduerſus electos Dei? &c. quaſi dicat ipſa electio diuina ab æterno pręordinata ſufficit, pro ratione ad hoc quòd tales ſunt digni glorificatione. Et notandum, quòd in hoc verſu videtur Pſalmiſta tangere vtrunque genus conſcriptorum in libro Dei, de quibus Auguſtinus de ciuitate Dei: Quorum vnum eſt eorum qui ſunt conſcripti tantum ſecundum præſentem iuſtitiam per gratiam, & de iſtis dicit: Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus. Amici enim poſſunt dici quicunque ſunt in gratia, dum in ea ſunt. vnde Iohan. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis ea quę pręcipio vobis. Sed conſtat quòd multi implent præcepta diuina, qui tamen poſtea glo- C
riam Dei non conſequuntur propter eorum defectum. Secundum genus conſcriptorum in libro vitæ eſt illorum, qui ſecundum æternam prædeſtinationem conſcribuntur. Et de iſtis propriè intelligitur: Nimis confortatus eſt principatus eorum. Conſcriptio enim talium eſt confortata, quia inuariabilis. Similiter & eſt principatiua, quia omnes tales conſcripti regnant cum Chriſto, & per conſequens: Confortatus eſt principatus eorum. Conſequenter vndecimò oſtendit, quòd conſcriptio prędicta comprehendens vtrunq; genus conſcriptorum eſt valde numeroſa. Licet enim pauci ſunt electi, multi tamen vocati per gratiam qui non attingunt gloriam. ideo ſequitur: Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur: Quod non ſolum poteſt intelligi de ſolis electis per diuinam prædeſtinationem: quia vt dicit Matt. Arcta eſt via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam. *Matt.7.b* Nec etiam de angelis conuenienter intelligitur, quia in hoc pſal. agit tantum de formatione hominis, & de alijs conditionibus humanis: non autem de angelicis. Sequitur autem: Reſurrexi, & adhuc ſum tecum. Pro quo ſciendum, quòd Dauid dum per reuelationem cognouit ſe reſurrexiſſe à peccatis, & per conſequens cognouit ſe eſſe in gratia, vt ſuprà dictum eſt: tamen poſt illam remiſſionem peccatorum procedente tempore non ſciebat certitudinaliter ſe eſſe in gratia, ſed tantum coniecturaliter, inquantum percipiebat ſe diligere amicos Dei, prout in præcedenti verſu, Mihi autem nimis. Similiter & odio habere inimicos Dei prout in verſibus immediatè ſequentibus habetur, & ideo dicit: Reſurrexi, ſcilicet à peccatis, prout mihi fuit reuelatum. Et adhuc ſum tecum, ſcilicet per gratiam, quod quidem ſcio per coniecturas in hoc pſalmo contentas modo prædicto, de quo dicit: Et adhuc ſum tecum. Q. d. adhuc credo quòd tecum ſum, licet non ſciam certitudinaliter. Si enim ſic ſciuiſſet proprius dixiſſet: Reſurrexi, & tecum ſum. Quòd autem poſtillator dixit, quòd Dauid cognouit per reuelationem ſe eſſe futurum in ſocietate angelorum, nullum fundamentum habet in ſacra ſcriptura, imò eius oppoſitum ſtatim in ſequentibus comprobatur. Si enim reuelatum ſibi fuiſſet diuinitus ſe gloriam adepturum, in vanum dixiſſet: Vide ſi via iniquitatis in me eſt, &c. vt patet intuenti. Conſequenter duodecimò oſtendit illud quod coniecturaliter dixerat: Adhuc ſum tecum, ſcilicet per gratiam: & hoc ex nimio zelo, quem habebat contra peccatores, & inimicos Dei: & hoc cum dicit: Si occideris Deus peccatores, ſi pro quia, quia ſcio domine quòd occides peccatores ſcilicet morte ſpirituali, ideo di- D
co: Viri ſanguinum declinate à me. Quorum quendam errorem ad materiam iſtam pertinentem exprimit cum dicit: Quia dicitis in cogitatione, accipiant in vanitate ciuitates ſuas. Cuius ſenſus eſt: Nam hæretici, & alij inimici Dei inuidentes prædeſtinatis, quos Deus ad gloriam præelegit, antequam quicquam mererentur, vt dictum eſt, dicunt de eis detrahendo in cogitationibus ſuis. Accipiant in vanitate ciuitates ſuas, hoc eſt dicere: Illi qui prædeſtinati dicuntur, accipiant ciuitates ſuas, ſcilicet eccleſiam præſentem, & cęleſtem, quarum vnam dicunt accipere per gratiam, & aliam per gloriam: & hoc in vanitate, quia nullis meritis præcedentibus talem prædeſtinationem dicuntur tales ciuitates accipere. Poſſunt etiam iſta verba intelligi dicta eſſe ab hæreticis, qui aliam vitam negant ſicut Saducæi & huiuſmodi. Iſti enim dicunt de iuſtis, quòd accipiunt in vano ciuitates ſuas, quaſi dicerent, quòd in vanum laborant, cum non ſit aliquod præmium æternum in illis ciuitatibus. Et quia talia dicta ſunt horribilia ſanctis viris, ideo dicit: Nonne qui oderunt te domine, oderam? &c. quæ ſatis patent in litera. Conſequenter tertiodecimò ponit conclusionem ſupplicatoriam quam principaliter in hoc pſalmo intendit, & hoc cum dicit: Proba me Deus &c. Circa quod primo aſpectu ad literam dubium occurrit, ſcilicet: Quomodo Pſalmiſta qui in principio huius pſalmi teſtatus eſt. Domine probaſti me, & cognouiſti me &c. modo quærit: Proba me Deus, & tenta me. Si enim eum iam probauerat Deus, & cognouerat, ſuperfluè & inutiliter videtur petere, vt iterum probetur. Ad quod ſciendum correſpondenter ad prædicta, quod probatio primo modo dicta, & cognitio ſeu approbatio, intelligenda eſt quò ad præſentem iuſtitiam ſcilicet vtrum Dauid eſſet in ſtatu gratiæ: & quia Dauid de hoc iam erat certificatus, vt prædictum eſt, ideo dixit: Domine probaſti me, & cognouiſti, ideſt approbaſti, vt dictum eſt. Sed probatio hic ſecundò loco data, intelligenda eſt quò ad æternam prædeſtinationem, ſcilicet vtrum Dauid eſſet ſecurus ad gloriam finaliter conſequendam, quòd ipſi Dauid non conſtabat certitudinaliter per reuelationem: vnde rationabiliter timebat filiali timore, ne forte incurreret in aliquam Dei offenſam, ex qua impediretur à conſecutione gloriæ, eo modo quo dicitur: Si quis ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Et ideo petit iterum à Deo probari, & ſubdit: Et vide, ſi via iniquitatis in me eſt. *1.Cor.10.c* Vbi nota, quòd non dixit: Si iniquitas in me eſt, quia licet certitudinaliter ſciuiſſet per reuelationem non eſſe in ipſo iniquitatem, vt dictum eſt, propter quod dixerat alibi: Probaſti cor meum, & non eſt inuenta in me iniquitas. *Pſal.16.a* Non tamen ſciebat, ſi erat in eo aliqua via iniquitatis, ſcilicet diſpoſitio tendendi ad iniquitatem, quod poteſt eſſe in exiſtentibus in gratia, & ſic petit vt non

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E vt non permittatur à Deo tendere in talem viam. vnde dicit: Deduc me in via æterna.i.ad æternam vitam conſequendam. Qualiter autem intelligatur hæc probatio reſpectu Dei probantis, dictũ eſt in principio pſal. Et nota q ibi dixerat. Domine probaſti me, & cognouiſti me, ideſt approbaſti, vt dictum eſt: ſed hic non dixit: Proba me & cognoſce me. i. approba me, q a prima approbatio erat de præterito & præſenti, quæ erant iam immutabiliter approbata: ſed ſecunda approbatio eſt de futuro, quod reſpectu flexibilitatis humanæ ſemper habet naturam contingentis adeo non propriè peteretur approbari, ſed magis propriè petitur deductio in via æterna.

R E P L I C A.

IN pſal. Domine probaſti. Burg. Introducendo materiam pſal. ſecundum ſuam applicationem, quæ non eſt directè contra poſtil. dicit Dauid ſe ſciuiſſe abſolutum à culpa, & eſſe in gratia, quamuis opinio multorum fuit ad contrarium, & ſic hic ponitur quod ſæpe in odium poſtil. improbauit, ſicque ſæpius ſibijpſi contradicit. Circa illum paſſum: Et anima mea cognoſcet nimis.ſ. opera mirabilia domini, prout in pſal. enumerantur, glo. Burg. exponit: Cognoſcet nimis.ſ. perfectè, vt inquit talia ab homine perfectè cognoſci poſſunt. Allegat ad hoc ea quæ ſcripſit Galenus. Sed attendat Burgen. quid Ariſtoteles de hoc ſentit dicens: Ea quæ ſcimus, minima ſunt in comparationem eorum quæ ignoramus, & 1. phyſico. dicit: Tunc arbitramur vnũquodq; ſcire.ſ. perfectè, cum cauſas cognoſcimus, & principia vſque ad elementa. Differentiæ enim propriæ rerum quæ ſumuntur à proprijs principijs ſunt nobis ignotæ, quantum enim de eis dicere vel ſcribere poterit, ſolum ſunt circumlocutiones ſecundum doctrinam eiuſdem Ariſtotelis. Omnis noſtra cognitio intellectualis ortum habet à ſenſu. Oportet enim intelligentem phantaſmata ſpeculari, 3. de anima. Senſus autem ſolum oſtendit accidentia, ex 2. de ani. quæ quamuis magnam vim conferunt ad cognoſcendũ quod quid eſt, hoc ſolum eſt argutiuè. Intellectus enim coniunctus, etſi abſtractiuè cognoſcit naturam ſubſtantiæ, vix tamen vel nullatenus intuitiuè: cognitio autem rerum ex ſuis operationibus & alijs accidentibus, non eſt niſi argutiua, & à poſteriori: non igitur perfecta. Pſalmiſta igitur fortaſſe voluit dicere, quòd mirabilia Dei cognoſceret nimis, ideſt perfectè, non ex ſcientiæ acquiſitione, ſed

*Ariſt. pri. phy. t. co. 1.*

*Idẽ 3. de anima t. co. 39. Idem 2. de ani. t. co. 134*

F diuina inſpiratione: & hoc bene credo. Sed de libro vitæ, quæ hic dicuntur vide ſupra Exo. 32. correctorio vlti. Id autem quod interponit poſtil. quòd reprobi poſſunt dici in libro mortis, ſicut electi in libro vitæ, hoc eſt Burgen. valde moleſtum: quia, vt inquit, in ſacra ſcriptura non dicit de tali libro. Hæc eſt Burgen. conſueta ratio ſeu inualida, & errori Vuiklef & Boemorum valde propinqua. Nec poſtil. talem librum mortis ponit ſecundum rem, ſed ſecundum dici. Et illud dici poteſt fundari ſuper argumento à contrario ſenſu, quod Burgen. ſæpe grandipendit. Poteſt etiam fundari ſuper regulam: Sicut propoſitum in propoſito, ita oppoſitum in oppoſito: ſi ſaltem alterum ineſſet à natura. Nec Burg. reddit rationem: Cum aliqui dicantur ſcripti, quorum nec merita nec demerita proceſſerunt, quare non poteſt dici hoc de omnibus quòd eadem ratione ſint ſcripti? ſecundum enim irradiationem idealem difficile eſt negare omnes homines, imò omnes res fore in proſpectu diuinæ cognitionis. Et ſecundum hunc modum omnes dicuntur ſcriptæ ſicut pictæ. Alanus enim de planctu naturæ ea ratione dixit, veſtem Phroneſis omnium rerum formas quaſi depictas continere. Sed quòd de hominibus omnibus

*Exo. 32. g*

*Alanus de planctu naturæ. Veſtis Phroneſis.*

bus ſecundum illum modum ſcriptis, aliqui ſint prædeſtinati, aliqui præſciti, hoc prouenit ex determinatione diuinæ voluntatis ſecundum doctrinam doctoris ſubtilis. Hæc autem determinatio diuinæ voluntatis, cum ſit reſpectus ad extrà ad diuinam voluntatem terminatus, non in ea fundatus: ſi ponatur nunc ſcriptio, nunc dilectio, nulla ſequitur, ex hoc in diuina voluntate mutatio: ſicut nec ex alijs reſpectibus, ſcilicet creationis, incarnationis, &c. Burgen. etiam illum paſſum: Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui, exponens de hominibus, non de angelis, prout poſtillator facit, modicam adducit rationem ſcilicet propter hoc quod dicit Matthæus: Arcta eſt via &c. &: Multi ſunt vocati, pauci verò electi. Burgenſis non audet exponere amicos Dei ſolos electos, qui pauci ſunt, propter hoc quod ſequitur hic: Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur: ideo exponit amicos Dei de omnibus præteritis, præſentibus, & futuris, qui ſunt amici ſecundum præſentem iuſtitiam, etſi non ſecundum æternam prædeſtinationem, ſed videtur quòd per hyperbolicam locutionem Burgen. ad ſic dicendum non fuit compulſus. Quamuis enim electi in comparatione ad reprobos ſint pauci, abſolutè tamen intelligendo non ſunt ita pauci, quin humanam notitiam excedant ſub ſola numeratione diuina comprehenſi: quia in Apocalip. poſt viſa multa milia ſanctorum deſcripta dicitur: Poſt hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat &c. Non eſt inquam Burgen. compulſus ad dicendum eos Dei amicos, qui antequam nati fuerunt, fuerunt à Deo oditi: quia in æterna præſcientia nullum actum poſitiuum Deus habuit circa præſcitos niſi præuidendo eorum eſſe naturæ ſecundum doctrinam Scoti lib. 2. diſtin. 41. Et idem iudicium eſt de omnibus præſcitis. De Eſau autem ſcribit Malach. quòd fuerit oditus antequam natus. Et ſi ipſe vel quicunque alius fuerit amicus ſecundum præſentem iuſtitiam, hoc eſt ſolum ſecundum dic non ſecundum eſſe. Nam dicitur in Prouerb. Omni tempore diligit, qui eſt amicus. Planior igitur eſt expoſitio poſtilla. de angelis, quamuis etiam de electis hominibus ſit abſurda. Et cum poſtillator dixit hic Dauid fuiſſe reuelatum quòd eſſet futurus in gloria, in ſocietate Dei. Burgen. obijcit per argumentum ſuum conſuetum, apud hæreticos commune, videlicet: Non habetur in ſcriptura ſacra, igitur non eſt credendum. Arguit autem ex ſcriptura oppoſitum, vt ipſe putat & arguit ſic. Infra ſcribitur: Et vide ſi via iniquitatis in me eſt, &c. Vanè dixiſſet ſic Dauid, ſi fuiſſet ſibi reuelatum, quòd eſſet futurus in gloria. Ad hoc dico dupliciter. Primò quòd Dauid hoc dixit non

G

H habendo reſpectum ad factam ſibi reuelationem, ſed ad zelum quem dixit habuiſſe contra iniquos, ne fortè ſi eſſet exceſſiuus ſic quòd diſtrahere poſſet à beatitudine ſibi reuelata, quòd tunc Deus zelum ſuum moderando ducat in vita æterna. Secundò reſpondeo, quòd quia Dauid ſciuit Dei potentiam illis reuelationibus non eſſe alligatam, nec viatoris liberum arbitrium huiuſmodi reuelationibus limitatum: quinimo cum eis conſtat, contingentia ad vtrunlibet: quare probabiliter habuit dubitare an reuelatio proceſſiſſet ex diuina diffinitione, ſicut diſtingui ſolent propheticæ comminationis, & diffinitionis, ideo Dauid non fruſtra dixit: Et vide, ſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in via æterna &c. Sicut enim contingit præſcitum eſſe in via ſecundum præſentem iuſtitiam, ſic contingit prædeſtinatum non obſtantibus reuelationibus eſſe extra viam ſecundum præſentem iuſtitiam: quia aliàs ſequeretur error, quòd gratia ſemel habita amitti non poſſit, ſi vera fuit: quia reprobatur. de pœn. diſt. 2. §. Charitas. Et poteſt etiam hic dici breuiter, q Dauid fruſtra non dixit: quia bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt, inquit bea. Greg. & habetur 5. diſtin. Ad eius.

GLOS. ORDIN.

*Enar. pſal. 139. to. 8.*

a *In finem pſal. Dauid. Aug.* Conqueſtio gemitus, oratio corporis Chriſti inter malos conſtituti nondum habentis in re: ſed in ſpe bonum, vbi eſt plena exultatio. Monet, vt contra mala ſeculi Deum oremus.

*+ Cuſtodiet intrà.*

GLOS. ORDINARIA.

PSAL. CXXXIX.

*Super pſal. 139. Diuiſio.*

E*Ripe me domine ab homine. Caſ.* Prius proponit qui hoſtes quæ mala monent, opponens eis præces. Secundò, dicit quod auxilium habet contra mala, ibi: Dixi domino. Tertiò, quæ ſint mala inimicorum aperit, ibi: Caput. Eccleſia ergo inter malos laborans clamat.

a *A viro*

a ¶Chriſtum. b ¶Dirigens. ¶Eſt. c ¶Eccleſiæ quæ hic loquitur.

a In finem pſalmus Dauid CXXXIX.

b E†Ripe me domine a

a ¶Aug. Non ab vno, ſed à toto genere cũ principe diabolo, qui homo dicitur in figura. vnde: Inimicus homo hoc fecit, qui ſuperſeminauit zizania: & vir, quia fortis ad nocendum.

ab homine † malo:

NICO. DE LYRA. PSAL. CXXXIX.

ERipe me. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in tranſlatione Hiero. Ad victoriam pſal. Dauid. Et patet ſententia ex dictis in tit. pſal. præcedentis. De materia verò huius pſal. vt ex circunſtantia litera, q fuerit ab eo fa*

¶ *Ibus*

MORALITER.

✱ a *Eri. me.* Sicut dixi in expoſitione literali pſal. iſtũ vr feciſſe Dauid, cũ Saulẽ perſequeretur petens, vt ab eo liberaretur. Moraliter per Saulem qui abutens interpretatur diabolus, qui bonis naturalibus à Deo ſibi datis abutitur ſignificatur, propter quod iſte pſal. eſſe poteſt oratio cuiuſlibet fidelis vexati tentationibus dæmonis diuinitus liberari deuotè petentis. Et ſic dicit: Eripe me &c. i. à diabolo. de quo dicitur in Matt. Inimicus homo ſuperſeminauit zizania.

✱ b *Qui*



a *A viro iniquo. Aug.* Iniquus eſt qui nocet. vnde cum dixiſſet: Ab homine malo, quaſi exponens ſubiunxit. A viro iniquo ſignificare volens, quòd omnis malus iniquus: quia vel ſibi vel alij nocet. Et alij quidẽ nocet, vel mox vt malus eſt, vel poſtea. Sunt enim quidam mali qui nõ videntur iniqui, quia non ſunt ſæui, non aſperi, non perſequentes, & preſſuras hominibus facientes: ſed tamen luxurioſi, ebrioſi, voluptatibus dediti, qui etſi alijs nocere nõ videntur, ſibi tamen nocent, & ita non ſunt innocentes. Innocens enĩ eſt, qui nec ſibi nec alij nocet. Si quis tamen altè conſideret, etiam alijs nocet, ſaltẽ exemplo, quia viuit tecum: & ad id quod agit inuitat: poſtea verò nocebit etiam opere. Cũ.n. quæ habet, voluptuosè viuendo cõſumpſerit, poſtea rapit alijs qđ effundere poſſit. Ex voluptate ergo & luxuria, quibus alijs nocere nõ videbatur, procedit quò te pungat. Sicut ſpinæ in radice lenes, ſed inde ꝓcedit quod pungit. Incendatur ergo radix, & nõ eſt vnde procedat ſpina. Ita dum quis voluptuosè viuit, nulli nocere vr: ſed poſt rapit qđ effundat. Corrigatur ergo voluptas tanquam radix, & rapina non naſcetur.

A

b *Qui cogitaue.* Qualiter mali perſequũtur, exequitur. impugnant enim bonos tribus modis.ſ. lingua, manu, & corde. Et de corde ꝑmittit dicens: Qui cogita. q. d. eripe me à populo malorum. *Aug.* Qui etſi in labijs plerumq; bona prætendant, tamen cogitauerunt iniquitatem in corde.

c *Acuerunt.* Qualiter in lingua perſequuntur, oſtendit.

B

d *Sicut ſerpentes. Aug.* In ſerpente eſt aſtutia & dolus nocendi, ideo & ſerpit non habens pedes, vt non audiatur cùm venit: lenis eſt eius tractus, ſed non rectus, Sic mali ſerpunt ad nocendum ſub leni tractu habentes occultum venenum. vnde ſubdit: Venenum aſpidum ſub labijs eorum.

e *Cuſtodi me.* De perſecutione quæ fit manu, id eſt opere. ſubdit: *Caß.* Cuſtodi me, quia per multa fallit quæ nequit præcauere.

f *Superbi. Aug.* Hoc nomine breuiter totum corpus diaboli explicauit. inde eſt, quòd & iuſtos ſe dicũt, & nolunt confiteri. Omnis ſuperbus & inuidus eſt, ſicut diabolus, qui inuidit homini quod perdidit.

g *Et funes. Aug.* vnde Eſaias: Væ his qui trahunt peccata, ſicut reſtem longam, quia addũt peccata peccatis, vt qui defendit quod malè agit, & cum adulterio addit homicidiũ, & pro illo veneficium, producitur reſtis nõ de rectis ſed tortis filis, ut ſit ei vnde ligentur pedes & manus: & mittatur in tenebras exteriores.

h *Dixi domi. Aug.* Diapſalma. Secunda pars quod auxilium contra mala. q. d. tot modis mali impugnant, & quod eſt remedium inter tot & tanta mala. Dixi do. Deus m. Magna fiducia etſi oĩum Deus, propriè tñ eorum qui eo fruuntur.

i *Exaudi domine vocem deprecationis meæ. Aug.* Vox hominum & animatorum, ſonus eſt cæterorum. Qui ergo precantur Deum & non de eo bene ſentiunt, ſonum habent. Qui bene, vocem: quæ eſt vita & anima deprecationis: Talis dicit: Domine Deus, id eſt veriſſime domine, non vt homines domini, qui emunt ſaccello, tu ſanguine.

k *Virtus ſalutis meæ obrumbaſti ſuper caput meum. Auguſt.* Qui das vires ſaluti meæ. Videbat pericula mala abundantia, pro quibus refrigeſcit charitas, ſubdit ſolatium: ſcilicet q qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Perſeuerantia igitur ad virtutem pertinet. Quia ergo difficile eſt in longa via perſeuerare, tu es virtus, ut perſeuerando ſim ſaluus. Et vnde ſpero, quòd es virtus? quia obumbraſti. Ad hoc valebit mihi obumbraculum, vt æſtum non patiar à meipſo. a meo deſiderio, quo locus ſit diabolo, ſine quo nihil facit, quantumcunque ſæuiat hoſtis.

l *Non tra. me do. à deſi. Aug.* Diabolus proponit lucrũ, vt trahat te ad fraudem non habebis lucrum, niſi fraudes. Lucrũ eſca eſt, fraus laqueus. quem ergo vincit deſideriũ eſcæ, cadit in laqueum, ſed æſtum deſiderij tẽperat vmbraculum Dei, & nuſquam eſt locus diabolo, niſi ex tuo deſiderio.

a *Caput*

a ¶Quia nocet. ¶Aug. Omnis malus nocet. b ¶Eripe a populo malorum, & maxime ab his. ¶Facilius vitatetur aperta inimicitia quàm occulta, quia nulla peſtis efficacior, quam familiaris inimicus.

a b à viro † iniquo eripe me. Qui cogita a b

a ¶Etſi non in labijs bona. b ¶Continua lætitia non laſſata per moram.

uerũt † iniquitates in corde: tota die c

a ¶Bella ſemper de cordibus, etſi verba pacata. b ¶Verba nequitiæ ſua polierunt.

c † conſtituebant prælia. Acuerunt d

a ¶Impugnant corde, lingua, & manu. b ¶Inſanabile.

d linguas ſuas ſicut ſerpentes, vene-

a ¶Aug. In labijs aliud habent.

e num aſpidũ ſub labijs corũ. ✱ † Cu- e

a ¶Diaboli. ¶Caſſ. Quia validus eſt ad nocendum. vnde princeps mundi dicitur.

ſtodi me dñe de manu peccatoris,

a ¶Membris eius per quos conatur quod per ſe nequit. b ¶Vt non noceant.

& ab hominibus † iniquis eripe f

a ¶Aug. Non dico, vt non noceant in cauſis ſeculi, ſed in via Dei. b ¶Vicinas viæ Dei foueas parant. c ¶Decipere, à via Dei retrahere.

me. Qui cogitauerunt † ſupplanta- g

f re greſſus meos: abſconderunt ſu- h

a ¶Peccata ſua quæ mihi ſuadent facere.

g perbi laqueum mihi. Et † funes ex- i

a ¶Non, in. ¶Vbi

tenderũt in laqueũ: iuxta iter † ſcan- K

a ¶Aug. Non exeas à via, id eſt à præceptis Dei, & non ruis in ſcandala.

h dalũ poſuerũt mihi. ✱ Dixi dño, l

a ¶Illi homines, & non mei. b ¶Non aliud quæro.

i Deus meus es tu: † exaudi domine m

a ¶Deprecationes malorum ſine voce, quia ſine vita, id eſt affectu charitatis.

vocem deprecationis meæ. Domi- n

k ne, domine uirtus ſalutis meæ: † ob o

a ¶Qui eſt in pugna foris contra fictos, intus contra legem membrorum gratia refrigerat.

umbraſti ſuper caput meũ i die bel p

a ¶Tradidit illos Deus in deſiderium cordis eorum.

l li. † Non tradas me domine in deſi q

NICOLAVS DE LYRA. C

¶ *Eus cùm eſſet in perſecutione Saulis petens ab eo diuinitus liberari: pro quo fecit multos alios pſal. vt patet ex ſupradictis, quia illa perſecutio fuit longa, & Dauid fuit in maximis periculis, vt patet ex decurſu 1. Reg. Igitur ſecundum hoc pſal. iſte diuiditur in duas partes. In prima Dauid petit ſuam liberationem. In ſecunda propheticè prædicit perſecutoris punitionem, ibi: Caput circumitus. Prima in duas, quia primò Dauid pro ſua liberatione impetranda allegat perſecutorum nequitiã. ſecundò ſuam in Deo confidentiam, ibi: Dixi domino. Circa primum ſciendum, quòd cum Deus ſit iuſtiſſimus, ad eum pertinet liberare innocentes de perſecutionibus iniquorum. Ideo dicit Dauid: Eripe me domine ab homine malo. id eſt a Saule reddente mihi malum pro bono.*

*Diuiſio*

a A viro iniquo eripe me. *id eſt à Doeg incitante Saulem ad perſequendum me.*

*✱ Selah † Cõſ.*

b Qui cogitauerunt iniquitates in corde. *Cogitantes multis machinationibus me occidere.*

c Tota die conſtituebant prælia. *Quia de conſilio Doeg & aliorum malignantiũ Saul frequenter eduxit exercitum ad capiendum Dauid.*

*† iniuſtis erue*

d Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes. *Quia Doeg & alij detractores incitabant malignè Saulem ad perſequendum Dauid iniquè. propter quod dixit Dauid ad Saul. Quare audis verba hominum loquentium: Dauid quærit malum aduerſum te, &c. ideo ſubditur:*

*† propellere*

*1. Reg. 24. b*

e Cuſtodi me de manu peccatoris. *id eſt Saulis obſtinati in peccato odij contra me.*

*† laqueos, tendiculas,*

f Et ab hominibus. *id eſt à Doeg & alijs ſibi in malitia adhærentibus.*

*✱ Selah*

g Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos. *Vt ad regnum peruenire non valeã, ſicut à domino promiſſum eſt mihi per Samuelem.*

*† percipe auribus*

h Abſconderũt ſuperbi la. *Quia frequenter poſuerunt inſidias occultas contra Dauid.*

*† operi caput*

i Et funes extenderũt in laqueum. *Quærentes me capere, etiam per illos qui deberẽt me diligere.ſ. per habitatores Ceilæ, quos Dauid liberauerat de Philiſthæis, & per Ziphæos, de quorum genere Dauid erat, & tamen iſti voluerunt eum in manibus Saul tradere.*

D

K Iuxta iter ſcan. po. mi. *i. quæſierunt me capere per conſiderationem locorum vbi conſueueram ire. vnde dixit Saul Ziphæis: Abite ergo, & diligentius præparate, & curioſius agite, & conſiderate locum vbi ſit pes eius, &c.*

*1. Reg. 23. b*

*Ibidem. c*

l Dixi domino. *Hic conſequenter Dauid pro ſua liberatione allegat ſuam in domino confidentiam. Modus enim eſt magnifici liberare confidentes in eo, propter quod dixit Dauid: Dixi do. de. me. es tu. In quo confido & non mea virtute.*

m Exaudi do. vo. depre. meæ. *Liberando me à Saulis perſecutione. Et quia gratitudo de beneficio iam præſtito eſt diſpoſitio ad aliud obtinendum. ideo Dauid ad impetrandum liberationem ſuam de perſecutione Saulis, recolit tanquam gratus beneficium quod ei Deus præſtiterat liberando eum de manu Goliath gigantis.*

*1. Reg. 17*

n Domine domine virtus ſalutis meæ. *Id eſt per cuius virtutem fui ſaluatus.*

o Obumbraſti ſu. ca. meum. *Protegendo.*

p In die belli. *Quod accepi cum Goliath Gethæo.*

q Non tradas me do. à deſiderio meo. *i. extra deſiderium meum.*

¶ *a* Peccatori

MORALITER.

✱ b *Qui cogitaue. iniquitates in corde.* Dæmones enim ſemper quærunt ad iniquitatem homines impellere, ideo ſubditur:

c *Tota die conſtitu. prælia.* Tentationum.

d *Acuerunt lin. ſuas ſicut ſer.* Sub ſpecie boni ſuggerendo peſſima.

e *Cuſtodi me do. de ma. pec.* i. diaboli in peccatis obſtinati.

f *Et ab hominibus iniquis.* Qui ſunt dæmonum miniſtri.

g *Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos.* i. in peccatis inuoluere me multis & varijs modis.

K *Iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.* Maligni ſpiritus iter noſtrum quaſi quidam latrunculi obſident, propter quod neceſſe eſt nobis ad diuinum auxilium recurrere, ideo ſubditur:

*Gregor. Homel. 7.*

l *Dixi do. Deus. me.* Cui propriũ eſt ſuccurrere ſeruo ſuo, iõ ſubdit:

n *Domi. do. vir. &c. Non tradas me do.* i. non permittas me tradi.

r *In deſiderio meo.* id eſt à fomite ad peccatum inclinante.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Caput circumitus.* Diapſalma. Tertia pars, vbi dicit quę ſint mala inimicorum. *Aug.* Quia me tegit vmbra tua, ſed illos capit circumitus eorum, mali eũt in gyrum erroris, vbi iter ſine fine. Huius circumitus ſuperbia eſt caput: Quia initiũ omnis peccati ſuperbia eſt. Et quia omnis ſuperbus fictus, & fictus mendax, ideo ſubdit: Labor labiorum, id eſt mendacium. Laborat enim qui fingit, quid dicat: veritas autem facilè dicitur. Operiet, protegет, defendet, vel de aſſertione ſuperantur. Vel,

*Vbi ſupra. Eccle. 10.b* — *† aduerſũ* — *Ibidem.*

b *Labor. Caß.* id eſt falſa & mendax aſſertio eorum. Operiet eos: quia de ſua falſa aſſertione ſuperantur.

c *Cadent ſu.c. Aug.* Vel carbones ignis in terra, & deijcies eos in hac mortali vita, antequã veniat ignis æternus. Cadent ſuper eos carbones ignis. ſ. ſancti qui ex mortuis reſurgunt: Qui cùm eſſent tenebræ aliquando, nũc autem lux in domino. Qui cum alios accendunt, alios deijciunt. Cum eñ mali vident eos lucere, inuident eis: ſic & ſuper eos cadunt. vnde Apoſtolus: Alijs ſumus odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem.

*Eph 5.b* — *† teget* — *† Decidẽt ignis & in terra,* — *2.Cor. 2.d* — *Iaco 1.c*

d *Vir lin. Aug.* Quiſquis vult dirigi, magis optet audire q̃ loqui. Sicut Iacobus: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Perfectius eſſet omnes audire ſponſum. vnde ait Iohannes: Amicus ſponſi ſtat & audit, & gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Sed propter imperitos loqui aliquando eſt neceſſe, vt doceantur. Qui ſemper docere deſiderat, ſemper vult imperitos habere quos doceat. Gaudium ergo ſit taciturnitatis, & ſpõſum audiendi in voluntate. Vox doctrinæ ſit in neceſſitate, & ita non erit vir linguoſus, qui nunquam dirigitur. Intus à veritate audiendum eſt, ut intremus in gaudium domini. Quem enim delectat loquendo foras exire, tumidus eſt, & quia foris eſt quod amat mittetur in tenebras exteriores. De interioribus ergo ſit gaudium, de exterioribus neceſſitas, non voluntas.

*† ſtabilietur* — *Ioh. 3.d* — *† malũ venabitur ad pręcipitia* — *† gentis* — F — *† inhabitabunt*

e *Iniuſtum vir. in inter. Aug.* Quod nõ ſit inopi, qui ſi capitur malis, nõ tñ in interitũ, flagellat Deus oẽm filiũ, quẽ recipit. Et licet boni modò ſint afflicti, tñ confitebuntur inter grauia, qđ laudabilius. Et habitabunt. ideo nil timẽt in mũdo.

*Hebr. 12.b*

f *Veruntamen.* Concluſio pſal. vbi dicit quòd ſi boni liberati ſint, & de inimicis vindicati, non tamen ſibi dant ſed Deo: vnde, & habitabunt cum eo.

g *Habitabunt cum vultu tuo.* Quia Deum, ſicut eſt, videbunt.

a ¶Inimici. ¶Caſ. Hoc ne fiat, probabilis res ſequitur, vt ſicut illi faciunt conſilium in malum, ita virtus Dei auxilium.

derio meo peccatori: cogitauerunt † contra me, ne derelinquas me, ne

a ¶Aug. Quia ſeducto homine gaudet & triumphat diabolus & ſui. b ¶ Caput eorum eſt circumitus, id eſt diabolus, qui nunquam rectè inceđit, & error, & temporalia.

forte exaltentur. † Caput circumitus eorum, labor labiorũ ipſorum

a ¶Hic in terra antequam veniat ignis ęternus. b ¶Id eſt ardores concupiſcentiarũ cadent ſuper eos, id eſt cõterent eos in hac vita. & poſt ſeculũ deijcies eos in ignẽ æternum, & ſic illo inuoluti non ſubſiſtent.

† operiet eos. † Cadẽt ſuper eos carbones, † in ignẽm † deijcies eos, in miſerijs non ſubſiſtent.

a ¶In illos carbones. b ¶ Permittes deijci.

a ¶Huius ſeculi impatientes cadunt. id eſt deficiunt, quas boni patienter tranſeunt. b ¶ Cui voluptas eſt loqui, nec attendit quid dicat.

Vir linguoſus ¶In hac vita. nõ † dirigetur in terra. Virum iniuſtum † mala capient in interitu. Cognoui, quia faciet dominus iudicium † inopis, & uindictã pauperum.

a ¶ Aug. Quaſi dicat: omnes volunt ſe abſcondere à malo, quod & boni fugiunt. Sed malum capit homines bonos non ad interitum, etſi patiantur: quia modo & anima coronatur, & in poſterum caro reparabitur. Malos vero capit ad interitum, quia in miſerijs non ſubſiſtent. b ¶ Quod illi non præuident. ¶Hæc mala modo ſed & de futuro.

a ¶Tandem etſi non modo.

a ¶Qui eſurit, quærit, pulſat. b Alias cauſam.

a ¶Aug. Dum & cauſam eorum ages & iudicium facies confi.no.tuo: quia nihil ſuis meritis tribuẽt, ſed tuæ miſericordiæ, & ita ſunt recti. Qui enim ad ſe flectit, cor torquet. qui vero in Deum intendit, dirigit. & ideo ibi ei requies, vbi cor habet.

Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo, & † habitabunt recti cum uultu tuo.

a ¶Quibus male erat in vultu ſuo, in cuius ſudore panem ederunt.

peto, ne tradas me in manibus eorum, & eſt modus loquendi truncatus, ſicut ſolent loqui homines in timore poſiti. G

e Caput circu. *Poſtquam Dauid petijt ſuam liberationem, hic conſequenter propheticè prædicit perſecutorum ſuorum punitionem. Ad cuius intellectum ſciendum, q̃ Saul perſequens Dauid ex deſiderio occidendi eum cingebat eum & viros eius in modum coronæ, ne poſſet euadere. Ad hoc autem incitabatur à Doeg, & alijs detractoribus falsò diffamantibus Dauid apud eum, & iſta iniquitas Saulis & detractorum contra Dauid fuit occaſio, quòd Deus permiſit eos occidi in monte Gelboe, vt puniretur iſta malitia eorum. Et hoc eſt quod dicitur: Caput circumitus eorum. i. Saul, qui erat caput exercitus circundantis Dauid modo dicto.*

f Labor la. *id eſt frequens detractio Doeg, & aliorum ſimilium.*

g Operiet eos. *i. erit occaſio quod operiantur morte in monte Gelboe, ſicut auẽ captam operit rete. Et quia non ſolum fuerunt puniti temporali morte, ſed etiam igne gehennæ ſecundum cõem opinionem, ideo ſubditur: Cadent ſuper eos carbones, &c.*

i In miſerijs non ſubſiſtent. *Quia pęna infernalis eſt importabilis. Et quia Doeg detractor peſſimus non ſolum fuit punitus in ſe, ſed etiam in prole: quia Dauid filium eius fecit occidi, eò q̃ dixit ſe Saulẽ ĩterfeciſſe, quęrens per hoc ipſi Dauid placere, iõ ſubditur:*

K Vir ling. *Quia Doeg non reliquit filium ſuperſtitem, ideo adhuc ſubditur:*

m Virum iniuſtum. *ſ. Doeg. Idumæum.*

n Mala ca. in interitu. *ſ. ſuo & filij ſui, & ideo ſubditur hic mala in plurali. Et quia, ſicut dictum eſt, iſta punitio fuit facta ad vindicandum mala, quæ facta fuerant Dauid & viris eius, ideo ſubditur:*

o Cognoui. *ſ. prophetiæ ſpiritum.*

p Quia fa. *i. ipſius Dauid qui fuit inops in fuga Saulis, intantum q̃ à Nabal petijt cibum.*

q Et vindictam pauperum. *i. virorum Dauid, qui erant pauperes, ſecundum quod dicitur. 1. Reg. Et cõuenerunt ad eum omnes qui erant in anguſtia conſtituti & oppreſſi ære alieno & amaro animo, & factus eſt eorum princeps. Et quia Dauid & viri eius in illa perſecutione non declinauerunt à fide vnius Dei & ipſius cultu, ideo ſubditur:*

r Veruntamen iuſti confi.no.tuo. *Etiam in tribulationibus poſiti.*

s Et habitabunt re.cum vul.tuo. *id eſt placentes in conſpectu tuo.* H

## MORALITER.

a *Peccatori.* id eſt dęmoni, vt dictum eſt.

c *Ne de.me.* Si traditus fuero in manib⁹ dęmonũ p mortale pctm̃.

e *Caput.* Hic ponitur pęna dęmonũ malorũ, cũ dr̃: Ca.cir.eo. i. princeps exercit⁹ malorũ, ſupple puniat cũ exercitu ſuo, mõ qui ſequitur.

f *Labor la.* Quo inducunt homines ad peccatum.

g *Operiet eos.* in inferno, ſicut operit rete captas aues.

h *Cadent ſuper.* ſ. gehennæ.

i *In mi.non ſub.* Dicitur enim importabilis illa pęna, eò quòd eſt grauiſſima. Et ſubditur de malis hominibus.

K *Vir ling.* Relator, detractor, & ſeditioſus.

l *Non di.in ter.* ſ. ad faciendum bona.

m *Virum iniuſtum.* Quia mala gehennæ eum capient in morte.

o *Cognoui quia fa.* Ipſum ditando diuitijs ſpiritualibus & æternis.

q *Et vindictam paupe.* Puniens oppreſſores eorum.

r *Veruntamen iuſti confi.&c.* Confeſſione laudis.

s *Et habi.recti.cum vultu.* Clarè videntes faciem tuam in cęlis.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Peccatori. *Id eſt Sauli obſtinato in peccato odij contra me. minus enim dicit, & plus ſignificat: per hoc enim q̃ dicit, q̃ talis traditio eſſet extra deſiderium ſuum: ſignificat, q̃ eam horrebat: ſicut in cõi modo loquendi, qñ contingit alicui, quod eſt ſibi horridum, dicit: hoc non deſiderabam vel non petebam, ad ſignificandum illius quod accidit ſibi horrorem. Et ſubdit cauſam dicti horroris, cum ſubditur:*

b Cogitauerunt. *Per vias diuerſas me occidere.*

d Ne fortè exaltentur. *Habentes de me intentum. propter hoc ſupple peto,*

## GLOS. ORDIN.

a *Pſalmus Dauid. Aug.* Pſalmus iſte ſubobſcurus eſt. Sunt.n. in ſcripturis ſanctis profunda myſteria, quæ ad hoc abſconduntur, ne vileſcãt, ad hoc quæruntur, vt exerceant: ad hoc aperiuntur, vt paſcãt. Scriptura ſi nuſquam aperta eſſet, nõ te paſceret: ſi nuſquã occulta, non te exerceret. Hic tñ nõ alia dicũtur, quã in alijs pſalmis dicta ſunt: ſed eadem, licet diuerſo modo. Iõ eadẽ, qa oportet ſępius cõmemorari, qđ cogit mũdus obliuiſci. Oia ideo multipliciter dicta ſunt, vt uarietas locutionis faſtidiũ tolleret veritatis. Amant.n. ſe inuicẽ mali, ſed amor iſte tartareus eſt. Alia eſt charitas Chriſtianorũ, quã Paulus diffinit, dicẽs: Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Alibi verò quaſi ſcientibus finis legis eſt charitas, & nõ dicit, quæ charitas: quia alibi dixit: Non.n. oia vbique dici aut pñt aut debent: ideoq; ibi non dixit qualis charitas, ſed ibi determinauit, vbi addidit de corde puro: qñ ſecundũ Deũ diligis hominẽ, quę non inter malos & conſcientia bona & fide non ficta. Illud autem de quo hic & in alijs pſal. tractatur, eſt charitas. Charitas verò eſt amor, ſed non quilibet. Eſt.n. amor æthereus, & eſt amor tartareus. *Aug.* Vnus homo caput & corpus, ꝓpriũ capitis eſt loqui ꝓ mẽbris, vt lingua noſtra pſonã omniũ mẽbrorũ ſuſcipit: ipſa ꝓ oibus verbo fungit: Charitas.n. vnum facit nos cum Chriſto. Siue ergo caput loquatur, ſiue membra, Chriſtus loquitur: ſed in voce eius quiſq; agnoſcit ſuam, aliquando dicit quod ſibi ſoli competit, non tamen ſeparat ſe à noſtris verbis: ſed à ſuis proprijs ad noſtra redit, & à noſtris interdum ad ſua propria tranſit.

*Præfatione pſal. 140.ca.8.* — *1.Tim. 1.a* — *Rom. 10.a*

a ¶Attribuitur. b ¶ Chriſto in perſona hominis peccatis circumuenti clamantis.

a Pſalmus Dauid CXI.

GLOS.



## GLOS. ORDIN. PSAL. CXL.

A Domine cla. Sciens propheta hominem peccatis implicari, rogat vt audiat, ſubdens à quibus maximè velit liberari, ſecũdò dicit q̃ à iuſto correctus ſpernat falſos auditores, ibi: Corripiet.

b *Intende. Aug.* Nondum enim finitus eſt clamor, quia nondum finita eſt tribulatio. Si finita eſt tribulatio, finitus ſit & clamor. Si verò manet vſque in finem, nunq̃ ceſſet clamor.

c *Dirigatur. Caß.* Oratio, ſit incenſum: operatio, veſpertinum ſacrificiũ, qđ acceptabilius erat in lege: quia figura erat illius veri ſacrificij, quod in fine mundi in cruce oblatum eſt. Veſpera noſtra finis vitæ. Põt præterea ſacrificium veſpertinum dici pnia, qua in fine mundamur: Et eſt: Eleuatio manuum mearum ſit tibi ſacrificium veſpertinum. i. opera mea bona ſic tibi ſint accepta, vt pnia q̃ agit in veſpera. i. in fine vitæ. in quo ſi pfectè offerimus, purgamur. h.d. vt nemo deſperet, qui in fine pęnitet.

d *Eleua.mea. Aug.* Hoc de capite oẽs intelligant, qui ad veſperam aiam poſuit: iterum recepturus non amiſit initus, ſed tñ nos ibi figurati ſum⁹, qđ enim illius pepẽdit in ligno, de nobis accepit. Veſpertinũ ſacrificiũ, paſſio dñi, oblatio victimæ ſalutaris, qđ fecit ĩ reſurrectione munus matutinũ. Oro ergo purè directa de corde fideli tanq̃ de ara ſancta in incenſum ſurgit. Subdit ex voce corporis.

e *Pone do.cu.* Nota, qđ & cordi & ori petit opponi cu. Duplici munimine miſericordię opus eſt, vt nec cogitatio iniqua ſapiat, nec praua voluntas in fatua uerba erumpat.

f *Oſtium. Aug.* à ſimilitudine illius qui circunſtat oſtium, ne intret vel exeat cui non licet. *Hiero.* Dicit.n. Ieremias: Mors intrauit per feneſtras noſtras. Et Petrus ait: Aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens, circumit quærens quem deuoret. *Aug.* Oſtium circunſtantiæ vel continentiæ, clauditur & aperitur. Aperiatur, ad confeſſionem peccati: claudatur, ad excuſationẽ, & ita erit oſtium continentiæ, non ruinæ.

B

g *Non declines. Caß.* Q. Ad hoc pone oſtium, vt non excuſetur: quod ſummũ vitium dñatur hominibus: vñ tardius pęnitent. vnde in libro Reg. Quaſi pctm̃ ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ eſt nolle acquieſcere.

h *Ad excu. Caſs.* Conſuetudo impudentium, vt deprehenſi. primùm per aliqua falſa excuſent, & inde conuicti alia quęrũt, tpi vel neceſſitati vitia imputãtes, neqñ veritati cedant.

i *Communicabo. Caß.* Vel combinabor. Combinati dicuntur quando duo ſimul ligãtur, vt alter alterum impediat, ne ſit fuga libera. Non combinabor ad ſimilitudinem canis.

k *Cum ele. Aug.* Electi ſunt, q ſe iuſtificãt, cæteros deſpiciũt, vt Phariſęus, & peccata defendunt quibuſq; modis. Cũ talibus non vult iſte cõbinari. i. ſociari, ne impediatur ab eis.

l *Corripiet me. Caſ.* Secunda pars, vbi fidelis iſte iam econtra à iuſto correctus, ſpernit falſos laudatores, malis verbo & moribus profuturus, in quo & petit cuſtodiri.

m *Iuſtus in miſe. Aug.* Chriſtus, vel quilibet frater. vel ipſe idem ſecundum interiorem. Cor. ſe. carnem quaſi vxorem.

n *Oleum autem peccatoris. Caſ.* Dilectio ſimulata quæ mentes à rigore veritatis emollit ad noxia.

a Quoniam

¶O. ¶ Iam diu.

Domine clamaui ad te, † exaudi me: intende † voci meæ, cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Pone domine † cuſtodiam ori meo, & † oſtium † circũſtantię labijs meis. † Non declines cor meum † in verba malitię, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cum hominibus operãtibus iniquitatem, & non † communicabo cum electis eorum. † Corripiet me iuſtus in miſericordia, & † increpabit me: oleum autem

a ¶Quid? b ¶Et nũc adhuc clamo.

a ¶Quando.

a ¶Intentione cordis. b ¶ Igne charitatis incenſa.

a ¶Id eſt ſit tibi incenſum, id eſt bonus odor.

¶Operatio mea bona, quæ ſit pro æternis.

a ¶Placeat tibi, vt ſacrificium veſpertinum. b ¶Et.

a ¶Ne iniqua cogitẽ. b ¶Alias, cordi.

a ¶Alias, continentiæ. b ¶Ne ſtulta promant. Ad hoc vt: Non. ¶Chriſtus hoc dicit ex perſona eccleſiæ, cum vnus ex membris hoc orat, ipſe orat. Sicut alibi ex perſona membrorum dicit: Quid me perſequeris? Et, Eſuriui, & non dediſti mihi mand.

¶Quaſi omnia caſu agantur.

¶Id eſt ſicut excuſant homines, qui operantur iniquitatẽ.

a ¶Alias, non combinabor, id eſt non ero ſocius. ¶Etſi hoc fuerit, non communicabo.

a ¶Non Dei. b ¶ Quaſi non communicabo cum illis, vt defendam peccata, ſed potius.

a ¶Aug. Non odit qui arguit, & eo magis arguit, quia non odit. b ¶Aug. Falſa laus adulatoris.

*† feſtina mihi* — *† deprecationis meę* — *† obſeruationẽ ſup oſtiũ labiorum meorum.* — *2.Reg. 16.a* — *Pſ. 115.a* — *† 16.q.1.c. prędicator. De conſe. c quanto. de vſu.c. cũ tu. De excel. prę. c. inter.* — *2.Reg. 24.a* — *† combinabor* — *† Emendabit*

& ſic intrabant primam portam templi, vbi erat altare incenſi ſibi cremantes thymiama, quod hic dicitur incenſum, & tunc dicebatur ſacrificium conſummatum. In priori quidem tabernaculo introibant ſemper ſacerdotes oblationem ſacrificiorum conſummantes. Illa enim ſacrificia non erant Deo grata ex ſe, ſed ex deuotione offerentium, quæ quidem deuotio ſignificabatur per cremationem incenſi, ideo tunc dicebantur ſacrificia cõſummari, per hoc ergo quod dicit Dauid: Dirigatur oratio mea &c. petit quod ſua oratio ſit conſummatè exaudita. & idem petitur per hoc quod ſubditur: C *Heb. 9.b*

f Eleuatio manuum mearum ſacri. veſp. *Quia poſt oblationem iugis ſacrificij in veſpere non offerebatur aliud vſque in mane diei ſequentis.*

h Pone domine. *Hic conſequenter Dauid explicat ſuam petitionem. Et diuiditur in duas partes: quia primò petit præſeruari à linguæ culpa, ſecundò à culpæ pęna, ibi: Quoniam adhuc. Per linguam enim homo multipliciter peccat, & contra hoc petit di. Pone domine cuſto. ori m. vt non peccem per præcipitationem loquendi ſicut aliàs feci dicendo Sibæ: Tua ſint omnia quæ fuerunt Miphiboſeth. in quo peccauit Dauid, ſicut dictum fuit: 2.Reg. 16. & ſuprà pſal. 115.*

i Et oſtium circun.lab. meis. *Dicitur autem oſtium circunſtantiæ, quod retractat verbum malè prolatum. Cuius contrarium fecerat Dauid, quando numerationem populi malè præcepit, nec ad verbum Ioab retractare voluit, ſecundum quod habetur. 2. Regum. vlt & ideo petit Dauid, ut hoc vlterius ſibi non contingat, dicens: Et oſtium circunſtan. &c.*

K Non declines. *i. declinare permittas.*

l Cor meum in verba malitiæ. *id eſt ad proferendum verba malitioſè compoſita, ſicut feci, quando dixi Vriæ, vt deſcenderet in domum ſuam, & lauaret pedes, vt ſic cum vxore ſua dormiret, vt puer de me conceptus ſibi attribueretur, & adulterium meũ celaretur.* *2.Reg. 11.b*

m Ad excuſan. *Reſumatur li: Non declines cor meum. i. declinare permittas. Ad excuſandas excuſationes in peccatis, id eſt vt pertinaciter defendam peccatum meum excuſationibus falſis.* D

n Cum hominibus operantibus ini. *id eſt cum Saule & ſibi ſimilibus, qui peccatum ſuum de reſeruatione Agag regis Amalech & pinguium animalium contra Dei præceptum pertinaciter defendit contra Samuelem eum arguentem.* *1.Reg. 15.e*

o Et non communicabo. *In Hebræo & in tranſlatione Hiero. habetur: In delicijs eorum. Eſt igitur ſenſus, quod Dauid nolebat communicare cum talibus etiam in menſa, vbi habentur cibaria delicata ſiue electa. Et quia humiliter recipiebat correctionem iuſtorum, vt patet, vbi correctionem Nathan prophetæ de adulterio cum Bethſabee & homicidio Vriæ humiliter recepit, & ſimiliter correctionem Gad prophetæ de populi numeratione, ideo ſubdit:* *2.Reg. 12.c* *2.Reg. 24.c*

p Corripiet. *Quia vterque propheta poſt eius pęnitentiam denunciauit ſibi veniam, vt patet ibidem.*

q Oleũ au.pec. *In Heb. hr̃: Oleũ aũt capitis, non prohibebit caput meũ,* quod

## MORALITER.

a *Domine clama.* Dauid expertus ſe peccaſſe per linguam iniuſtè dando Miphiboſeh hæreditatem, & præcipiendo populi numerationem, fecit hunc pſalmum, orans ne pateretur recidiuum. *Moraliter*, Eſt oratio viri ad peccata linguæ proni petentis ab hoc diuinitus liberari. Et primò ponitur exauditionis poſtulatio, ſecundò formatur petitio, ibi: Pone domine. Circa primum dicit. *Domine clamaui ad te, exaud me.* Quia clamaui corde & ore.

d *Dirigatur ora. mea.* Ideſt ſit tibi placita.

e *Sicut incenſum in conſpe. tuo.* Per quod in lege veteri ſignificabatur offerentium deuotio, per quam ſacrificia erant accepta Deo.

f *Eleuatio manuum mearum.* Ad cælum orando.

g *Sacrificium veſpertinum.* Quod erat ſacrificiorum illius diei conſummatio. & in hoc ſignificatur orationis perfectio.

h *Pone domine.* Hic conſequenter formatur petitio, cùm dicitur: Pone domine cuſt. ori. meo. Vt non peccem recidiuando.

K *Non declines cor meum.* i. declinari nõ permittas ad mala verba.

m *Ad excuſan. exc.* Id eſt multiplicando falſas excuſationes peccatorum meorum; quia modus eſt hominum iniquorum.

p *Corripiet me iuſtus.* Quia ſicut dicit Hiero. Vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa verò indignationem. *Hieron.*

*Oleum autem peccatoris.* Id eſt adulatoris.

## NICO. DE LYRA. PSAL. CXL.

Domine clama. *Huic pſalmo præmittitur talis ti. in Hebr. Pſalmus Dauid. Ex quo apparet autor pſal. De materia verò eius videtur ex circunſtantia literæ, quod Dauid expertus ſe peccaſſe peccato linguæ, vt apparebit in proſequendo, fecit hunc pſal. petens à domino vt non pateretur amplius recidiuum. Et diuiditur in duas partes: quia primò Dauid exaudiri poſtulat, ſecundò petitionem ſuam explicat, ibi: Pone domine. Circa primũ dicit:*

a Domine cla. ad te. *Corde & ore deprecando.*

b Exaudi. me. *Petitionem meam adimplendo.*

c Intende voci. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem affectus expreſſionem.*

d Diriga ora. *Oblatis. n. ſacrificijs in altari holocauſtorum, quod erat ſub dino, ſacerdotes qui obtulerunt ſacrificia, lauabant manũs & pedes.* & ſic



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Quoniam adhuc. Aug.* Non combinabor cum malis? Corripiet me iuſtus: Quoniam adhuc expectatio. Primis temporibus vituperabantur Chriſtiani, ſed adhuc expecta, & oratio mea erit in ben.eo. id eſt veniet tempus quo placebit eis oratio mea, vt dicant: Dimitte nobis ſicut & nos dimittimus. Et item: Habemus aduocatum Ieſum.

*Vbi ſupra.* *Matt.9.b* *1.Ioh.2.a* *Stultitia philoſophantium.* *† impinguabit.*

b *Iudices. Aug.* Potentes, docti, qui de moribus iudicant, vt Plato, Ariſtoteles, Pythagoras: abſorpti ſunt iuncti petræ, id eſt comparati Chriſto. Vel abſorpti ſunt iuxta petrã. Alia litera. i. iuxta Chriſtum. Idem ſenſus: Id eſt comparati Chriſto, per ſe videntur aliquid dicere, ſed iunge & compara illos petræ, id eſt Chriſto, & nihil ſũt, mortui iacẽt, ſtulta eorum ſapientia, ſurrexit Chriſtus, vincit, regnat, imperat, quem omnes colunt.

*† in malitijs eorum*

c *Audient. Auguſt.* Aure obediẽtię, non ſicut Adam. Audiuit. n. Adam de ligno ſcientiæ boni & mali ne comederet, ſed non obediuit: prædeſtinati autem ad vitam audient aure & recurrentes ad Adã eiusq; exceſſum recolentes, dicent: Adam fuit perditio noſtra, qui non ſtetit: ſtemus nos vt repatriemus. Adam ſicut craſſa terra, quæ præ abũdantia ſpinas germinat, ita præ diuitijs liberi arbitrij quaſi luxuriãs, lignũ vetitum vſurpauit. Sed ſicut agricola eam ꝓſcindit, ne vltrà luxuriet, ita Deus diſſipauit interiora noſtra, vbi oſſeos, id eſt firmos nos eſſe oportuit, id eſt infirmos & inconſtantes fecit, ſecus infernum proiectos. i. maledictioni proximos.

*Gen.2.a*

d *Craſſitudo terræ. Auguſt.* Et quædam contemptibilia. vnde tamen terra accipit pinguedinẽ, ſic ex eo quod contempſit mundus, accepit pinguedinem, vt inde ſeges eccleſiæ feracius pullularet. Mors ſanctorum contemptibilis ſeculo, pretioſa agricolæ qui ibi nouit vberem ſuccum, vnde creuit eccleſia. Contemptibilia enim mundi elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt, euacuentur. Craſſitudo ter. quando eructat, aerem corrumpit, & tunc lues in hominibus latè diffunditur. Sic ſuperbia eorum tabe malitiæ ſuæ corpora martyrum ſauciat, qui ſunt oſſa & firmamentum fidelium vel fidei.

F *1.Cor.1.d*

e *Secus infernum.* Dicit, non in inferno: quia etſi communi ſorte moriuntur, non tamen deſcendunt in infernum vt mali, ſed vita æterna datur illis.

*Vbi ſupra.* f *Quia ad te domine. Caſſiod.* Dicta fragilitate hominis, ad diuina remedia confugit. Ne auferas, à bonis tuis, ſed ſpes mea ſemper ſit in te. & oculi mei ſemper ad te intendant. Non enim petit iſte contra hoc quod ſancti volunt. ſ. de ſeculo eripi, & eſſe cum Chriſto.

a Cuſto.

a ¶Aug. Non creſcit caput meum de adulatione. non me delectat oleum peccatoris, b ¶Mentem.

peccatoris nõn †impinguet caput meum. Quõniam adhũc & orãtio mea

a ¶Non impinguet: Quoniam. b ¶Futurum eſt quod dicam. c ¶Quam locuit, vel quæ interpellat pro nobis.

a ¶Orabunt pro eis, vt ego. ¶Bene placebit eis. b ¶Etiam. ¶Quod ſi qui ſunt qui contradicunt, abſor. ſunt iux. pe.

†in beneplãcitis eorum: Abſõrpti ſunt

a ¶Alias iuxta petram. b ¶Doctores, Hæretici: iuxta, & non ſupra petram: quia communicant ſacramentis, non tamen ſunt in Chriſto, merguntur in profundum: Audient, nec corrigentur, & ideo magis rei. c ¶Quid ergo erit.

iuncti pẽtræ iudicẽs eorum. Audient

a ¶Præualuerunt verba mea, verbis eorum: ſi locuti ſunt diſertè, ego verè, præterea verba mea prædicant qui nec mori pro eis timent, ſecundum illud: Ecce ego mitto vos ſicut oues, &c. & Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. ¶Quid ergo mortes illorum fecerunt? Ecce, ſicut craſſitu. b ¶Proſunt verba eis, proſunt & mortes.

verbã mea qm̃ †potuerunt: Sicut craſſitũdo terræ erupta eſt ſuper terram,

a ¶Vnde fit morbus in corporibus, ſic tabe malitiæ eorum: Diſ.

a ¶Id eſt corpora teſtium Chriſti. b ¶Id eſt pro velle profundorum, id eſt pro voluntate eorum qui ſunt infernus, id eſt profundi in vitijs.

diſſipata ſunt õſſa noſtra † ſecũs infernũ: Qũia ad tẽ domine, domine ocu-

a ¶Sed. b ¶Non ad minas peccatorum, noui quid pro me paſſus, quid promiſeris.

oratio mea. *ſupplè protenditur ad impetrandum quod ſubditur:*

G

c In benepla. eorum. *In Hebræo habetur: In malis eorum. cui concordat transla. Hiero. quæ ſic habet: Pro malitijs eorum, vt non ſint mihi occaſio delinquendi, & per conſequens quòd debeant puniri in præſenti. Ad hunc etiam ſenſum poteſt reduci translatio communis, cùm dicitur: In beneplacitis eorum. i. in malis eorũ in quibus delectantur, eò quòd peccant ex habitu qui cauſat delectationem in opere malo, ſecundum illud, Prou. Qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis. Conſequenter adducit exemplum ad propoſitũ. ſ. quod aliqui ſancti pro verbis malis aliorum deliquerint, & ſic puniti fuerint in præſenti cùm dicitur:*

d Abſorpti ſunt. *Vbi habet transla. Hier. & ſimiliter litera Hebraica: Ablati ſunt iuxta pe. iu. eo. & eſt eadem ſententia hic & ibi, & exponunt hoc Hebræi de Moyſe & Aarõ, qui iudices fuerunt populi Iſrael & ſancti, & tamen pro murmurationibus populi cõtra Deum peccauerunt ad aquas contradictionis dubitantes de impletione verbi diuini quod eis dixerat: Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. & pro illo peccato fuerunt priuati ingreſſu terræ promiſſionis, & hoc eſt quod dicitur hic: Abſorpti ſunt. i. per pctm̃ lapſi.*

e Iuncti pe. *i. iuxta petram, de qua debebant aquam eÿcere.*

f Iudices eorum. *i. Moyſes & Aaron. q. d. Dauid, multò fortius debeo mihi timere, & per conſequens Deum orare, ne propter verba malorum trahar ad peccandũ: & per conſequens ad pęnam ſuſtinendam.*

g Audient. *id eſt audiant: quia Hebræi pro optatiuo vtuntur futuro indicatiui, vt frequenter dictum eſt.*

h Verba mea quoniam. *In Hebræo & in transla. Hiero. habetur: verba mea, quoniam decora ſunt, & in hoc Dauid ſermonem dirigit ad maliloquos, & eſt ſenſus: Audient verba mea, maliloqui corrigentes ſe à ſua malitia. Quoniam decora ſunt. i. ad decorem honeſtatis inducentia, & per conſequens receptione digna. Ad hunc ſenſum põt trahi litera cõis: Audient verba mea, ſ. maliloqui ad ſuam correctionem. potuerunt, ſcilicet ſe corrigere ad monitionẽ verborum meorum.*

i Sicut craſſi. *Hic incipit verſus in Heb. & in transla. Hiero. vbi Dauid petit præſeruari à pęna gehennæ. Primò tamen oſtendit modũ hanc pęnam incurrendi, ſecundò petit ab ea liberari, ibi: Quia ad te domine. Circa primum ſciendum, quòd hæc eſt litera in Hebræo: Sicut findens & ſcindens in terra. & in transla. Hiero. Sicut Agricola cum ſcindit terram, ſic diſſipata ſunt &c. & eſt eadem ſententia, vt patet, & eſt ſenſus, quia ſicut ille qui ſcindit terram, facit ibi quamdam profunditatem & terræ diſſipationem. Sic,*

H

K Diſſipata ſunt oſ. no. *i. ſic diſſipata eſt virtus mentis noſtræ, quæ per oſſa deſignatur, in quibus eſt robur corporis.*

l Secus infer. *i. prope infernum. Vnde in Heb. & in translatione Hier. habetur: In ore inferni. Diſſipatio enim virtutis quæ fit per vitia, facit appropinquare ad pęnam gehennæ. Ad eundem ſenſum reducitur litera cõis, cum dicitur: Sicut craſſitudo terræ &c. Craſſitudo propriè eſt in animali, & latet ſub pelle, & ad ſimilitudinem huius craſſitudo terræ dicitur, quæ latet ſub eius ſuperficie. Quando verò terra aratur, ſuperficies ſubuertitur, & ſic craſſitudo eius ſurſum erigitur. Eſt igitur ſenſus: Sicut craſſitudo terræ ſurſum apparet ex terræ ſciſſione cum vomere, ſic oſſa noſtra diſſipata ſunt &c. & exponatur ſicut ſuprà.*

m Quia ad te dñe dom. *Hic incipit verſus in Hebræo & in transla. Hiero. ubi conſequenter Dauid petit præſeruari à dicta pęna gehennæ, & incipit hic conſtructio.*

a Non

## NIC. DE LYRA.

*quod exponit Ra. Sa. de vnctione regia. Et ſic Dauid dicit: Oleum capitis, id eſt vnctio regalis in capite meo recepta. Non prohibebit caput meum. ſ. ab humilitate debita, ipſum per ſuperbiam eleuando, vt nõ acquieſcam correctioni iuſtorum, ſicut eleuauit Saulem, vt prædictũ eſt. Ad hunc autem ſenſum poteſt reduci translatio communis. Oleũ autem peccatoris. i. vnctio regia hominis inde ſuperbientis, qui dicitur peccator, eò quod in omni peccato includitur ſuperbia.*

a Non imping. caput meum. *Contra Deum, & eius nuntios ſuperbiendo, & hoc modo dicit de ſuperbo Iob. Cucurrit aduerſus Deum, & erecto collo & pingui ceruice armatus eſt. Translatio Hier. habet: Oleũ amaritudinis non impinguet caput meum. Ratiò huius diuerſitatis eſt, quia dictio Hebraica hic poſita ſcilicet ros, eſt ęquiuoca ad ſignificãdum caput. Quam ſignificationem ſequuntur hic Hebræi, & ad ſignificãdum fel, loco cuius tranſtulit Hiero. amaritudinis: quia frequenter in ſcriptura amaritudo ſignificatur nomine fellis, & econuerſo: poteſt tñ trahi ad ſenſum præcedentem, vt per amaritudinem intelligatur ſuperbia procedens aliquando ex vnctione regia, ſicut patet in Saul. Iſta tamen litera: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, exponitur cõmuniter à doctoribus noſtris de verbo adulatoris ſignificato nomine olei, ſicut dicit pſal. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum. & ſic petit Dauid, qđ per verba adulatorum non erigatur in ſuperbiam & Dei contemptum. Prima tamen expoſitio videtur mihi magis literalis.*

*Iob.15.a* *Pſ.54.d*

b Quoniam adhuc. *Hic conſequenter Dauid petit præſeruari à pęna prò peccato lingua debita. Et primò, à pęna inſligenda in præſenti. Scd̃ò à pęna inferni, ibi: Sicut craſſitudo. Circa primum dicit: Quo. adhuc & oratio*

## MORALITER.

✱ a *Non impinguet caput meum.* Pertrahendo mentem meam ad peccati conſenſum.

b *Quoniam ad. & ora. mea in be. eo.* Hic eſt finis verſus in Hebræo, & conſtruitur cum litera præcedenti, & eſt ſenſus: adhuc oratio, vt non approbem eorum facta, quæ ſunt eis placita ſicut nec verba.

d *Abſorpti ſunt.* i. illi qui iudicant eos bene facere, abſorpti ſunt, ſicut fragile vas illiſum petræ.

g *Audient verba mea.* id eſt audiant ſe corrigendo.

h *Quoniam po.* ſcilicet ſe corrigere dum viuunt in hoc mundo. Et pęnitentes dicant:

i *Sicut craſ. ter.* Hic eſt principium verſus in Hebræo, & eſt ſenſus: Sicut craſſitudo terræ cum uomere ſcinditur, ſurſum erumpit. Sic.

K *Diſſipata ſunt oſſa noſtra.* Per ſciſſionem peccatorum.

l *Secus infernum.* Ad quem multiplicatio peccatorum propinquare facit. Et dicuntur hic oſſa uirtutes, quæ ſunt robur animæ.

m *Quia ad te domine &c.* Hic eſt principium uerſus, in quo reuertitur orans ad orandum pro ſe allegando ſpem quã habet in Deo: qui iuuat ſperantes in ſe, ideo ſubdit:

✱ Non



A a *Cuſto. me à la.* Per laqueos & ſcandala, totius mundi mala breuiter notat. Laquei, ſunt blandi nexus carnis deſideria, ſed dũ per hos diabolus non proficit, nititur ſcandalis, quæ per inquietos mouet. Cuſtodi me. Vel aliter: Et dicit, ſtatuẽtes laqueum, perſecutores manifeſtos. Operantes autẽ iniquitatem. conſentientes illis dicit, q timore perſecutionis deficiũt. Et eſt: Ne auferas animam meã, ſed potius Cuſtodi me à laqueo perſecutionis, quem ſtatuerunt mihi. *Aug.* Hoc faciũt perſecutores, qui eſcam vitę huius quaſi in muſcipula ponunt. Si amat auis hanc eſcam, in muſcipulam cadit: quia timore mortis perſecutioni ſuccumbit. Et cuſtodi me.

b *A ſcanda. ope. ini.* i. à ſcandalo eorum qui conſentiendo illis labuntur, & ita iniquitatem operãtur. q. d. Cuſtodi me à perſecutoribus qui terrent, & lapſis qui territi ſunt.

c *Cadent in retiac.* Apta verba cõparationi, cum iſtis non vult combinari. Cadent de vitio in vitium, ſed.

d *Ego ſingu. ſum.* Singulariter. i. quia cum peſſimis non ambulat. Singulariter. Aug. Idem quod dicit: Niſi granũ frumenti mortuum fue. ip. ſo. m. Si autem mortuum fue. mul. fru. Itẽ: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me. Nemo autem occiditur propter Chriſtum. i. propter cõfeſſionẽ nominis Chriſti, ne pro noīe Chriſti moriendo antecederet Chriſtũ: nec Iohãnes pro Chr̃i teſtimonio, ſed ꝓ Herodis adulterio ꝓ iuſtitia martyr, nõ pro noīe Chriſti, ſic & alij antiqui.

e *Tranſeam.* Vt viator huius mũdi, q nulla voluptate capiť.

a ¶Auferri ſinas. ¶Sciebat multos aduerſis cedere.

li mei: i te ſperaui †nõn auferas animãm meam. Cuſtodi me à láqueo

a ¶Etſi corpus perimitur. b ¶Potius. c ¶Deceptione vbi eſca ducit ad laqueum. ¶Alias muſcipula.

a ¶Hoc perſecutores. ¶Mali. b ¶Hoc eſt qui conſenſerunt illis, & apoſtatauerunt, illos ne timeam, iſtos ne imiter.

quem †ſtatuerunt mihi: & †à ſcãndalis †operãntium iniquitatem. Cãdent in †retiãculo eius pctõres: †ſingulariter ſum ego, dõnec trãſeam.

a ¶Manifeſtis perturbationibus inquietorum. b ¶Non modo alij ſed ipſi primi hærentes ori eius defecerunt. quare hoc? quia ſolus ſum tempore paſſionis.

a ¶Nam quaſi quadam circumitione peccatorum clauduntur. b ¶Iniquitatis.

a ¶De mundo ad patrem, tunc confirmabo columnas, quia in reſurrectione didicerunt non timere mortem.

## NICOLAVS DE LYRA.

C

b Non auferas animam meam. *i. non permittas eam auferri à conſpectu gratiæ tuæ. & per conſequens trahi ad pęnam gehennæ. Quia ad te domine, domine oculi mei, tanquàm ad protectorem meum.*

a In te ſpera. *q. d. decet vt me præſerues à pęna gehennæ: quia modus eſt magnifici liberare ſperantes in ſe.*

c Cuſto. me à la. *ſ. deceptionis.*

d Quem ſta. mi. *ſ. ſpiritus maligni.*

e Et à ſcandalis. *Scandalum enim eſt dictum vel factum minus rectum præbens alteri occaſionem ruinæ, & ſic petit Dauid, ne peccatum linguæ alienæ præbeat ſibi occaſionem ruinæ.*

f Cadent in reti. *i. occaſionem peccandi amantes, ſecundum illud Eccl. Qui amat periculum, in illo peribit.*

*† ab* *Eccl.3.d*

h Singulariter ſum ego. *i. à ſocietate malè loquentium me ſubtraho, ne ſint mihi peccandi occaſio.*

i Donec tranſeam. *De præſenti vita ad ſanctorum requiem. Moralitas autem huius pſal. eſt, vt homo qui aliàs expertus eſt per linguam ſe peccaſſe, vel ad hoc peccatum ſentit ſe pronum eſſe, exemplo Dauid pęniteat, vt ſic à recidiuo per deuotam orationem præſeruetur, & à pęna debita liberetur.*

## MORALITER.

✱ b *Non auſe. ani. me.* i. auferri permittas à te per culpam.

f *Cadent in retia. eius.* ſcilicet dæmonis.

g *Peccatores.* Illaqueati conſuetudine peccati.

h *Singu. ſum ego.* Eorum conſortia fugiendo.

i *Donec tranſeam.* ex hoc mundo.

*In pſal. cxl. Domine cla. vbi dicitur in poſtil. De materia verò eius.*

## ADDITIO.

Inconueniens videtur, quod hic pſal. applicetur ad ſingulares hiſtorias ipſius Dauid, prout poſtillator vult. Tum propter rationes allegatas in additione ſecunda ſuper pſal. 38. ſimiliter in additione ſuper pſal. 115. quæ ibi poſſunt videri. Tum quia in hoc pſal. ſunt aliqui verſus impertinentes tali expoſitioni, ſicut cum dicitur: Ad excuſandas excu. in peccatis. Si. n. Dauid petebat hic præſeruari ab his in quibus iam peccauerat, ſuperfluum erat ſibi petere, vt non pertinaciter defenderet pctm̃ ſuum excuſationibus falſis, cũ hoc nunq̃ legatur feciſſe, vt patet in ſuis hiſtorijs. Similiter cum dicit: Diſſipata ſunt oſſa noſtra, &c. nunq̃ enim oſſa Dauid fuerũt diſſipata, ſed potius aduerſariorum ſuorum. Quòd autem per oſſa intelligatur virtus mentis, prout poſtil. ibidem exponit, hoc manifeſtè exorbitat à ſenſu literali, & ſic de plurimis alijs verſibus, qui nõ videntur in poſtilla congruè exponi, prout bene intuenti patebit. Vnde melius vr̃ dicendum cum glo. ſecundum quam Chriſtus in hoc pſal. qñq; pro membris, qñq; pro ſe loquitur, ſicut à ſuis proprijs ad noſtra redit, & à noſtris interdum ad ſua propria tranſit, prout iſta & alia ad hoc pertinentia latius continentur in glo. quæ notabiliter hunc pſal. exponit. Et ideo qui vult habere expoſitionem literalem veram & myſterioſam huius pſal. ibi quærat.

B

## REPLICA.

IN pſal. Dñe clama. quem poſtil. exponit de Dauid petente ſe de cætero præſeruari à peccato oris excuſando peccatum. Bur. illam expoſitionem abijcit tãquàm irrationabilem, allegat ad hoc deliramenta ſua poſita circa pſal. Dixi cuſtodiam, & Memento dñe Da. quæ uide in correctorio in locis allegatis. nec ualet qđ Burg ſpecialiter hic obijcit, dicens: quod Dauid nũquam propoſuit falſas excuſationes tendentes ad peccati defenſionem: quia ut dicit, in ſuis hiſtorijs non reperitur, ſed hoc eſt falſum: quia Dauid quàmplura malitioſè dixit & ſcripſit in materia Vriæ, quæ tendebant in excuſationem peccati cum eius uxore Bethſabee cõmiſſi: quibus uerbis quia Vria ſatisfacere noluit, ut uidelicet cum Bethſabee dormiret, idcirco Dauid ſcripſit uel ſcribi fecit malitioſè ad mortem Vriæ: qui caſus eſt ibi ualde proprius, quia petit de cætero ab huiuſmodi præſeruari, dicens: Non declines cor meum in uerba malitiæ. ſ. declinari permittas. Fuerunt enim illa uerba & prolata & ſcripta uerba malitiæ pertinentia ad excuſationem peccati. Et cum in eodem pſal. poſtillator illum paſſum. Diſſipata ſunt oſſa mea, exponit de mentis ſuæ robore & uirtute. Bur. obijcit dicens illam expoſitionem non eſſe literalem, quod per oſſa accipiatur mentis robur & uirtus. Sed hoc eſt manifeſtum deliramẽtum, prætendens ꝙ nullus ſit ſenſus literalis, niſi qui per uoces ſignificatur, quod falſum eſt: quia in ſacra ſcriptura non ſolum uoces ſignificant, ſed etiam res ſunt ſignificatiuæ: quia aliàs omnes propoſitiones more humano de Deo dictæ eſſent abſurdæ, puta: Oculi domini ſuper iuſtos. Et fiant aures tuæ intendentes. In manus tuas &c. Similiter & de Angelis & hominibus, ut puta. Qui facis Angelos tuos ignem urentem, & Iuſtus ut palma florebit.

D *2.Re.11.b*

## GLOSSA ORDIN.

a *Intellectus Dauid. Caſ.* Pſal. iſte quintus eſt eorum qui nomine orationis intitulantur, vbi non alia dicuntur, q quę in alijs dicta ſunt pſalmis, ſed eadem. Aug. Quia autem repetitione huiõi cõi conſulitur infirmitati, non ſuperuacue iterantur, vt repetita melius memoriæ cõmendentur. vnde ſcriptum eſt in Prouerbijs: Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapiẽtis: quia ſapiẽs quæ audierit, cogitat: retractando ruminat. vir autem ſtultus glutit illũ. i. nõ cogitat, obliuioni dat. & hęc ſũt illa mũdo animalia in lege quæ ruminant, iſta immunda. *Aug.* Dauid fugiens Saulem in ſpelunca latuit, de quo tamẽ hic nõ agitur, ſed de ſignificato. Dauid enim ſignificat Chriſtum. Spelunca verò carnem vel ſeculum vel ſepulchrũ. Dauid ergo Chriſtus cum membris in ſeculo, vel Chriſtus in carne vel in ſepulchro.

a ¶Quem habuit. ¶Totius Chriſti.

Intellẽctus Dãuid cùm eſſet in ſpelũncaca oratio.

a ¶In ſeculo, vel in carne, vel in ſepulchro.

CXLI.

a ¶Interiori. ¶Non ſtrepitu malorum.

VOcẽ mea ad domi-

## GLOS. ORDIN. PSAL. CXLI.

VOce mea. Primò ponitur oratio contra mala, ſecundò agit de fine malorum, ibi: Clamaui ad te dñe. Monet ergo nos orare. Et in perſona totius Chriſti, quaſi de ſpelunca ad Deum clamantis ait.

a De-

## NIC. DE LYRA. PSAL. CXLI.

VOce mea. *Huic pſalmo præmittitur talis titulus in Heb. Eruditio Dauid, cum eſſet in ſpelũca. oratio. per hoc autem quod dicitur, Eruditio, oſtenditur quod Dauid in compoſitione huius pſal. fuit eruditus à ſpirituſancto, & illum ſcripſit ad eruditionem aliorum. Per hoc autem quod dicitur, Oratio, deſignatur, quod factus fuit per modum ſimplicis orationis. Et per hoc quod dicitur: Cum eſſet in ſpelunca, oſtenditur locus vbi fuit factus, & ſecundum quod dicit Hiero. in prologo ſuper librum Pſalmorum, intelligitur de ſpelunca Odollam, ad quam fugit Dauid, poſtquàm euaſerat de manibus Philiſthinorum eum occidere volentiũ in Geth, vt habetur. 1. Regum. in prin. 22. & in fine 21. Et fecit hunc pſal. antequam veniret ibi ad eum illi de cognatione ſua, & homines amaro animo, & oppreſſi ęre alieno exiſtentes. Igitur ſecundum hoc pſalmus iſte in duas partes diuiditur: quia primò Dauid oſtendit anxietatem animi ſui. Secundò petit diuinitus conſolari, ibi: Clamaui ad te. Circa primum dicit:*

*1.Reg.22.a* *Ibid.21.d* *Diuiſio*

a Voce mea ad dominum clama. *Quia ex magna anxietate non poterat à clamore continere.*

a Voce

## MORALITER.

✱ a *Voce mea ad do. cla.* Pſalmũ iſtũ fecit Dauid anxius in ſpelũca.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Deprecatus ſum. Aug.* Quòd dicit clamaui, exponit, deprecatus ſum, q.d. clamor meus deprecatio eſt, non murmur, nõ blaſphemia.

Vbi ſupra.

b *In conſpectu eius. Aug.* Dominus redditurus eſt, in occulto ora, vnde in Euangelio: Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora pa. tu. qui videt in abſcondito, &c.

Matt. 6.g

c *Et tu cognouiſti. Aug.* Hoc addit, ne audientes, defecit ſpiritus meus, cõputarent eum deiectum, acſi diceret: Si illi putant me deiectum, quia ſpiritus meus defecit, tu me ſtãtem vides, cuius ſpiritus me viuificat.

d *Semitas.* Iuſtitiæ, quas illi nõ vidẽt.

e *In via.* Multæ viæ (quia multa præcepta) vna via: quia omnia ad vnũ, id eſt charitatem rediguntur. *Aug.* In via, ſecũdum votum eorũ, iuxta viam, ſecũdum veritatem. Chriſtus eũ eſt via, qui non ſinit eos laqueũ ponere in via, vt non ſit nobis quò camus, ſinit tamen ponere iuxta viam, ne à via declinemus.

† cõſpectu eius annũtiabo. Cũ deficit à me ſpiritus meus.

f *Ad dexte. Aug.* Quam mali nõ videbant. & hoc eſt, & non erat qui cognoſceret. *Caſ.* Cum enim pateris omnia, quis nouit quid attẽdas? *Aug.* Ad dexteram, qui in dexteram attendit, videt: qui in ſiniſtrã, excęcatur: Vel Apoſtoli non ſtabant ad dexteram, quia carnali timore diſperſi ſunt, ſed ego perſtiti.

Vbi ſupra. † ingrediebar. † muſcipulam

g *Perijt fug.* Tam corporis q̃ mẽtis. Et non eſt qui requirat, &c. *Caſ.* Quia nulla eſt conſolatio, ſed ſolus ad paſſionẽ relictus eſt. Perijt fuga. Aug. Circuncluſum ſe dicit, perijt fuga: quia non fugit animo, corpore licet aliqñ. Circũcluſus non fugit corpore quia non poteſt. Fortis nõ fugit mente, quia non vult. *Aug.* Perijt fuga cõcluſo vel forti, fuga quidem. vnde dr̃ in Euangelio: Videt lupum venientem & fugit. vbi dominus mercenarium vituperat Sed alia eſt fuga corporis, quã dñs permittit dicens: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.

Io. 10 b

† Erue

Matt. 10.c

h *Et non eſt qui re. ani. Aug.* Quærit aĩa, aut à perſecutoribus, aut à dilectoribus. Sic fuga perit duobus modis, & à capto & à forti.

† robuſtiores ſuerũt me. † De carcere eiue.

i *Clamaui. Caſ.* Secunda pars, vbi agit de fine malorum.

k *Spes mea. Caſ.* Quia te ex omnibus eligo. Portio humiliter dicit & cõiter portionem ſibi eſſe in terra viuentium, cum tota ſit ſua. Hoc patet ex hoc quod latroni dixit: Hodie mecum eris in Paradiſo: qui eſt terra viuentium æternaliter.

Luc. 23.f

l *A perſequen. me.* Diabolus.n. per vaſa ſua, i. p̃ filios diſſidentiæ agit perſecutionem corporis, vt intus fiat cordis ruina.

m *Vt di. Aug.* Ex pſona eccleſię loquẽs, exponit vñ liberãdus.

n *De cuſtodia ani.* Aliàs de carcere. Aug. quia in corruptione (quæ eſt pęna corporis) anguſtiatur: poſt quas anguſtias in domo Dei tota vita erit confeſſio id eſt laus Dei, modò impedit carcer cõfiteri. *Aug.* De carcere. Hic carcer vel ſpelunca, mundus poteſt dici, vbi omnia vana: vnde rogat educi animã quæ inde multa patitur. Vel, carcer, dicitur corpus: Sed non eſt magnum de corpore exire, qđ & mali habent, & omnes citò vel ſerò, nec eſt charitas ſi iuſtus ad hoc nimis feſtinat. Vel potius corpus eſt carcer, non vtique ſecundum id qđ Deus bonũ fecit, ſed corruptio eius ex peccato, de qua vult educi: vt fiat incorruptibilis. Merita carcerem faciunt. Vnum habitaculum, incluſo carcer eſt: cuſtodi, domus

a ¶Hic exponit. Quaſi deprecatus ſum, quia clamant ad Deum, etiam qui blaſphemant.

a nũ clamaui: voce mea ad dñm depre- a

a ¶Et quid adhuc? Vt purum fontem copioſe. b ¶Vbi videt in abſcondito conſcientiæ qui reddet. Si homines reddent, ante eos effunde.

b catus ſum. Effundo † in cõſpectu eius b

a ¶Orationem quæ fit in tribulatione.

orationem meam, & tribulationem c

a ¶Id eſt intus de conſcientia vel innocentia ſecuris in occulto ad eum dirigo. b ¶Et hoc facio dicit eccleſia. ¶Alias: Cum defecit à me ſpiritus meus. Quod fit ne ſuis viribus præſumat, ſi tuus deficit loquitur Dei. vnde: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritu pat.

meam ante † ipſum pronũtio. In de- d

c ficiendo ex me ſpiritum meum, & tu e

a ¶Præceptorum Dei. ¶Per quas illis cadentibus ſecurus ambulo. b ¶Chriſto hoc zelant quod Chriſti ſum. ¶Charitate quæ in me omnia ſolerat. ¶Pro te patiendo.

d e cognouiſti ſemitas meas. In via hac f

a ¶Qui pro Chriſto perſequuntur. ¶Hoc quantum ad ſe, id eſt opinionem ſuam.

qua † ambulabam, abſconderunt ſu- g

a ¶Illis vndique frementibus ad æterna reſpicio.

perbi † laqueũ mihi. Conſiderabam h

f ad dexteram & videbam, & non erat i

a ¶Quaſi perſecutores abſconderunt mihi laqueum, ſed tamen non fugi.

g qui cognoſceret me. Perijt † fuga à k

a ¶De alijs perſequentibus. b ¶Non dico ad perſequendum: ſed ad imitandum.

h me, & nõ eſt qui requirat animam l

i meam. Clamaui ad te domine, dixi: m n

a ¶Hic vbi omnia tolero. b ¶Non hic ſed. ¶Vbi ſeipſum videndum dabit.

k Tu es ſpes mea, portio mea in terra o

a ¶Ideo.

viuentium. Intende ad † deprecatio- p

a ¶Et neceſſe eſt. b ¶Aug. Humilio enim me intus, humilior à perſecutoribus, extra viſibiliter.

nem meam, quia humiliatus ſum ni-

a ¶Et. b ¶Non vt corpus ruat, ſed anima.

l mis. † Libera me à perſequentibus q

a ¶Occidendo. ¶Aug. Creuit numerus perſequentium, abundat iniquitas, friget charitas.

me, † quia confortati ſunt ſuper me. r

a ¶Sepulchro. ¶Alias, carcere. ¶Aug. Hæc ſpelunca eſt, quam titulus dicit. b ¶Id eſt carnem animæ reddendam.

m n † Educ de cuſtodia animam me- s

a ¶Vt confiteatur. ¶Vt pariam confitentes.

am, ad confitendum nomini tuo. t

*nia nuda & aperta ſunt oculis eius: ſed ad conſolationem aliquam impetrandam. Cuius cauſa ſubditur cùm dicitur:* G

*d* In deficiendo. *q.d. in tanta afflictione ſum: quòd ferè expiro.*

*e* Et tu cogno. ſe. me. *Per quas ego poſſim incedere magis ſecurè, quaſi dicat, illas non video niſi dirigas me, ideo ſubditur:*

*f* In via hac qua ambu. abſcon. ſuperbi la. *Quia Saul & eius ſatellites in terra Iſrael quærebant per multas inſidias eum capere: & cùm inde fugeret in Geth, Philiſthæi voluerunt eum occidere, ideo ſubditur:*

1. Reg.

*h* Conſiderabam ad dexteram & videbam. *ſ. vbi poſſem inuenire aliquam proſperitatem, quæ per dexteram deſignatur.*

*i* Et non erat qui cogno. me. *Quia in terra Iſrael nullus audebat ei humanitatem præſtare timore regis Saulis.*

*K* Perijt fu. a me. *Quia Dauid fugiens in terra Philiſthinorũ fuit ibi in periculo maiori, vt prædictum eſt, ideo ſubditur:*

*l* Et non eſt qui requi. ani. meam. *id eſt vitam meam ad ſaluandum ipſam.*

*m* Clamaui ad te domine. *Poſtquam Dauid explicauit anxietatem animi ſui, hic conſequenter petit ab ea liberari, dicens: Clamaui ad te domine. poſitus in dicta anxietate.*

*n* Dixi tu es ſpes mea. *Quia per te ſolùm ſpero liberari.*

*o* Portio mea in terra viuentium. *id eſt inter viuentes huius ſeculi nõ habeo vnde viuam, niſi per tuam prouiſionem. Quod dixit, quia erat exul & profugus ab hæreditate ſua temporali.*

*p* Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus ſum nimis. *q.d. Ita afflictus ſum & abiectus, quòd cum magna difficultate poſſum ſuſtinere, ideo ſubditur:*

*q* Libera me à perſequentibus me. *ſcilicet. Saule, Doeg, & ſimilibus.* H

*r* Quia confortati ſunt ſuper me. *id eſt fortiores me, intantum quòd non poſſum reſiſtere propter regiam poteſtatem me perſequentem.*

*s* Educ de cuſtodia. *id eſt de carcere, ſicut dicitur in Gen. Tradidit illos cuſtodiæ tribus diebus & tribus noctibus. tertiò verò die eductis de carcere, &c. Vnde in Hebræo & in tranſlatione Hiero. habetur hic: Educ de carcere animam meam, id eſt meipſum à nobiliori parte denominando totũ. Carcerẽ aũt vocat Dauid illam ſpeluncam, in qua erat abſconditus, nec audebat exire.*

Gen.

*t* Ad confiten. no. tuo. *Ad hoc enim principaliter deſiderabat Dauid à perſecutione Saul liberari, vt poſſet liberè accedere ad tabernaculum domini, & ibi confiteri domino confeſſione laudis.*

¶ a Me expectant

## MORALITER.

✻ Moraliter eſſe poteſt oratio propinquantis ad mortem, ſicut ſeciſſe legitur beatus Franciſcus. Dicat ergo: Voce mea ad do. cla. Et dr̃ hic bis, voce mea, ad ſignificandum mentis orationis & oris.

b *Effundo in conſpectu eius ora. meam.* i. toto conatu oro.

c *Et tribu. meam ante ipſum.* Propter mortem imminentem.

d *In deficiendo e me ſpiritum m.* Scilicet uitalem.

e *Et tu cognouiſti ſemitas meas.* id eſt cogitationes & operationes meas quantumcunque occultas.

f *In via hac qua ambu.* In via morum.

g *Abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.* i. dæmones ad peccatum me inducentes ſub ſpecie boni.

h *Conſiderabam ad dexteram.* id eſt ad mihi familiares.

i *Et non erat qui cognoſceret me.* Nam propinquum morti deſerũt, & ad rapiendum eius bona magis intendunt.

K *Perijt fuga à me.* Quia non poſſum mortem euadere.

l *Et non eſt qui requirat animam meam.* i. eius vtilitatem, ſed magis ſuam propriam. Idcirco:

m *Clamaui ad te do. dixi: Tu es ſpes mea.* In quo eſt tota ſpes mea.

o *Portio mea in terra vi.* Supple ſit per tuum auxilium, ideo ſubditur: Intende ad deprecationem meam, quia humi.

q *Libera me a per.* i. à dęmonibus acrius in morte tentantibus.

s *Educ de cuſto. ani. meam.* i. de carcere corporis. Apoſt. Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius.

t *Ad confitendum no. tuo.* Confeſſione laudis perpetuæ cum beatis.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Voce mea ad dominum. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem affectus expreſſionem.*

b Effundo in conſpectu eius orationem me. *Hoc dicit, quia orando lachrymas effundebat. Et hoc modo loquebatur Anna. 1. Reg. Effudi animam meam in conſpectu domini.*

1. Reg. 1.c

c Et tribulatione cum pro. *Non ad aliquid ſibi manifeſtandum, quia omnia*



mus. Libertas domum facit, ſeruitus carcerẽ: ita non caro quã Deus fecit, ſed corruptio eius & tẽtatio carcerẽ.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Me expectant iuſti. *ſ. Samuel & alij iuſti de populo Iſrael, qui expectabant cum deſiderio coronationem Dauid in regem, ſicut dixerat per Samuelem.*

b Donec retribuas mihi. *Pro perſecutione quam patior propter dignitatem regni. In Hebr. habetur: Me coronabunt iuſti cùm retribueris mihi. Quod fuit impletum, quando ſeniores de omnibus tribubus Iſrael vnxerunt Dauid in regem. Moraliter poſſet exponi pſalmus iſte de quolibet fideli in magna afflictione exiſtente exemplo Dauid explicante coram Deo anxietatem animi ſui, petendo deuotè ab ea diuinitus liberari, vt ſic confeſſione laudis diuinæ poſſet liberè domino confiteri.* G

2. Reg. 5.a Moraliter

a ¶Quia. ¶Hoc ex capite quale ſupra, ſingulariter ſum donec tranſeam. b ¶Caſ. Reſurrectio paſſionis eſt retributio.

† me expectant iuſti, donec retri- a b buas mihi.

## GLOS. ORDIN.

a *Pſalmus Dauid. Caſ.* Pſal. iſte ſeptimus pęnitentialium, qui ideo ſunt ſeptem, vt eodem numero quo peccauimus, peccata diluamus. *Caſ.* Sicut. n. in hebdomada mũdi huius peccamus, ita hoc numero pſalmorum remediũ penitẽtię peccatis opponit. In quibus pſalmis talis eſt forma: quia à lachrymis incipitur, & in gaudio finis eſt, ne qs de venia deſperet. *Aug.* Sicut Abſalom Dauid, ſic Iudas Chriſtũ falſi fratres corpus eius vel illiciti motus & operatio.

## GLOS. ORDINARIA. PSAL. CXLII.

D*omine ex. Caſ.* Primò, captat exordium. Secundo, narrat mala ſua, & quid ꝯ egerit, ibi: Quia perſecutus eſt. Tertiò, ponitur deprecatio cauſis confirmata, ibi: Velociter exaudi. Quartò, ponitur lęta concluſio, ibi: Spũs tuus. Monet ad pniam & orationẽ ad orãdũ. In pſona toti⁹ Chri dt: O do. &c.

c *In veri. tua. Caſ.* Nõ eſt hoc ꝯ humilitatẽ, qua petebat audiri: ſed veritas & iuſtitia Dei eſt, ne cũ rogãte diſceptet, ne eũ qui ſe dãnat iudicet. vnde ſubdit: Et nõ intres, nõ petiuit iuſtitiã iudicij. *Aug. Caſ.* In veritate tua, in tua iuſtitia. Vel iuſtitiã & veritatẽ dicit, qua parcit pęnitẽtibus, & ſe dãnãtes abſoluit, & accipit p̃ eodẽ veritatem & iuſtitiã. Et eſt: In veritate tua & tua iuſtitia. i. ſecundum iuſtitiam & veritatem, qua pœnitentibus & ſe accuſantibus indulges.

F

d *Intres. Aug.* Intrant in iudiciũ cum dño, qui ſuam iuſtitiam conſtituunt, qđ non iſte humilis. vnde propheta. Quid vultis mecũ in iudi. contendere? omnes dereliquiſtis me, dicit dñs.

e *Cum ſer. tuo.* Indignũ eſt cũ ſeruo, ne dicam cũ amico: etſi tu dicis amicũ, ego ſeruum, fugitiuus redeo, pacem quęro: non ſum dignus vocari filius tuus.

f *In conſpe.* i. in tui comparatione. Omnis viuens. Non dicit, omnis homo, quia non Apoſtolus, non Propheta, non Angelus, non throni, non cæteræ virtutes. Solus. n. Deus eſt, in quo pctũ nõ cadit, in cuius cõſpectu aſtra nõ ſunt munda.

g *Omnis vi. Caſ.* Homo generaliter, etiã infans, qui originali tenetur. nemo p̃ ſe niſi per gratiam Dei põt liberari. *Aug.* Oĩs viuens. vnde; Ante mortem ne laudes hominem. Nec Paulus ſe perfectum dicit, cum ait: Nihil mihi cõſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, &c.

h *Quia perſe.* Secunda pars, vbi eſt narratio malorum quæ patitur, & quid contra egerit.

i *Collo. Aug.* Et Chriſtus ĩ obſcuris, in paſſione, in ſepulchro: ſed nõ vt mortuus ſeculi, quia cur moreretur non habuit.

k *Et anxiatus.* Secũdũ illud: Triſtis eſt aĩa mea vſq; ad mortẽ. Et iterum: Cępit Ieſus tædere & pauere. In quo nos figuramur. Transfigurauit enim ſe in corpus humilitatis noſtræ.

l *In me.* Non in alijs: quia omnes deſeruerunt, & quia cum mori

¶ Agit de hoc quod ſignificatum eſt.

a Pſalmus Dauid, quando perſequebatur eum filius ſuus Abſalom CXLII.

b D*Omine exaudi ora-* a

a ¶Repetit. ¶Auditu clementiæ.

*tionem meam, auri-* b

¶Alias deprecationem.

*bus percipe obſecra-*

a ¶Vt verax & iuſtus videatis, qui promiſiſti. b ¶Iterũ repetit, qa repetitio confirmatio eſt.

c tionẽ meam: † in veritate tua exau- c

a ¶Aug. Propter tuam iuſtitiam quę in me eſt. A te enim eſt homini iuſtitia. ¶Non quæ ex lege eſt, quã quidã ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. b ¶Non diſtrictè mecum agas in futuro.

d di me in tua iuſtitia. Et nõ intres in d

¶Cur hæc times.

e iudicium cum ſeruo tuo, quia non e

a ¶Etſi apud e. ¶Intus vbi vides. ¶Quia etſi qui hominibus ſancti videntur, non tamen Deo qui videt intus.

f g iuſtificabitur † in cõſpectu tuo om

a ¶Exaudi, libera, & neceſſe eſt, dicit eccleſia. b ¶Apertè vel occultè.

h nis viuens. Quia perſecutus eſt ini- f

a ¶Diabolus & quicunq;. b ¶Hoc nos, hoc caput p̃ nobis. c ¶Quantum in ſe e. ¶Aug Hoc agit quicunq; perſequitur, vt relicta ſpe cęleſti, terram ſapiamus quantum in ſe eſt. hoc agit ſed non mihi hoc contingat.

micus animam meam: † humilia- g h

a ¶In terrenis. b ¶Ex perſona corpori. ¶Q[illegible] ſe eſt.

i uit in terra vitam meam. † Colloca i

a ¶Tenebris vitiorum. b ¶Cæteros deſperatos.

uit me ĩ † obſcuris ſicut mortuos ſe

a ¶Caſ. Vicinitate periculi. b ¶Extenſus, miſeria viſa, apud Deum quærens refugium, vel quaſi extra me factus.

k culi, & † anxiatus eſt ſuper me ſpiri- k

a ¶Caſ. ſapientia confuſa vel ad pęnitentiam.

l tus meus, in me turbatum eſt cor l

*diuiditur. In prima ponitur petitio lachrymoſa, ſecundò ſubditur exauditio gratioſa, ibi: Spiritus tuus. Prima adhuc in duas: quia primò ponitur dicta petitio, ſecundò petitionis ratio ibi. Quia perſecutus eſt. Circa primum dicit Dauid:*

Diuiſio

*a* Domine exaudi ora. *à perſecutione Abſalom, me liberando.*

*b* Auribus per. obſ. m. *Repetitio eſt eiuſdẽ ſñiæ ad maiorem affectus expreſſionem.*

*c* In veritate tua exau. me in tua iuſtitia. *i. in veritate tua, quæ eſt idem quod iuſtitia tua. & in hoc allegatur verbum diuinũ, quo præcipit filijs parentes honorare, in Exo. Honora patrem tuum &c. & ideo ad veritatẽ diuinam & iuſtitiam pertinebat liberare Dauid à perſecutione filij ſui, à quo debebat honorari.*

Exod. 20.b

*d* Et non intres in iu. cum ſeruo tuo. *i. mecum. Sciebat. n. Dauid, quòd illa perſecutio ex permiſſione diuina erat mota contra eũ, propter punitionẽ adulterij ſui cum Betſabee & homicidio Vriæ, ſecundum quod dixerat ſibi Nathan propheta. Hæc dicit dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, &c. & ideo dicebat Dauid: Non intres in iudi. cum ſeruis tu. q. d. non puniás me ſecundum rigorem iuſtitiæ, ſecundum quem Dauid meruerat mortem: quia ſecundum legem diuinam vtrunque vitium plectitur morte, & ad hoc allegat fragilitatem humanam qua peccauerat dicens.*

2. Reg. 12.c

*e* Quia non iuſtifi. in con. tuo omnis vi. *i. nullus homo viuens iuſtificabitur: quia quantumcunque ſibi caueat: tamen frequenter labitur ſaltem venialiter peccando. in Prou. Septies in die ca. iuſtus, &c. & in hoc allegat Dauid, q. deceat Deum rigorem iuſtitiæ temperare pro humana fragilitate.* H

Prou. 24.b † conſregit

*f* Quia perſe. *Hic ponitur prædictæ petitionis ratio, quæ accipitur ex atrocitate perſecutionis, quam Dauid ſuſtinebat, ideo dicit: Quia perſecutus eſt in. i. Abſalom & Achitophel eius conſiliarius.*

† collocauerunt

*g* Animam meam. *i. vitam meam. quærebant enim occidere eum.*

*h* Humi. in ter. vi. meam. *Tunc enim fugit Dauid peditando flens & operto capite. Iniurias etiam Semei valde humiliter ſuſtinuit.*

2. Reg. 15.f Ibid. 16.b

*i* Collocauit. *Quia Dauid fuit compulſus ſe abſcondere in locis deſertis & cauernoſis.*

*m* Sicut mor. ſec. *qui ponuntur in foueis ſubterraneis.*

*K* Et anxiatus eſt ſuper me. *Ex nimia afflictione.*

*l* In me tur. eſt cor me. *Propter malitiam filij mei me perſequentis.*

¶ a Memor

## NICO. DE LYRA. PSAL. CXLII.

D*Omine exau. Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in transla. Hiero. Pſalmus Dauid. In aliquibus tamen Biblijs ponitur talis additio: Pſalmus Dauid quando perſequebatur eum filius ſuus Abſalom. Quæ quidem additio videtur appoſita ab aliquo doctore, ſeu expoſitore, eò quod litera huius pſal. videtur ſatis ad hoc cõcordare. Illa. n. perſecutio durauit pluribus diebus. & ideo Dauid in illa exiſtens fecit plures pſal. vt patet ex ſupradictis orando Deũ deuotè pro ſua liberatione. Igitur ſecundum hoc pſal. iſte in duas partes diuiditur.*

## MORALITER.

✻ a *Domine exaudi ora.* Hunc pſal. dicitur feciſſe Dauid in perſecutione Abſalom filij ſui. Moraliter exponitur de bono prælato perſecutionem patiente ab aliquo filio ſuo ſpirituali, ſicut frequenter legitur eſſe factum. Et primo ponitur eius petitio, cum dicitur: Do. exau. & idem repetitur ad maiorem expreſſionem, cum dicit:

b *Auribus.* Tamen obſecratio propriè dicitur, quando fit per rem ſacram, ut cum dicitur: Per aduentum tuum libera nos domine.

c *In veritate tua exaudi me.* Quam decet innocẽtes ſaluare. In tua iu. non in mea. Sed quia prælatus quãtũcunq; bonus debet timere, ne perſecutionem illam meruerit, ſubditur:

d *Et non intres in iu. cum ſer. t.* id eſt in rigorem iuſtitiæ.

e *Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo o. vi.* Eſa. Omnes iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ.

Eſa. 64.b

f *Quia perſecutus eſt.* Hic ſecundò ponitur petitionis ratio, cum dicitur: Quia perſe. eſt ini. ani. m. inferendo perſecutionem nimis grauem. Et dicitur inimicus ratione culpæ, non naturæ.

h *Humiliauit in terra vitam me.* i. deiecit, non tamen in cęlo, quia patiens creſcit in merito.

i *Colloca. me in ob.* Nĩ talẽ oportet aliqñ cædere malitiæ & latitare.

l *Et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum.* eò quòd non poſſim eſſe cum populo meo.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E mori videbant aliud putauerunt, victi à latrone qui tunc confeſſus eſt, quando ipſi defecerunt.

a *Memor fui.* Hoc dicunt membra, non caput in ſua perſona. Quomodo enim memor eſt dierũ, per quem factus eſt omnis dies, & qui nunquam obliuiſcitur? Corpus ergo loquitur inhærẽs illi in charitate, & deuota humilitate. Et ait: Memor fui dierum anti. quibus bona facere, ſed non eſſe cępiſti.

† Memoratus ſum

b *Meditatus ſum.* Quia vtique oĩa bona ſunt, in quo pcipit: quia quicquid in ſe boni eſt, a Deo eſt.

† facturis

c *Et in factis manuum.* Acſi di. quæſiui in opere artificem, & in conditis omnibus conditorem, creatura tua facta eſt mihi ſpectaculum. Memor fui dierum. *Caſ.* Recolens iſte, quòd fecit cœlum & terram, & quòd benefecit antiquis, obliuiſcitur miſeriarum mundi. Et ex his quæ Deus fecit ſe conſolatur, di.

† meditatus † Extendi *Vt ſuprà.*

† Cito

d *Velociter.* Caſ. Tertia pars, vbi ponitur deprecatio cauſis cõfirmata.

e *Quia defecit ſpi. Aug.* Impleat me tuus ſpiritus: quia defecit meus. iã ſum pauper ſpiritu. In quo enim viuit ſpiritus ſuus, ille ſuperbus eſt ſpiritu ſuo, & extollit contra Deũ. Vnde alibi: Auferes ſpiritum eorũ, & deficient.

*Pſ. 103. a* *Ibidem*

f *In lacum. Auguſt.* Ille deſcendit in profundum, qui etiam perdit confeſſionem, vt qui proponit ſibi licẽtiã peccãdi ſine ſpe veniæ, habenis iniquitatis effuſis. Talis non audit
F Deum dicentem: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.

*Zach. 1. a*

g *Mane. Caſ.* poſt noctem peccatorum. *Aug.* Mane eſt, cùm peccata laxantur.

† ingrediar, quoniam

h *Notam. Auguſt.* Hoc fecit Deus, cùm propheticum ſermonem accẽdit Deus. Cui ſicut Petrus ait: debemus intendere, tanquam lucernæ in caliginoſo loco, donec dies luceſcat. Ideo etiam & ſe lumen in teſta carnis poſuit, ad quod lumẽ ambulemus, & ad formã ſerui ambulando perueniemus ad lumen purum, ad verbum in prin. apud Deum.

† Exime *2. Pet. 1. d* † quia

i *Animam. Caſ.* Vt vas ad fontem attuli, imple ergo.

K *Spiritus tuus bo. de Caſ.* Quarta pars, vbi eſt læta concluſio. *Aug.* Q. Doce me, qđ vtiq; facies: qa Spiritus tuus.

l *Propter no. Caſ.* Gratia Dei hic cõmendatur: quia non ex meritis, ſed ex nomine quod eſt Ieſus, ſe viuificandum dicit: ſed cum hoc gratia æquitatis miſcetur: quia licet Deus omnia gratis faciat, iuſtitiæ tamen eius eſt ſupplices iuſtificare, quod dæmones videt impetere.

† ad interitum deducas † tribulantes.

a ¶ Quibus punitus eſt Adam.

a meum. † Memor fui dierum antiquo- a

a ¶ Non deſiſtens. b ¶ Quia omnia bona. In quo percipit quicquid in ſe boni eſt, ab eo eſt.

b rum, meditatus ſum in omnibus ope- b

c ribus tuis: in † factis manuum tuarum c

a ¶ Formam crucis ſignificans, quæ eſt ſalus. ¶ Dilataui affectus, vel opera prius contracta. ¶ Et cum viderem omne bonum à te eſſe, dicit eccleſia.

† meditabar. † Expandi manus meas d

a ¶ Quæ eſt per ſe.

ad te: aĩa mea ſicut terra † ſine aqua e

a ¶ Hæret. ¶ Non mihi qui rigare non poſſum. ¶ Tu compluę eam, vt fructum faciat. b ¶ Ideo. ¶ Quia ſic ſitio, cito audi, quia differebat ad inflammandum deſiderium, acſi differretur pluuia ad inflammandam ſitim.

d tibi. † Velociter exaudi me domine, f

a ¶ Aug. Auertiſti olim à ſuperbo, vt probarem quod erat eſſe a te.

e defecit ſpiritus meus. † Non auertas g h

a ¶ Iam humili. b ¶ Quia etſi auertis.

f faciem tuã à me, et ſimilis ero deſcen- i

a ¶ In profundum peccati, in quo contemnunt, & perit confeſſio.

g dentibus in lacum. Auditam fac mi- k

a ¶ Poſt finem ſeculi, cum videbimus, quod modo credimus. b ¶ In nocte ſumus, ſed in te ſpe. donec nocturna tranſeat iniquitas. Nox quærit patientiam in expectando, lætitiam dabit dies.

h hi mane miſericordiã tuam: quia in l m

a ¶ Non eſt ſatis iterum ſperare, ſed aliquid, opus eſt agere quod per me non poſſum.

te ſperaui. Notam fac mihi † viam in n

¶ Non contra te. b ¶ Non ad mundum inclinaui.

i qua † ambulem: quia ad te leuaui ani- o

a ¶ Diabolo & ſuis quos implet. ¶ Aug. Multi Iudæi ſunt quos implet Sathanas, in quibus ipſe expugnatur Sathanas: Illum vero viſum expugno, illos viſos patior.

mam meam. † Eripe me de inimicis p

a ¶ Aug. Quia à te fugit Adam, & abſcondit ſe: vnde tanquam ſeruus fugiens dominum ſuum & conſecutus eſt vmbram. b ¶ Si me non doces faciam voluntatem meam, & deſeret me Deus meus.

meis domine, † ad te cõfugi: doce me q r

facere voluntatem tuam, quia Deus

a ¶ Quia. ¶ Ego peto ſic non deſpero. b ¶ Non meus malus, qui duxit me in terram peruerſam.

k meus es tu. Spiritus tuus bonus de- s

a ¶ Sed deduci nullo modo merui, vel vt inde lauderis. vnde alibi: Vt rem nominis tui impleas, quod eſt Ieſus.

l ducet me in terram rectam: propter t

a ¶ Ego me occidi.

nomen tuum domine viuificabis me u

a ¶ Alias. iuſtitia. b ¶ Non mea. c ¶ Caſ. Quando data venia de ſeculo iubet exire, quaſi de carcere.

in æquitate tua. Educes de tribula- x y

tione animam meam, & in miſericor- z

a ¶ Non in merito meo. b ¶ Hic. ¶ Nil potuerunt contra me.

dia tua † diſperdes inimicos meos. Et a

a ¶ In iudicio futuro. b ¶ Diabolum & omnes obſtinatos.

perdes omnes, † qui tribulãt animam

a ¶ Tribulant: ideo vel merito.

meam: quoniã ego ſeruus tuus ſum. b

b Non auertas faciem tuam à me. *Tanquam offenſus contra me. Et loquitur de Deo ad modum hominis qui indignanter auertit faciem ſuã ab eo, contra quem eſt offenſus.* G

i Et ſimilis ero deſcenden. in lacum. *Scilicet ſi auertas faciem tuam à me modo prædicto.*

K Auditam fac mihi mane. *Id eſt celeriter ſine retardatione.*

l Miſericordiam tuam. *Per effectum euidentem.*

m Quia in te ſpera. *Non in virtute humana,*

n Notam fac mihi viam. *Vt ſic ad locum ſecuritatis perueniam. Hoc dixit Dauid, quia fugiebat vagabundus per deſertum.*

o Quia ad te leuaui animam me. *De auxilio tuo ſperando.*

p Eripe me de inimicis meis domi. ad te confugi. *id eſt Abſalom & ſibi adhærentibus.*

r Doce me fa. *Homines enim conturbati minus prauident & ideo tunc maximè indigent à Deo edoceri.*

s Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. *Hic conſequenter ponitur exauditio gratioſa. habuit enim Dauid reſponſum ex diuina reuelatione ſe fore liberandum de perſecutione Abſalom, & in regno ſuo reſtituendum, vt dictum fuit ſuprà pſal. 3. ideo dicit Dauid: Spiritus tuus bonus. id eſt in Ieruſalem, vbi erat tabernaculum & arca domini.*

t Propter nomen tuum do. *De periculo mortis mihi imminente.*

x In æquitate tua. *Et non mea.*

y Educes de tribulatione animam meã. *i. vitam meam vel meipſum.*

z Et in miſericordia diſperdes inimicos meos. *Quia illi qui erant cùm Abſalom ad perſequendum Dauid, fugerunt diſperſi ad diuerſa loca, ſecundum quod dicitur. 2. Regum. Omnis autem Iſrael fugit in tabernacula ſua, &c.*

a Et perdes omnes qui tribulant. *Quia Achitophel ſe ſuſpendit. Et Abſalom interfectus fuit & multi de populo cum eo. 2. Regum. Et Siba filius Bochri mouens contra Dauid ſeditionem decapitatus fuit. Moraliter exponitur pſalmus iſte de quolibet fideli exiſtente in perſecutione graui, à qua lachrymoſè petit diuinitus liberari: propter quod meretur gratioſè exaudiri.* H

MORALITER.

✻ a *Memor fui dierum antiquorum.* In quibus Abſalom perſequebatur patrẽ ſuum: quia ſic patior à meo filio ſpirituali.

b *Meditatus ſum in om. ope. t.* Quibus pmiſiſti innocentes à malis tribulari.

d *Expandi ma. me. ad te.* Orans pro mea liberatione. Et ſubditur cauſa cùm dĩ:

e *Ani. mea ſi.* id eſt non poſſum facere fructum populo meo ad honorem tuum.

f *Velociter exaudi me domine.* Et ſubditur ratio:

g *Defecit ſpi. me.* ſ. deuotionis ex feruore tribulationis.

h *Non auertas fa. tuam à me.* i. ſi quod abſit, auertas eam à me, ero ſimilis deſcendentibus in lacum gehennæ.

K *Auditam fac mihi mane.* id eſt celeriter.

n *Notam fac mihi vi. in qua am.* Itinere recto ad patriam.

o *Quia ad te leuaui animam meam.* Per ſpem.

p *Eripe me de inimicis meis.* Viſibilibus & inuiſibilibus.

q *Domine ad te confugi.* Sicut ad protectorem.

r *Doce me facere volun. t.* Quia non habeo alium doctorem.

s *Spiritus tuus.* Hic tertiò ponitur petitionis exauditio, quæ aliqñ reuelatur apertè bono prælato, & aliquando coniecturaliter per internam conſolationem à ſpirituſancto, & ſic dicit. Spiritus tuus bonus de. me. in ter. re. ſ. viuentium, in qua nihil eſt obliquum.

u *Viuificabis me.* Vita gloriæ.

x *In æquitate tua.* Et non mea.

y *Educes de tribulatione.* ſcilicet præſentis vitæ.

z *Et in mi. tua di. ini.* ſ. corporales & ſpirituales, & ſubditur ratio.

b *Quoniam ego ſeruus tuus.* Obediendo tibi ad nutum.

a Pſal.

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Memor fui. *Id eſt dierum Noe, in quibus mundum ſubmerſiſti diluuio pro peccato luxuriæ: & in quibus per Noe amicum tuum malè dixiſti ipſi Cham pro patris deriſione. quaſi dic. Dauid: ex iſtis valde timeo punitionem meam pro peccato adulterij cum Bethſabee, & damnationem filij mei pro mea perſecutione. propter quod eum mortuum valde luxit, vt. 2. Reg. plenius fuit dictum.*

*Gen. 9. d* *2. Reg. 18. g*

b Meditatus ſum. *In quibus ſemper concurrit iuſtitia.*

c In factis manuum tuarum. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem affectus expreſſionem. Et quia diuina iuſtitia eſt formidanda, ideo ſubdit Dauid:*

d Expandi manus meas ad te. *Scilicet humiliter deprecando.*

e Anima mea ſicut terra. *In Hebræo habetur: Sicut terra laſſata. & eſt eadem ſententia: quia terra ſine aqua in pulueres reſoluitur, & quaſi res laſſata diſſipatur. Et ex hoc bene deſignat Dauid, quòd erat totus diſſolutus timore diuinæ iuſtitiæ. propter quod ſubdit adhuc:*

f Velociter exaudi me do. *Id eſt prope defectum, ſicut de homine, ad mortem appropinquante dicitur: Iam eſt mortuus.*

h Non



A *In pſalmo 142. Domine exaudi. vbi dicitur in poſtil. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo.*

ADDITIO.

¶ Attendendum videtur, quo Dauid qui exaudiri petebat in iuſtitia, cùm dixerat paulò antè: Exaudi me in tua iuſtitia, modò dicit: Non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo, cũ iuſtitia in iudiciũ terminatur, iuxta illud pſalmi: Donec iuſtitia conuertatur in iudiciũ. Ad qđ dicendũ ſcdm glo. ꝙ iuſtitia, ſecũdũ quam petebat exaudiri Dauid, non intelligitur iuſtitia humana quã cõiter iuſtitiã vocamus, ſed iuſtitia diuina qua Deus pęnitentibus, & ſe accuſantibus indulget. vñ Eſa. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris. vnde nõ dixit: Exaudi me in iuſtitia, ſed in tua iuſtitia. Conſequenter aũt quia iudicio diuino pœnitentes liberantur, nõ dixit: Non intres in iudiciũ tuũ cum ſeruo tuo: ſed non intres in iudiciũ. ſ. cõiter dictum, ſecũdum qđ pctõres iuxta menſuram delicti puniuntur. Vnde pſal. iſte exponitur melius de pſecutione ſpũali, in qua iuſti in hac vita afflicti ad Deum clamant, & conſiderantes defectus ſuos petũt liberari per iuſtitiam diuinã, quam veri pęnitentes liberantur, & non intrare iudicium cõiter dictũ, quo delinquentes ẽt ſi pęniteant & confiteãtur, nihilominus puniuntur pœna ſuis defectibus proportionata. Et ad hunc ſenſum faciliter reducitur litera. Quẽ quidem ſenſum penultimus verſus teſtatur, cum dicit: Spũs tuus bonus deducet me in terram rectam. Quod valde impropriè exponitur de Ieruſalem, quod nuſquã legitur nominari terra recta, ſicut nec alia loca vbi fuerunt tabernaculum & arca Dñi recta noĩantur: ſed pro terra recta intelligendum eſt cęlum, quod etiam dicitur terra viuentium, & ideo cũ dixiſſet: In terram rectam, ſtatim ſubiunxit: Propter no. tuum Domine viu. me. ſcilicet deducendo me in terram prædictam, quæ eſt vera terra viuentium. C

REPLICA.

IN pſal. Domine exaudi. ij. quem poſtil. exponit de Dauid petente ſe liberari à filii ſui Abſalom perſecutione, & ſic Dauid ſe ponit pro exẽplo morali alijs tribulatis, de quib. exponit Burg. ſed ꝙ dicit Burg. Ieruſalẽ non verè dici terrã rectam, fundat ſe ſuper argumẽto ſuo conſueto. Nõ reperitur in ſcriptura, igitur nõ eſt verum. Põt. n. rationabiliter dici terra recta ex effectibus, quia i Ieruſalẽ per ſacrificia, oblationes, & alios cultus, ibi quęrebatur rectitudo, quæ alibi fieri non debuit ædificato templo. Ibi rectificabantur errãtes per ſolam legis doctrinam, ibi rectificabantur peccantes per oblationes & ſacrificia, prout dictum eſt.

GLOSSA ORDIN.

a *Pſal. Da. ad Go. Aug.* Dauid Chrs totus, caput & corpus. Arma, qbus armatus erat populus Iudaicus, circũciſio, ſacrificia, & alia viſibilia ſacra. Sed qa lex per iſta nõ põt viuificare vt premẽtia, nõ vt adiuuãtia. In tpe grãe Chrs, caput & corpus depoſuit legis ſacra, & qnque lapides. i. ipſã legẽ. qnque. ſ. libros Moyſi tulit de flumine. i. à populo illo, q p flumẽ ſignificat: qa labit ꝯ ſeculum: qa ergo in flumine. i. in illo populo lapides vacabant inutiles, ſed vt lex eſſet vtilis, Dauid accepit vas paſtorale. i. grãm, ſine qua non põt lex impleri: qa plenitudo legis charitas, q̃ eſt ex Spũſancto. Hoc eſt ergo mittere lapides in vaſe paſtorali, quo lac mulgere ſolebat, legi. ſ. admiſcere grãm. Sic armatus pcedit aduerſus ſuperbũ. Vnũ lapidẽ miſit, quo deiecit ſupbũ: qa vnitas vincit diabolum. Percuſſit ĩ frõte, qa ex eo loco corporis ſui occidit, vbi ſignũ Chri nõ habuit. Deiecto caput gladio eius abſtulit, qa quãdo magni eius credũt (quos ille in manu hẽbat, vñ aĩas trucidabat) cõtra eũ loquunt (& ſic caput eius gladio ſuo inciditur. *Caſ.* Dauid Goliã: Chrs occidit diabolũ, humilitas ſuperbiã. Deus. n. fit humilis, vt ſupbi q̃ humiles ſanctos dedignarent ſeq, hũc ſaltẽ velint imitari: De ſua. n. figurali & myſtica gloria Chriſti agit, ex qua proceſſit & ſua. Agens ergo Deo gratias de ſua, precatur vt ille veniat qui diabolum vincat, & ſuos fideles liberet. Non inſoleſcit de victoria, vt ſolet homo, ſed virtuti Dei dat. De hac victoria quaſi terminũ omnium mundanarum rerum ſibi fecit propheta: non. n. poſt hanc aliquid dicturus eſt, vel de eccleſiæ perſecutoribus, vel ærumnis ſeculi, vel pœnitentia, uel lamẽtatione pia, vel Antichriſti elatione, ſed ſeptem reliqui diuinis præconijs & cęleſti lętitia pleni ſunt, vt quaſi repulſis nubibus peccatorũ, ſerenis mentibus ad laudes Dei perueniatur: & quaſi completis omnibus quibus humana ignorantia erat inſtruẽda, nunc ad ſola pręconia Dei vacandum eſt. vnde ſpiritualiter ſequens pſalmus laudatio intitulatur. B

GLOS.

a ¶ Agens de victoria.

a Pſalmus Dauid ad Goliã CXLIII.

a ¶ Sit. b ¶ Omnium.

b BEnedictus Dominus a

a ¶ Cui me ſubieci & dedi. b ¶ Caſ. Si primo das te Deo tunc illo adiuuante & docente pugnabis.

c † Deus meus, qui docet b

a Quod de prope ſit. ¶ Contra carnem.

d manus meas ad prelium, & digitos c

e meos ad bellum. Miſericordia mea d

GLOS. ORDIN. PSAL. CXLIII.

BEnedictus. *Caſ.* Triũphalis pſal. Agit primò de victoria, ꝙ Dauid figuraliter vicit Goliã. Spũaliter ipſe cum alijs ſanctis diabolũ, quæ tota victoria inde eſſe dĩ, qa Chrs de eius ſemine venit vincere ſuperbiã mũdi, aduentũ eius precaĩ. Scđò vnde promittit ſe victori cantare, in nouo, & vet. teſtam. precans per eum liberari, ibi: Deus canticum.

*Ibidem. Diuiſio.*

c *Qui do. ma. Aug.* i. qui per Spũm ſanctũ dat mihi dona grãrũ, quibus me facit & docet pugnare, & procedere ad bellũ cõtra principes tenebrarũ & cõtra carnẽ, cuius deſiderijs & illi mala pponunĩ. Sed vincit ille q lapidem mittit in lactis exceptoriũ. i. qui grãm attendit qui ſpũ Dei ducitur. Et quia in pugnando periclitaris. dic quod ſequitur: Miſericordia &c.

d *Et digi. Aug.* In digito notatur diuiſio operationis, quæ eſt in radice vnitas vt Apoſt. ait. Alij datur, per ſpũm ſermo ſapientiæ, alij &c. Quaſi, alij hoc, alij illud, ſed oẽs in eodẽ ſpũ. Oĩa. n. operaĩ vnus atq; idẽ ſpũs, diuidẽs ſingulis put vult. D

*Ibidem.* *1. Cor. 12. a*

e *Miſericordia mea. Caſ.* Quia prolixũ eſt multas cauſas explicare, breuiter ſingula ſingulis verbis tangit Miſericordia, qñ vltimus fratrum in regem vnctus eſt. Refugium qñ contra Goliam conſilium dedit, vt petra deijceret eum, cum quo non poterat armis pugnare. Suſceptor, quando fecit generum regis. Liberator, à periculo regiæ iræ. Protector, quãdo in ſpelunca ius in Saulem accepit. Poſt tanta beneficia ſcitã tali ſpe nõ eſſe ceſſandũ iõ ſubdit: In ipſo ſperabo. Vel, de futuro, qa imperaturꝰ erat populis, vel ſemini ſuo Chrõ pplos ſubditos pdicit. Poſt tãta beneficia non ſolũ ſe fateĩ exiguũ, ſed totũ genus humanũ beneficijs Dei indignum, quia cum deſpectu & ſub admiratione ſubdiĩ Dñe qđ eſt hõ &c. *Aug.* Mia mea. Quia tu das mihi vt miſericors ſim, & ſic vincam: qa de nullo alio ſic vinciĩ diabolus inimicus, vt de miſericordia q̃ in duob. ꝯſiſtit. ſ. in dando & dimittendo. Qui. n. dimittit, etſi peccauit, dimitteĩ. Qui dat, daĩ ei. De hac dicit Ia. Superexal-

*1. Reg. 16. c* *Ibid. 17.* *Ibi. 18. d* *Ibi. 20.* *1. Re. 24. a* *Luce 6. f* *Iaco. 2. c*

NICO. DE LYRA. PSAL. CXLIII.

BEnedictus Dñs. *Huic pſal. præmittiĩ talis titulus in Hebr. & in transla. Hiero. Dauid: ſine aliqua additione. Dicit tñ Hier. in prologo ſuper librum Pſalmorum, ꝙ Dauid fecit hunc pſal. cum ſtetit contra Goliath Gethæum. Circa quod ſciendum, ꝙ dicit Auguſt. de pugna Dauid & Goliæ, ꝙ Dauid accepit hanc pugnã ex inſtinctu Spiritusſancti, & ex reuelatione præuia, ꝙ Dñs volebat per eius victoriã Philiſthæos debellare, propter quod dixit Goliæ. Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo, ego aũt venio ad te in noĩe Dñi. Et ſubditur: & dabit te Dñs in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadauera caſtrorum Philiſthijm hodie volatilibus cęli & beſtijs terræ, vt ſciat oĩs terra: quia eſt Dominus Deus in Iſrael &c. Igitur ſcdm iſtam ſñiam pſ. iſte in duas partes diuiditur. Quia primò Dauid diuinum ſibi aſſiſtens adiutorium confitetur. Secundò, laudare Dominum pollicetur, ibi: Deus canticum nouum. Prima adhuc in duas, quia primò confitetur aſſiſtentiam adiutorij diuini. Secundò, hoc attribuit bonitati diuinæ, & non ſibi, ibi: Domine quis eſt homo. Circa primum ſciendum, quòd Dauid proceſſit ad pugnam contra Goliath inermis, excepto baculo, & funda, vt per hoc in eius victoria magis reluceret virtus diuina. Homo autem in baculo pugnat cum manibus, & quantum ad hoc dicit: Benedictus Dominus Deus meus. pugnando verò in funda, vtitur magis propriè digitis, & quantùm ad hoc ſubditur: Et digitos meos ad bellum.*

*Diuiſio.* *1. Reg. 17. e*

d Miſericordia mea. *quia proprium eſt ipſius Dei parcere & miſereri, ideo Dauid vocat eum miſericordiam in abſtracto, di. Miſericordia mea. in beneficijs mihi conferendis.*

¶ a Et reſi-

MORALITER.

✻ a *Benedictus.* ſecundum Hier. Dauid fecit hunc pſal. de pugna contra Goliath Gethæũ. Moraliter aũt põt exponi de bello viri iuſti contra diabolũ. Et ſic in eius perſona dicitur confitendo auxiliũ diuinum. Benedictus Do. Circa quod ſciendum, ꝙ ſicut in bello corporali aliqñ pugnatur de prope, manu ad manum: aliqñ de lõge, vt ſagittando vel funda lapides iaciendo, & tunc bellans vtitur digitis ſic in bello ſpirituali fit bellum de prope cum pugnatur contra actũ peccati, vt fornicationis, vel adulterii. & ſic dicitur:

b *Qui do. ma.* Aliquando de longe. ſ. contra occaſionem fornicationis vel adulterii, ut eſt aſpectus impudicus. & ſic dicitur:

c *Et digitos me. ad bel. Miſeri. mea.* Hic ponũtur tot nomina quaſi ſynonima ad ſignificandum, quòd effectus diuinæ miſericordiæ nemo poteſt explicare.

✻ Qui ſubdis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ſuperexaltat miſericordia iudicium.i.ſuperponitur iudicio,qa in quo fuerit inuētum opus miſericordiæ,& ſi habuerit fortè in iudicio quo puniatur : vnda miſericordiæ quaſi aqua, peccati ignis extinguitur.In quo non eſt iniuſtus Deus, nec Matt.7.a iudicij veritatem deſerit cum talibus ignoſcit : Quia iuſtitia eſt,vt ſecūdū quod quis fecit aliis,fiat ei,vnde Dñs ait: In qua mēſura mē ſi fueritis,ea.re.vo. Acſi diceret : Si ignoſcis, ignoſco. Etſi eſt apud te mēſura veniæ dādæ, inuenies apud me menſurā veniæ accipiendæ.Etſi eſt apud te mēſura retribuendi qđ hēs, inuenies apud me menſuram accipiendi quod non habes dimitte ergo,& dimitto:da,& do.

(† arx mea, protectio mea) (Luc.6.f)

a *Quia repu.* Magnū eſt ꝗ Deus æſtimat,& tāti facit, ut pro eo filiū dederit, cui etiam ſit panis qui eſt panis angelorum : non enim ſic æſtimat hoīem Deus vt homo,qcarius emit equum,quàm hominem. († q̄ agnouiſti eum)

Vbi ſupra. b *Vanitati &c.Aug.* Qñ hō conditus eſt,veritati ſimilis factus eſt , vanitati peccādo.Vana ſunt oīa trāſitoria,cōparatione ſemp manētis veritatis.*Caſ.*Vanū eſt qđ de ſua ſubſtantia cadēs vaneſcit: ut fumus, vt vmbra.Ita & ipē hō tabeſcit.vñ ſubdit: Dies eius.i.vita eius motoria.i.tranſitoria,ſic præterit ſicut vmbra. († tranſiens) (Ibidem.)

Iob 8.b c *Dñe incli.Augu.* Humilis Dauid ex pſona eccleſię plenus gr̄a pſumens de Deo,pugnās hic inuocat adiutoriū Dei.Q.In lucta ſumus,ſed ne deficiamus.Dñe inclina. *Caſ.* Dñe.Idē aperit qđ ſuprà dixit, innotuiſti. qa tunc innotuit qñ incarnatus apparuit. Inclina, qa hæc niſi inclinata diuinitate fieri nō poterāt. Inclinati ſūt cęli quādo honor,& virtus ſupernorū ad hoīem deſcendit,& forma Dei formam ſerui ſuſcepit. († interfice)

Phil.2.a d *Emitte ma.Caſ.* Ad pr̄em uerba cōF uertit:Emitte manū.i.Chr̄m,de alto.ubi cum pr̄e, ut carnem induat. *Aug.* Vel de ſcđo aduentu agit i pſona eccleſiæ.q.Ita fac mō. Emitte manū tuā de alto.i.Chr̄m de cœlo ad iudiciū.Veniet.n.Dñs i voce angeli,& in tuba Dei deſcē. de cę.Deinde ex perſona eccleſiæ ſubdit:Eripe me.ſ.per eam manum. Et libera &c.vt in litera. († mēdaciū:) († mendax) (1.Theſ.4.d)

e *Deus cant.&c.Caſſ.* Scđa pars. Vbi quaſi ille quē pcabat, victor & liberator venerit ei , ſe cātare i nouo teſt.& veteri promittit, & ab eo pcat liberari ab his, qui beatitudinē putant in terrenis.Canticū.*Aug.* Hoc alio noīe ſignificat legem,quam per qnque lapides ſignificauit.

a *Gla-*

a ¶Turris in tribulatione. b ¶Ne cadam.
& †refugium meum, ſuſceptor meus, (a b)
a ¶Ne hæream in via. b ¶Ne feriar.
& liberator meus. † Protector meus, (c d)
a ¶In omnibus laboribus & prælijs.
b ¶Ecce caput loquitur nobis,vel pater.
& in ipſo ſperaui : qui † ſubdis popu- (e f)
a ¶Quaſi,qui per ſe nihil,per te dignum quid.
lum meum ſub me. Domine quid eſt (g)
a ¶Aug.Totum quod eſt,in de.quia inno. ei. ¶Per aſſumptam humanitatem. b ¶Id eſt &. c ¶Quid eſt.
homo, † quia innotuiſti ei , aut filius (h i)
a ¶Per hoc. b ¶Aliàs æſtimas. ¶Alicuius pretij. ¶Quod tanti eum facis. b ¶Quod tanti eum æſtimas. ¶Et tamen innotuiſti ei & æſtimas eum. ¶Ecce quid per te.
hominis, quia reputas eum ? Homo (k l)
vanitati ſimilis factus eſt:† dies eius ſi- (m)
a ¶Dum eſt,in nocte eſt. ¶Caſ.Videtur. ſed non habet firmitatem manendi. b ¶Sed ò.
cut vmbra,† prætereunt. Domine in- (n)
a ¶Contempera hominibus apoſtolos, humiles dicant alijs tuam excellentiam. ¶Quaſi, talis per ſe eſt homo , ſed vt per te reformetur. b ¶Per eo. ¶Ad nos. ¶Ad notitiam aliorum. c ¶De gratia tua.
clina cœlos tuos, & deſcende: tange (o)
a ¶Elationes terræ,tumidos Gentiles,ideſt ſuperbos. b ¶Confitebuntur pecca. c ¶Ecce bellum Chriſti contra diabolum. ¶Contra eos autem qui conſpirant contra te,fulgura cor. crebreſce miraculis,& territi nihil audebunt.
montes,& fumigabunt. Fulgura † co- (p q)
a ¶Ab inuicem. b ¶In fine autem
ruſcationem, & diſſipabis eos : emitte (r s)
a ¶Verba tua. b ¶Ad pœnitentiam.
ſagittas tuas, & † conturbabis eos. (t u)
a ¶Chriſtum. ¶Dominus in tuba Dei deſcendet de cęlo.
Emitte manum tuam† de alto:† eripe
a ¶Hæ ſunt aquæ contradictionis. ¶Aug.Populis foris vel intus oppugnantibus.
me ,& libera me de aquis multis,& de (x y)
a ¶Quia eſt de aquis ide ma.filio. b ¶Qui aduerſo patre diabolo nati ſunt. c ¶Exaggerat eorum malitiam . vnde addit & dextera.
manu filiorum alienorum. Quorum (z)
c ¶Id eſt, dextera eorum eſt ſiniſtra.
os locutum eſt†vanitatem : & dextera (a b)
a ¶Aug. ¶Quid tu inter eos,in vaſe paſtoris habens quinque lapides?
eorum dextera † iniquitatis.Deus can- (c)
a ¶Noui hominis noui teſtamenti. b ¶Auguſt. In lege decem præceptorum cantabo tibi canticum nouū, quia plenitudo legis charitas, qua qui caret. portare poteſt pſalterium,pſallere non poteſt .
ticum nouum cantabo tibi: in pſalte- (d)

G b Quia innotuiſti ei.*Victoriam de Golia reuelando.*
i Aut filius hominis.*Id eſt ipſemet Dauid, qui vocatur filius Iſai primo Regum.& y.& in pluribus locis.*
K Quia reputas eum . *Tanta victoria dignum quaſi dicat hoc prouenit ex tua bonitate tantum.Ideo ſubditur.*
l Homo.Id eſt Dauid.
m Vanitati ſimilis factus eſt . *Ideſt nullius momenti,& in ſe,& in ſua reputatione: pp qđ poſtquam iam adeptus fuerat regiā dignitatē,dixit.Vilior fiam plus quam factus ſum ,& ero humilis in oculis meis. Secundò , attribuit diuinæ bonitati obtentum victoriæ,dicens:*
n Dñe in.*Non per loci mutationem ,ſed pietatis condeſcenſionem.*
o Tange mon. *i.percute Philiſthæos ſuperbos.*
p Et fumi. *i. virtus exercitus eorum extinguetur,ſicut titio,cuius flamma extincta fumigat.*
q Fulgu. co.*i.oñde tuę virtutis euidētiā.*
r Et diſſipabis eos.*i.acies eorum.*
s Emit. ſag.tu. *i. dirige lapides in eos qui dñr hic ſagittæ,eò ꝗ emittuntur à longe de funda,ſicut ſagitta de arcu.*
t Et conturba.eos. *Quia proſtrato Golia ictu lapidis,Philiſthęi conturbati & ſtupefacti fugerunt,& filij Iſrael eos inſequentes multos occiderunt.*
u Emitte ma.&c.eri.me.*de manu Goliæ.*
x Et lib.me de aq.mul. *i. de Philiſthęis, eo modo loquendi quo dicitur in Apocal. Aquæ quas vidiſti ſuper quas mulier ſedet,populi ſunt &c.*
y Et de ma. fi. al. *& pro , ideſt de manu Philiſthinorum,qui dicuntur filij alieni,eò ꝗ erant idololatriæ dediti,*
z Quorū os lo.eſt va. *Quia Goliath noīe oīum Philiſthinorū exprobrabat agminibus Iſrael,iactanter, dicens : Exprobraui agminibus hodie.*
a Et dexte.eo.*i.virtus ad bellandum.*
b Dextera ini. *Quia contra Iſrael habebant iniuſtum bellum.*
H c Deus canti.*Hic conſequenter Dauid ꝓ beneficijs prædictis Deū laudare ꝓmittit: In qua quidē laude primò diuinum beneficium recognoſcit.& ſecundò proſperū ſtatum gentis ſuæ depoſcit, ibi : Quorum filij. Circa primum dicit:Deus canticum nouū, In recognitione noui beneficij.*
d In pſalt.decachordo.*ideſt decem chordas habente.*

a Pſallam

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et refugium meum.*In periculis per te euitandis.*
b Suſceptor meus.*Tanquam pater miſericordiarum.*
c Et liberator meus. *In periculis occurrentibus.*
d Protector meus.*Contra Goliæ inſultus.*
e Et in ipſo ſperaui.*De victoria obtinenda.*
f Qui ſubdis pop.meum ſub me. *In Hebr.& in transla.Hier. hr̄.Qui ſubdis populos mihi.i.Philiſthæos exiſtentes in magna multitudine. pro-* 1.Reg.17.g *pter quod dicuntur populi in plurali.Per hoc enim, ꝗ Dauid Goliam interfecit,fuerunt omnes Philiſthæi debellati. Ad hunc autem intellectum reducitur litera cōis.Qui ſubdis populum meum.i.populum Iſrael . Sub me.i.in obedientia mea.propter hoc enim,ꝗ Dauid Goliā deuicit, habuit magnum nomen in populo Iſrael, & fuit poſitus ſuper omnes viros belli cōtra aduerſarios regni.Et per hoc fuit diſpoſitus ad hoc,ꝗ populus deſideraret dominium eius. vnde cum populus uenit ad eum,vt vngeret eum regem,dixit ei . Cum eſſet Saul rex ſuper nos , tu eras educens & reducens Iſrael .* 2.Reg.5.a
g Domine quis eſt homo. *Hic conſequenter Dauid totum attribuit diuinæ bonitati,& primò quantùm ad reuelationem ſibi factam de victoria contra Goliam,vt prædictum eſt,dicens:Domine quis eſt homo . ideſt ipſe Dauid .*

## MORALITER.

f *Qui ſubdis populum meum ſub me.*Hominis populus dici poſſunt animi motus,qui ſubduntur ſibi quādo obediunt rationi. Sed quia totum debet Deo attribui,ſubditur,
g *Domine quid eſt homo:quia innotui. ei. aut filius hominis quia reputas eum.*ſcilicet per effectum tuæ bonitatis ſibi collatum , quaſi dicat nihil eſt.propter quod ſubditur,
l *Homo vanitati ſimilis factus eſt:dies eius ſicut vmbra prætereunt.Domine.* Hic conſequenter ponitur dæmonum repreſſio,qui ſunt frequenter nimis acres in hoc bello. ideo dicitur,
n *Domine inclina cęlos tuos & deſcen.*per effectum poteſtatis tuæ.
o *Tange montes.*Reprimendo ſuperbos dæmones .
p *Et fumiga.*i.murmurabunt. ſicut dixerunt Chriſto . Cur veniſti ante tempus torquere nos?
q *Fulgura coruſcationem & diſſipabis eos.*per fulgura,coruſcationes, & ſagittas,intelligitur Dei ſententia in iudicio finali, qua dæmones retrudentur in profundo inferni . Sed quia vſque tunc grauiter inuadunt homines,ſubditur:
u *Emitte manum tuam.*id eſt potentiam.
x *Et libera me de aquis multis.*i. tentationibus dæmonū impetuoſis.
y *Et de manu filiorum alienorum.*ideſt dæmonum , qui ſunt filij Dei per creationem,ſed alieni ab eo per rebellionem.
z *Quorum os locutum eſt va.*Eam mundanis hoībus ſuggerendo.
a *Et dextera eorum dextera iniquitatis.* Nam ad eam impellent homines multis modis. Et quoniā ex tali beneficio debetur laus Deo. Ideo ſubditur :
c *Deus canticum nouum cantabo tibi.* Cùm liberatus fuero de inſultu maligni.
d *In pſalt.decbachor.pſal.tibi.*ideſt in obſeruatione decalogi.

Quid as ſalu-



a *Gladio..Auguſtinus.*Quas ſuperius dixit aquas, ipſum hic dicit gladium. vnde & hic ſubdit quod ibi:Et erue me de manu filiorum alienorum.
b *Maligno. Auguſtinus.*de quo : Lingua eorum gladius acutus.Eſt & benignus gladius,de quo Dominus ait: Non veni pacem mittere ſed gladium . Hic eſt gladius bis acutus , vtroque acumine præpotēs,ſcilicet veteris & noui teſta. quo omnis putredo à membris Chriſti abſcinditur.
c *Quorum filij.* Hic, qui ſint alieni,& quæ illorū dextera iniqtatis, & qualiter locuti ſunt vanitatem, exponit. *Auguſtinus.* Fęlicitatem eorū enumerat, hęc eſt dextera eorū,hęc eſt uanitas quā loquunt,dum hęc dñt beatitudinem *Caſ.*Quorū filij. Vel,myſticè hęc pñt intelligi ab illo loco . Et agit de erroribus malorū & hæreſibus hęreſiarcharū, & peſſimis cogitationibus,oñdens eos eſſe hr̄ticos, de qbus ēt quædam ad lr̄am exponuntur ſic: Quorū. ſ. pdictorū filij ſunt ſicut nouellę plā.in iuuē. ſua.i.filij eorū ſunt ſicut nouella plātatio.Qui non de apoſtolis fundati,ſed de puerſitate nouitatis.Poſt mala ipſorū,nūc & bona accuſat . Filij prauo dogmate gñati, q nō antiquis ritibus patrū viguerūt, ſed nouis erroribus pullulauerunt .
d *Filiæ eorum.*q̄ non hñt vires ꝯſtātię.
e *Cōpoſitæ.* nō natura pulchrę, ſed ab hoībus cōpoſitę.Hæ filiæ, ſūt cogitatiōes vel pdicationes eorū,q̄ non hñt veram eccleſiam, ſed ſimilitudinem.
f *Promptuaria.*corda diuerſis rebus facta . vnde peſſimas eructationes exhalant,quæ fętent.
g *Ex hoc in illud.*inſtabiles,quia non hñt radicem veritatis .
h *Oues.*ad lr̄am,qa vult eos oñdere caducis reb. hærere. q.d. peculiū eorū fętoſū , cū ipſi fide ſteriles,vñ myſticè diſcipuli eorū hę oues ſūt fętuoſę, qa ipſi alios plures i errore gñant.
i *In egreſſibus.*Non in ingreſſibus, quia totum bonum quod habere videntur,ab eis egreditur citò perituris.
K *Boues.*non labore macri,ſed otio pingues, vt his q affluūt diuitijs,cùm ipſi ſint à veritate ieiuni . Vel myſticè , boues, magiſtri terrenis affluunt.
l *Maceria.*quæ de ſolis ſaxis in hortis vel vineis.ſed nec ipſa ruit illis,adeò proſperi.
m *Neq; tran.*turbidus interrūpit qetē eorū . Vel *Myſticè*:maceria,ars philoſophorū q̄ nō pōt deſtrui,vt trāſeant iuſti,nec clamor Dei,q̄ in anguſta via (q̄ ducit ad vitam) eſt in plateis eorum,ideſt in lata via eorum,quæ ducit ad mortem.
n *Beatū di.*non inde reprehendit,quia his abundant: ſed qa pro dextera habēt.i.pro beatitudine,& hęc eſt vanitas , quā locuti ſunt.His & Abraham,& Iſaac, & Iacob , abundauit. Fęlicitas eſt ſiniſtra,ideſt temporalis, mortalis.

a *Laudatio*

a ¶Strepitus aquarum non facit obtumeſcere.
rio * decachordo pſallam tibi. Qui (a b)
a ¶Montibus iam fumigantibus.
†das ſalutem regibus, qui†redemi (c)
a ¶Totum Chriſtum caput & corpus.
ſti Dauid ſeruum tuum, de gladio (d)
a ¶Aug.Quia eſt & benignus gladius,quo Deus loquitur veritatem , malignus quo illi loquuntur vanitatem.
maligno eripe me.Et erue me đ ma (e f)
a ¶Hac repetitione de.eſtabiliores iniquos reddit. (g)
nu filiorum alienorum,quorum os (h)
a ¶Quia terrena ſunt beatitudo.
b ¶Quia terrena pro dextera habent.
locutum eſt†vanitatem : & dextera (i)
eorū dextera†iniquitatis . Quorum (k)
a ¶Aliàs nouellæ ſtabilitæ.
filij ſicut nouellæ plātationes, in iuuētute ſua.Filię eorum compoſitæ, (l)
circumornatæ vt ſimilitudo tēpli .
¶Alias cellaria.
Promptuaria†eorū plena: eructan- (m)
tia ex hoc in illud.Oues†eorum fœ (n o)
toſę, abundantes in egreſſibus ſuis:
¶Aliàs ſi.
boues†eorum craſſæ. Nō eſt†ruina (p)
a ¶Aliàs ſepis. b ¶Aliàs exitus. c ¶Nullus tumultus , ſed pax quieta.
maceriæ,neque trāſitus , neque clā- (q r)
a ¶Sed quia. ¶Non hoc arguo . b ¶Filij alieni.
mor in plateis†eorū.†Beatum dixe- (s)

C *hoc in illud . Secundò , in animalibus cùm ſubditur : Pecora noſtra in milibus,innumerabilia in compitis noſtris : tauri noſtri pingues , ſic habet translatio Hierony. & litera Hebraica eſt eadem in ſententia , quæ talis eſt : Oues noſtræ a milibus in decem milia in greſſibus noſtris: boues noſtri pingues . Tertiò,in ædificijs & clauſuris , cum dicitur : Non eſt interruptio , ſcilicet in muris ciuitatum . Et non eſt egreſſus . vnde poſſint fugere illi qui apud nos detinentur captiui de alienis gentibus . Et non eſt vlulatus in plateis noſtris propter inimicos noſtros ſubitò irruentes,quaſi dicat ſunt ciuitates noſtræ ita fortes & munitæ , quòd non habeamus timere incurſum ſubitum hoſtium . Nec mirandum eſt de mutatione modi loquendi, videlicet de optatiuo modo ad indicatiuum , & de futuro ad præſens:quia talis mutatio frequēs eſt in prophetis : & maximè in ſcripturis metricè compoſitis,cuiuſmodi eſt liber Pſalmorum. Et quia proſperitas temporalis non eſt ad bonum malè vtentium,ſed tantum benè vtentium,ſecundū quod dicit beatus Ambro.ſuper Lucam . Sicut diuitiæ impedimenta ſunt reprobis , ita probis ſunt adiumenta virtutis . ideo ſubditur : Beatus populus cuius talia ſunt , ſi tamen bene vtatur. propter quod ſubditur : Beatus populus, cuius eſt Dominus Deus ſuus:quia ille qui verum Deum colit,bene vtitur tēporali proſperitate . Aliqui verò expoſitores noſtri literam prædictam ab illo loco : Quorum filij . prout iacet in translatione communi, exponunt de Philiſthæis coniungendo literæ præcedenti: quia vt iſti dicunt,gloriabantur de multitudine et pulchritudine prolis maſculinæ & femininæ,& de abundantia in terrænaſcentibus & animalibus,& de fortitudine ciuitatum , & ſic in fine ſubditur : Beatum dixerunt, ſcilicet Philiſthęi,populum cui hęc ſunt, vel beatus populus cuius ſunt talia , iactando ſe de prædictis.Sed quia malè vtentes,cuiuſmodi erant Philiſthæi,non erant per hoc beatiores,ſed miſeriores.ideo ad repellēdum dictum eorum ſubditur : Beatus populus,cuius Dominus Deus eius, qualis erat populus Iudæorum colens vnum verum Deum. Sed quia Hebræi & Hieronymus literam prædictam non referunt ad Philiſthæos, ſed magis ad Hebræos, vt viſum eſt : ideo translatio communis poteſt reduci ad intellectum eorum ſuprà poſitum . Sic vt ab illo loco : Quorum filij &c.ſit conſtructio ſuſpenſiua vſque ad illum locum : Beatum dixerunt &c. & ibi incipiat conſtructio: Beatum dixerunt beatitudine quæ habetur in præſenti. Populum cui hæc ſunt, ſcilicet præmiſſa in litera,cùm dicitur : Quorum filij ſicut nouellæ plantationes ,ideſt qui abundant in bona prole maſculina & feminina,& in terrænaſcentibus:propter quod ſubditur:* D

(Ambroſius ſuper Lucā.) († redemit) († noſtræ) († ruptio, vel ſterilis nec ē egreſſus.laborſus) († Beatus populus cui ſic eſt)

m Promptuaria eorum plena er.*ex magna abundantia.*
n Ex hoc in il.*propter diuerſas ſpecies terrænaſcentium abundantes.Et ſimiliter in animalibus propter quod ſubditur:*
o Oues eorum fœtoſæ. *Et ſimiliter in fortibus ciuitatibus , propter quod ſubditur :*
p Non eſt rui.maceriæ. *vbi hoſtes poſſint faciliter incurrere , & per conſequens.*
r Neque clamor in plateis eorum. *& ſubito incurſu hoſtium . Et ꝓ deceat Deum dare talia populo Iſrael,oſtenditur, cùm dicitur:*

a Beatus

## NICOLAVS DE LYRA.

a Pſallam tibi. *Cantus enim huius pſal.magis appropriabatur huic inſtrumento quàm alteri , quem decantabat Dauid non ſolum voce humana,ſed etiam inſtrumento muſico.*
b Qui das ſa.re.*ideſt mihi & Sauli.Vocat enim ſe regē, eò ꝗ erat inunctus per Samuelem,et ſimiliter Saulem,eò ꝗ adhuc actu tenebat regnū. Et vterque tunc fuit ſaluatus, quia Dauid habuit victoriam de Golia, et Saul de exercitu Philiſthinorum : Quia tamen hoc proceſſit ex victoria Dauid vt prædictum eſt.ideo ſubditur:*
c Qui redemiſti Dauid.*ideſt de gladio Goliæ,cuius haſtile erat quaſi liciatorium texentium,& ferrum ſexcentos ſiclos habebat ferri.*
e Eripe me. *Hic incipit verſus ſequens immediatè præcedentē in Heb. & transla.Hiero.*
g De manu.*exponatur ſicut ſuprà:quia eſt repetitio eiuſdem, ſicut frequenter fit in canticis .*
K Quorum filii . *Hic conſequenter Dauid proſperitatem Iſrael depoſcit : prout ſonat litera Hebraica & translatio Hierony.quæ ſic habent: Vt ſint filij noſtri,ideſt filij Iſrael: iuuenes quaſi plantatio creſcens in adoleſcentia ſua , ideſt proficiant in virtute corporis & mentis . Filiæ noſtræ quaſi angeli , ornatæ ad ſimilitudinem templi , ideſt vt ornent & tradantur nuptui , vt ſic poſſit melius populus multiplicari . Et in hoc petit Dauid proſperitatem populi Iſrael quantum ad multitudinem perſonarum . Conſequenter idem petit quantum ad multiplicationem bonorum temporalium , ſine qua non poteſt multiplicatio populi ſuſtentari. Et primò , in terrænaſcentibus , ſcilicet blado & vino, & ſimilibus , di. Promptuaria noſtra plena , & ſuper effundentia ex hoc in il-*

## MORALITER.

b *Qui das ſalutem regibus.*i.hominibus cum adiutorio Dei ſe bene regentibus .
c *Qui redemiſti Dauid.*de Saulis perſecutione.
d *De gladio ma.*ideſt de maligni ſpiritus tentatione.
f *Et erue me.*Hic conſequēter ponitur liberatio ab hominibus malis,qui ſunt inſtrumenta dęmonis , cùm dicitur : Erue me de manu fi.alie.i.hominum malorum, qui ſunt filii Dei ad eius imaginem facti,ſed ab eo per peccatum alieni .
h *Quorum os lo.eſt va.*i.mendacium ad bonorum deceptionem.
i *Et dextera eorum.*Eſt.n.ſemper extenſa ad operandum iniqua.Et quia frequenter iniqui proſperantur in vita præſenti, ſubditur:
K *Quorum fi.* In quo notatur proſperitas in prole maſculina . Et etiam fœminina,cùm ſubditur:
l *Filiæ eorum compoſitæ cir.*ideſt ornatæ curioſæ.
m *Promptuaria eo.plena.*In quo tāgitur proſperitas in terrænaſcentibus,& in animalibus,cùm dicitur:
o *Oues eo. fętoſę abun* Et in temporali pace,cùm ſubditur,
p *Non eſt ruina ma.*ideſt clauſuræ murorum .
q *Neque tranſitus.*aduerſariorum.
r *Neque cla.in pla.eorum.*ſcilicet vulneratorum ab aduerſariis.
s *Beatum dixerunt.*Hoc enim dicunt homines mundani,licet ſit miſer miſeria peccati,Conſequenter oſtenditur, quis populus ſit verè beatus,cùm ſubditur:

Beatus

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## NIC. DE LYRA.

a Beatus populus cuius domi. Deus eius. *quaſi dicat hic ſolus eſt populus Iudaicus,in quo pro tunc vigebat fides vnius Dei,& eius cultus: & ideo cum ex hoc ſit beatus principaliter, decet quòd habeat abundantiam bonorum temporalium,quæ in hominibus bonis facit adiutorium virtutis.*

*Moraliter*

a ¶Quid tu Dauid dicis.
runt populum cui hæc ſunt:beatus a
a ¶Voluntate. b ¶Poteſtate.
populus, cuius dominus Deus eius.

*Moraliter poteſt exponi pſal.iſte de quolibet fideli,qui habita victoria de hoſte viſibili ſeu inuiſibili, cuiuſmodi eſt ſpiritus malignus, exẽplo Dauid inſurgit ad Dei laudem.*

## MORALITER.

a *Beatus po.cuius eſt do.Deus eius.*i.qui ſeruit Domino fideliter & deuotẽ:talis enim eſt beatus in ſpe.

*In pſal.143.Bñdictus Dñs.vbi dr̃ in poſtil. Qui das ſalutem regibus.*

### ADDITIO PRIMA.

Hoc qđ dicit regibus in plurali, non eſt neceſſe, vt referatur ad Saul & Dauid,ſed gñaliter intelligendum eſt. ſ. ꝙ Dauid attribuit Deo victoriam quam hñt reges quicunq; ſint:quia oẽ datum optimum de ſurſum eſt,deſcendens.Iac.Inconueniens eſt enim dicere, ꝙ Dauid vocaſſet ſe regem tpe huius pugnæ, cùm poſtea pluries vocabat ſe ſeruum regis,vt patet.j.Regum.& in aliis locis.

*Iac.1.c* *1.Reg.24.& alibi.*

*In eodem pſal.vbi dicitur in poſtil. Quorum filij.*

### ADDITIO II.

F vnũ Deum eſſe, qui tamen aliquas creaturas colebant tanquã deos, vt patet de his quos Rex Aſſyriorum habitare fecit in ciuitatibus Samariæ. *4. Re. 17. b. e* Et quia huiuſmodi idololatrę colebant vt deos, quãdoq; creaturas cęleſtes, quandoq; terrenas. ideo ſubdit: Confeſſio eius. ſ. fidei vnitatis Dei, eſt: Super cęlum & terrã. Profitebantur.n. ꝙ nullus alius Deus erat in cęlo, nec in terra, vt hr̃ in Deut. *Deut. 4. f* Scito ergo hodie, & cogita in corde tuo, ꝙ dominus ipſe eſt Deus in cęlo ſurſum, & in terra deorſum, & non ſit alius. Quintò præfertur iſte ſtatus: quia ſub fide & cultu vnius Dei, miraculoſè exaltatum fuit cornu populi Dei. ſ. per regiam poteſtatem ſublimẽ multis miraculis acquiſitam, vt patet in hiſt. Dauid. *1. & 2. Reg. per totum.* Exaltatio.n. cornu in hoc loco nõ eſt neceſſarium vt intelligatur de regno Chriſti ſpirituali, prout in poſtil. ſed de regia poteſtate ſublimi, ſicut in Deut. de Ephraim legitur: *Deut. 33. d* Cornua rhinocerotis cornua illius. qđ dr̃ propter regnũ decẽ tribuũ, qđ ab eo deſcendit non pp regnum Chriſti: quia nõ deſcendit de tribu Ioſeph & Ephraim. Similiter cum dr̃ in Thre. *Thren. 2. a* Confregit in ira furoris ſui oẽ cornu Iſrael, intelligitur ad literam, de ablatione regiæ poteſtatis à Iudęis tpe Ieremiæ, non de regno Chriſti. Sextò præfertur iſte ſtatus, quia nõ ſolum adepti fuerunt filij Iſrael regiam poteſtatem modo prędicto, ſed ẽt quandam ſanctitatẽ ſortiti ſunt: vnde in Exo. legitur: *Exo. 19. a* Vos eritis mihi in regnum ſacerdotale & gens ſancta, & de hoc dicit: Hymnus oĩbus ſanctis eius, & ſequitur: Filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi, eò ꝙ non fecit taliter oĩ nationi, vt dictum eſt in fi. præced. pſal. Secundus verò ſtatus eccleſiæ conſideratur ſub lege euangelica, ad quem quidem ſtatũ propriè applicatur ſequens pſal. ſ. Cãtate do. &c. quod ſic patet, nã hic ſtatus præfertur pręced. in ſex. Primò in ipſius nouitate: hic.n. ſtatus nouus dr̃, cum reſpectu antiqui qui vetus eſt, de quo Apoſt. ad Heb. *Heb. 8. d* Nouum veterauit prius. Tum reſpectu legiſlatoris, de quo ad Eph. *Ephe. 4. f* Induite nouum hominem, qui ſecundũ Deum creatus eſt. Tum reſpectu mandati principalis. vnde Ioh. *Iohan. 13. d* Mandatum nouũ do vobis. Tũ reſpectu cuiuſcunq; legẽ euangelicã ſuſcipientis, ad Gal. *Gal. 6. d* Nec circuncíſio aliquid valet, nec præputium, ſed noua creatura. Et ideo in ſtatu no. te. meritò canticum nouum cantari debet. vnde Eſa. *Eſa. 42. b* vbi de Chriſto in primo ſui aduentu ad literam agit, dicit: Cantate domino canticum nouum: laus eius in extremis terræ. Quod propriè concordat in forma verborum cũ primo verſu huius pſal. ſ. Cantate domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum, niſi quia vbi dr̃ hic: Laus eius in eccleſia ſanctorum, ibi dicit: Laus eius in extremis terrę. Ex quo intelligitur, ꝙ eccleſia ſanctorũ. ſ. euangelica, de qua ibi & hic agitur, diffundenda erat in extremis terræ. ſ. per orbem terrarum. Secundò pręfertur hic ſtatus nouus reſpectu primi in præſentia Chriſti. Fuerat.n. Chriſtus in antiquo teſta. ſub figura, modo eſt reali pręſentia, & de hoc dicit pſal. Lętetur Iſrael in eo qui fecit illum, & filiæ Sion exultent in rege ſuo. q. d. G hic ſtatus non ſolum lætatur in Deum qui fecit eum. ſ. tanquam in creatorem, prout in primo ſtatu: ſed etiam tanquam in regẽ ſuum. ſ. in regem ſaluatorem, iuxta illud Eſa. Dominus rex noſter ipſe ſaluabit nos. Tertio præfertur in exaltatione humilium. In veteri.n. licet commendetur humilitas, non tamen ſic laudatur ſicut in nouo, vbi Chriſtus quaſi totam doctrinam ſuam in hoc fundauit: Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. Similiter & præmium vltimum, quaſi totum humilitati attribuit, dicens: Qui ſe humiliat exaltabitur. & de hoc dicit Pſal. Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo, & exaltabit manſuetos in ſalutem, hoc eſt dicere: Populus huius noui ſtatus in quo beneplacitum eſt Deo, ſunt manſueti, qui exaltabuntur in ſalutem. Quartò præfertur hic ſtatus reſpectu primi in purificatione interioris hominis. ſ. conſcientiæ. In primo enim ſtatu, vt Aug. dicit, manus prohibebantur, non animus. ſ. vt in pluribus: in ſtatu verò nouo tota gloria iuſtorum in conſcientia interiori conſiſtit. vnde Apoſt. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtrę, de qua gloria dicit Pſal. Exultabũt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. ſ. in conſcientijs ſuis purificatis. vnde in glo. Iuſti de actibus ſuis bonis non lætantur extra. ſ. in populari fauore, ſed in cubilibus ſuis. ſ. in conſcientijs. vnde Matt. Intra cubiculum tuum, & ora patrem tuum. Quintò verò præfertur hic ſtatus præcedenti in poteſtate duplici ſibi data. ſ. temporali & ſpirituali, prout exponitur illud verbum euangelij: Ecce duo gladij. & de hoc dicit: Et gladij ancipites in manibus eorum. ſ. gladius temporalis, qui apud imperialem poteſtatem principaliter reſidet, & gladius ſpiritualis. ſ. ligandi & ſoluendi, qui reſidet apud Petrum & eius ſucceſſores. Cum primo enim gladio quandoque fit: Vindicta in nationibus. Cum ſecundo: Increpationes in populis. Et ex hoc prouenit ꝙ quandoq;: Alligantur reges eorũ in compedibus, quia ſecundum glo. in præceptis Dei, quæ dicuntur vincula ferrea, quæ quaſi dura ſunt & inſolubilia, vt cum dicitur: Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet, Matt. Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem. Apoſt. His enim vinculis ligantur gentium reges & nobiles ſeculi ab infirmis huius mundi, quos elegit dominus, vt fortia quæq; confunderet: Hæc in glo. Et ſequitur: Vt faciant in eis iudicium conſcriptum, quia omnia iſta in primo ſtatu fuerunt conſcripta ſaltem in figura, & modò complentur. Sexto pręfertur hic ſtatus præcedenti, quia primus pertinebat tantum filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi, vt in fine pręcedentis pſal. concluditur. Gloria tamen huius ſtatus: Eſt omnibus ſanctis eius. ſ. per omnes gentes & per totum mundum, vt in glo. Tertius H verò ſtatus eccleſię conſideratur in lege beatifica & æterna. ſ. in ſtatu glorię. Ad quem quidem ſtatum propriè applicatur pſal. vlt. ſ. Laudate dominum in ſanctis eius: & exponatur ſicut vltimo loco exponitur in poſtilla ad iſtud propoſitum reducendo vſque ibi, cum dicitur: Omnis ſpiritus laudet dominum: Quod verbum pręter expoſitionem poſtil. quę ſatis competens eſt, poteſt etiam aliter exponi, & fortè magis propriè. Ad quod ſciendum, ꝙ ſecundũ Greg. in eccleſia pręſenti immolatur Deo ſacrificium compunctionis, iuxta illud: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. In cœleſti verò ſacrificium laudis. vnde pſal. Dirupiſti vincula mea, & tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Cuius ratio eſt: Nam in hac vita retardatur ſpiritus, ne feratur totus in ipſum Deum. Quandoque ex grauedine peccatorum, quandoq; ex impedimẽto molis carnalis, quę ſunt vincula animæ quibus diruptis in ſtatu glorię ſacrificatur Deo hoſtia laudis. In qua quidem hoſtia nihil reperitur, quin feratur in Deum. ideo dicit: Omnis ſpiritus laudet dominum. i. totus ſpiritus. Dictio enim Hebraica כל Chal in hoc loco poſita vtrunq; ſignificat indifferenter. ſ. totum & omne. Notandum eſt etiam ꝙ vltimus verſus huius pſal. vltimi, correſpondet primo verſui primi pſal. ſicut vltima perfectio alicuius rei primę inchoatæ perfectioni ipſius. Beatitudo enim de qua intelligitur illud: Beatus vir qui non abijt in cõſilio impiorum, eſt beatitudo vię nondum perfecta, ſed incipiens per receſſum à malo: Sed in hoc verbo vltimo intelligitur perfecta & conſummata beatitudo, quę terminatur in totali adhæſione ad Deum per claram cognitionem & perfectum amorem, in quibus conſiſtit ſummum gaudium & vera laus Dei: de quibus Eſa. Gaudium & exultatio reperientur in ea gratiarũ actio & vox laudis, ad quod nos perducat Dei filius.

## REPLICA.

IN pſal. Laudate dominum de cœlis, vbi poſtil. dicit ex titulo non eſſe notum nomen autoris apud Hebræos. Burgen. vult, ꝙ Dauid ſit autor huius pſal. ſicut & omnium aliorum ſecundum opinionem beati Aug. de qua opinione vide correctorium circa pſal. primum. Sed probatio Burgen. eſt probatio ignoti per ignotius: quia nititur probare per orationes quaſdam, quas nunc facit ſynagoga, quæ orationes nobis ſunt magis ignotæ & dato ꝙ eſſent nobis notæ, non eſſent tamen autenticæ, & abſit eius orationes eſſe autenticas & efficaces, quia per ſynagogæ orationes Iudæi ſingulis diebus eccleſię Chriſti & Chriſtianis maledicunt, vt dicitur in Gloſſa Ordinaria Eſaię. Circa illum autem paſſum: Et exaltauit cornu populi ſui. quem poſtilla exponit de incarnatione Chriſti, in qua exaltauit nobis cornu ſalutis, prout autoritatibus probat poſtillator, Burgen. exponit de poteſtate regia in veteri teſtamento miraculoſè data populo Iſrael: In quo



A in quo Burg. multipliciter peccat. Primò quia dicit poteſtatem regiam inter Iudæos miraculis multis acquiſitam, cum tamen peccatis populi multum reprehenſibiliter fuerint regalia Iudæorum exacta & introducta, de quo vide 1. Reg. 8. in correctorio ſatis lato. Secundò peccat, quia cum cornu hic accipiatur in bono, & ſic dicatur exaltatum. Burgen. ad probandum ſuum propoſitum adducit cõcordantiam, in qua cornu accipitur in malo, & dicitur de ipſius cornu deiectione. Nam quod allegat Deu. pen. de Ephraim cornua rhinocerotis, cornua illius accipitur pro regno decẽ tribuum ſecũdum omnes, quod regnum ſupra ſæpe deteſtatus eſt, & Gen. 49. vt C patet in eiuſdẽ capituli correctorio v. Similiter quod allegat Threnorum 2. ſonat in deiectionem cornu & regaliæ, hic autem ſonat in exaltationem: quia ex optima cauſa conſurgentem. Dicitur enim hic: Cõfeſſio eius ſuper cęlum & terram, & pro quia, exaltauit cornu populi ſui. Ad probandum ineptias ſuas, adducit concordantias vocales tantum, non reales more uilium collectorũ &c. *Gen. 49. b Thren. 2. d*

## GLO. ORDIN.

a *Halleluia. Caſ.* Poſt omnes creaturas, quas in pręcedẽti pſa. monuit laudare Deum, eò ꝙ ab ipſo creatæ ſunt, hic proprius, & ſpecialius Iſrael inuitat ad nouum canticum pro nouitate ſibi facta, quæ mirabilior eſt Dei operatio: Hæc eſt ſanctificatio Iſrael, per quã de veteri factus eſt nouus.

## GLOS. ORDINAR. PSAL. CXLIX.

CAntate do. Caſ. Primò multis modis monet laudare regẽ qui eis beneuolus & beneficus. Secũdò agit de gaudijs ſanctorum, ibi: Exultabunt.

c *Canti. no. Aug.* Qui vult cantare hoc cãticum, diligat æterna, vt fiat nouus. Vetus.n. homo, vetus canticũ cantat, de terrenis. Nouus homo nouum cãtat, de ſpiritualibus. Canticum. ſ. pacis canticum charitatis & iucunditatis. Quiſquis enim ſequitur veterem animoſitatem, non nouam charitatem, nouum canticum non cantat.

d *Laus eius.* Hic, vbi, & à quibus cantari debeat hoc canticum, determinat.

e *In rege ſuo.* i. in Chriſto, qui eſt rex & ſacerdos. *Aug.* Vt rex pugnauit pro nobis de cruce, diabolum vincens: Vt ſacerdos ſe pro nobis obtulit, nihil inue- B niens in hominibus, q̃ pro eis offerret.

f *In choro. Caſſ.* Quia nulla diſperſio, ſed chariſſima vnitas, tunc exultatio erit de tympano & pſalterio, nõ ipſi actus.

g *Quia be. pla. Caſſi.* In prima conditione rerũ legimus omnia placuiſſe Deo, ſed pòſt mutatis qualitatibus, & pęnitere, & gaudere. vnde: Pœnitet me feciſſe hominem. Et alibi: Gaudebo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Secundum hoc dicit hic: beneplacitum eſt domino in populo, cum peccata dimittit vel cum parem angelis faciet.

h *Exulta. Caſſi.* Secunda pars, vbi agit de gaudijs ſanctorum & poteſtate.

i *Glo. Caſ.* eſt bonorum actuum frequẽs laudatio, de quibus iuſti lætantur in cubilibus. i. in conſcientia. ideo quia habẽt tam bonum dominum, qui dat peccantibus gratiam, & in meritis vitam æternam. Fatuus extra in fabulis hominum lętatur: Sanctus hic modus gaudij eſt, vt ad illum referantur bona qui dedit.

k *Exultationes Dei. Caſ.* Virtus Dei & potentia prædicatur in gloria ſanctorum. In cubilibus in diuerſis manſionibus eſt gloria ſanctorum. De quibus dominus. In domo patris mei manſiones multæ ſunt.

☞ a In

### Halleluia CXLIX.

a ¶De myſterio redemptionis & promiſſione æternitatis.

CAntate domino cãnticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum: & filiæ Sion exultent in † regẽ ſuo. Laudent nomẽ eius in choro, in tympano: & pſalterio pſallant ei. Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo: & † exaltauit manſuetos in ſalutẽ. Exultabunt ſancti in gloria: † lætabũtur in cubilibus ſuis. Exultatio-

¶Alias laudatio. a ¶Caſ. hæc laus non vbicunq;, non à quibuſcũq;, ſed in eccleſia catholica, vel in futura Ieruſalem.

a ¶Licet hic multa patiatur.

a ¶Etiam ſecundo, vt ſit Iſrael. b ¶Idem ſunt Iſrael & filiæ Sion. ¶Vel, hij.

a ¶Chriſto, quem tunc videbunt.

a ¶Qualiter? ¶In vnitate charitatis. ¶Concordia morum. b ¶Mortificatione carnis.

a ¶Spirituali operatione. b ¶Alias. ¶Quoniam benefacit dominus.

¶Vel bit. a ¶Æternam.

a ¶Exaltauit manſue. & pro eo. b ¶In vindicta malorum. ¶Caſ. vindicta peccantium gloria eſt ſanctorum.

a ¶Intus in conſcientia, non extra populari fauore.

dum verò beatum Aug. Dauid fecit ipſum. Igitur ſecundum hanc ſententiam pſalmus iſte in duas partes diuiditur: Quia primò fidelis populus ad laudem inducitur. Secundò ad hoc ratio adducitur, ibi. Quia beneplacitum eſt. Circa primum dicit pſalmiſta. *Diuiſio.*

a Cantate domi. canticum no. *pro nouo beneficio fidelibus affuturo.*

b Laus eius in eccleſia ſan. *ſ. veteri: ac noui teſtamenti, quorum vna eſt eccleſia: licet aliquando eccleſia magis ſtrictè accipiatur prout contra ſynagogam diuiditur.*

c Læ. Iſrael in eo qui fecit eum. *i. in Chriſto venturo ad iudicium, qui potentia ſuæ deitatis fecit totum mundum. Et vocatur hic populus fidelis quicunq;, & potiſſimè Chriſtianus Iſrael. vnde dicit Apoſtolus. Non.n. qui in manifeſto Iudæus eſt: neq; q̃ in manifeſto in carne eſt circũciſio, ſed qui in abſcõdito Iudæus eſt & circunciſio cordis in ſpiritu, non litera.* *Rom. 2. d*

d Et filiæ Sion. *i. eccleſiæ, quæ vocatur Sion, vt dictum eſt ſup. pſal. 147.*

e In rege ſuo. *i. in Chriſto, qui in iudicio apparebit in regia maieſtate, ſicut in primo aduentu apparuit in noſtra infirmitate.*

f Laudent no. eius in choro. *i. in ſocietate cõcordi charitate, quia de beneficijs, cõmunibus Deus in communi eſt laudandus.*

g In tympano, & pſal. pſallant ei. *Per iſta inſtrumenta deſignatur ſpiritualis gaudij redundantia de mente interiori ad extra, ſecundum illud. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Et etiam quia non ſolum in veteri teſtamento, ſed etiam in nouo eccleſia vtitur, non ſolum ſono vocum, ſed etiam inſtrumẽtorũ, vt tympanis & organis in pluribus locis.* *Pſal. 83. a* D

h Quia bene. eſt domino in populo ſuo. *Hic adducitur ratio laudandi Deũ. Circa quod ſciendum, ꝙ licet aduentus Chriſti ad iudiciũ futurus ſit valde terribilis iniuſtis, erit tamen delectabilis iuſtis: propter quod ſaluator, loquens apoſtolis de ſignis præcedentibus extremum iudicium ſubdit, dicens: His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra, id eſt exhilarate corda, ſecundum quod exponit beatus Greg. ho. 1. & ideo aduentus Chriſti ad iudicium debet eſſe delectabilis iuſtis, quia habebunt iudicem gratum. Et hoc eſt quod dicitur: Quia beneplacitum eſt domi. Licet enim omnes boni & mali ſint ſui generaliter, tamen iuſti, dicuntur populus ſuus ſpecialiter, qui ſunt à Deo electi ad regnandum cum eo in ciuitate cęleſti.* *Luc. 21. f* *Greg. Ho. 1.*

i Et exaltauit man. in ſalutem. *Loquitur hic de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Et dicuntur hic manſueti potiſſimè illi, qui dulciter ſuſtinent oppreſſiones tyrannorum amore Dei, qui in iudicio futuro erunt exaltati: ideo ſubditur,*

K Exultabunt ſancti in glo. *quia poſt iudicium ſancti erunt glorioſi in anima & corpore: & ſic augmentata gloria, augmentabitur eorum exultatio & lætitia. Et quia tunc totaliter quietabitur animæ appetitus, ideo ſubditur,*

l Lætabuntur in cubili. ſuis. *quia cubile eſt locus quietis. Et dicitur in plurali cubilibus pro diuerſis gloriæ gradibus ſeu manſionibus, quia licet ſit eadem beatitudo omnium obiectiuè: non tamen formaliter, quia licet omnes ſancti videant Deum & eo fruantur, tamen vnus videt ipſum clarius altero, & dulcius fruitur ipſo. Et quia tunc in corporibus glorioſis erit laus vocalis, ſecundum quod dicunt aliqui doctores, & probabiliter, ideo ſubditur.* *Cubile*

m Exultationes Dei in gutture eorum. *quia laus vocalis incipit à gutture, & arterijs.*

☞ a Et

## NIC. DE LY. PSAL. CXLIX.

CAntate domino canticũ no. *Huic pſalmo in Hebræo & in tranſlatione Hiero. præponitur pro titulo Halleluia: & per hoc deſignatũ, ꝙ eſt quædã laus diuina: & ſecundũ Hebræos eſt diuina laus pro victoria quã expectant ſibi affuturã per regem Meſſiam, qui ſecundum eos ſubijciet populo Iudæorum omnes nationes & reges eorum, ſecundum quod videtur litera prætendere. infra. Ad faciendam vindictam in nationibus &c. Sed hæc expoſitio innititur falſo fundamento. ſ. ꝙ Chriſtus ſit venturus in mundũ, cum iſte aduentus iam tranſierit in præteritum, vt frequenter dictum eſt ſupra, & ideo quantum ad hoc iſta expoſitio tanquam erronea dimittatur, & pro quanto poteſt habere veritatem, accipiatur: vt pſalmus iſte ſit quædam laus facta ab aliquo ſancto viro pro victoria perfecta, quam habituri ſunt fideles populi in ſecundo aduentu Chriſti, ſcilicet ad iudicium: quia tunc tyranni & potentes huius mundi, qui fideles afflixerunt in corpore, & anima, detrudentur in infernum: & ſancti cum Chriſto regnabunt in æternum. Quod prænidens in ſpiritu ſancto aliquis vir ſanctus cuius nomen ignoratur, ſecundum Hebræos, fecit pſalmum iſtum, ſecundum*

## MORALITER.

✠ a *Cantate domino canticum nouum.* Pſalmus iſte ſecundum ſenſum literalem eſt quædam inuitatio ad Dei laudẽ de victoria quã habituri ſunt ſancti de ſuis oppreſſoribus in iudicio finali, & ſequens. ſ. Laudate dominum in ſanctis eius eſt inuitatio ciuium cœleſtium ad Dei laudem ex plenitudine gloriæ, quam tunc habebũt ſancti in conſortio eorum: quæ expoſitiones ſunt ſpirituales propter quod pertranſeo de alijs hic ponendis.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *In gutture*, qui in corde & in lingua non deſinunt laudare E cum à quo æterna habent.
b *Gladij*. Poteſtatem verbi Dei accipientes, cum domino iudicabunt, ſedentes ſuper duodecim ſedes, & tunc verè fiet vindicta, & increpatio in populis, tunc reges terræ ligabuntur: vnde non ſit liberum exire. Et nobiles ferēt ferrea vincula, vt grauia ad portandum, & q̄ non pōſſit rumpi: & ſic fiet iudicium conſcriptū. i. ab angelis cōprobatum. De quo Apoſtolus: Neſcitis quia angelos iudicabimus. & ne putes ſolos apoſtolos iudicare, addit: Gloria hæc. ſ. poteſtas iudicij, eſt omnibus ſanctis eius. i. perfectis qui pro Chriſto omnia terrena reliquerunt. *Aug*. Exultationes Dei in gut. Sic. n. legitur in cubilibus & faucibus. i. in corde & lingua, vt non ſibi tribuāt, quod boni ſunt, ſed Deo à quo acceperunt quod ſunt, & ſperant, id quod nondū ſunt.
c *Ad alli*. His vinculis mandatorum, & præceptorum Dei, ligantur gentiū reges, & nobiles ſeculi ab infirmis & contemptibilibus huius mundi, quos elegit dñs vt fortia quæq; confunderet, ipſosq; impleuit ſpiritu ſancto, & dedit eis frameas bis acutas, vt ad Chriſti timorem nobilium corda cōuerterent, & ſeculari nobilitate contēpta paupertatem eligerent, & nobilitatē in Chriſto. Voluit enim prodeſſe imperatori de piſcatore, non piſcatori de imperatore. *Aug*. Per hos ligat reges & nobiles in vinculis ferreis, ne progrederentur ad illicita.

1. Cor. 6. a — † faciēdas vindictas in gētibus obiurgationes — *Vbi ſupra*. — † Vt alligent — 1. Cor. 1. d

d *Iudi. con. Aug*. A patribus ſancitum. Iſta antea ſcripta ſunt G & modò complentur. Legebantur. n. aliquando, nec fiebāt, modò fiūt. Et cōcludit ita: Gloria hæc eſt om. ſan. eius. Per totum mundum, & per omnes gentes, hoc agunt ſancti, ſic gloriantur, ſic exultant in gloria, ſic cantant canticū nouū, ſic dicunt halleluia, corde, ore, vita.

a ¶Non ſui. b ¶Ideſt lingua. ¶Alias faucibus. c ¶Sermo Chriſti.
nes Dei in gutture eorum: & † gla-
a ¶Ex vete. & no. te. ¶Vel bis acuti. b ¶Poteſtate. ¶Vt dicant vbi venit & cui v[…]
dij ancipites in manibus eorum.
a ¶Vt occidant peccatores illo gladio bis acuto, ſecundum illud: Ego occidam & viuere faciam.
Ad † faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. ¶Ne putares ſanguinem fundi, ſubdit.
† Ad alligandos reges eorum
a ¶Præceptis Dei.
in compedibus, & nobiles eorum
a ¶Alias, vinculis. ¶Ideſt Dei mandatis. ¶Vt quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et item: Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem. b ¶Quia dura ſunt vincula. Hoc eſt iudicium quod faciunt ſancti per omnes gentes. c ¶Ad hoc habent gladios in manibus.
in manicis ferreis. Vt faciant in
a ¶Etiā conſequentur æternam gloriam.
eis iudicium conſcriptum, gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

## NIC. DE LY.

a Et gla. an. i. *ex vtraq; parte ſcindentes*.
b In manibus eorum. Ad fa. vin. &c. *Per hoc intelligitur conſtantia ſanctorum, & potentia in extremo iudicio, contra illos qui iniuſtè oppreſſerunt eos in hoc mundo, ſecundum quod dicitur in Sap. Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt &c. Vel poteſt referri illa litera ad angelos ſanctos qui erunt executores diuini iudicij ſeparando impios à iuſtis, & mittendo eos cū dæmonibus in ignem inferni, ſecundum quod dicit Matt. Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. Et quia ab illa pœna non poterunt ſolui ſeu liberari, ideo ſubditur: Ad alligandos reges eorum &c.*
c Vt faciant in eis iu. conſcriptum, *i. executione extremi iudicij in diuina præſcientia ab æterno conſcripti, & etiam in libris ve. & no. teſtamenti. Et quia talis executio diuinæ iuſtitiæ cedet ad augmentum gloriæ electorum, ſecundum quod dicitur ſupra. Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam. ideo ſubditur,*
d Glo. hæc eſt om. *Vel iſtud pōt referri ad ſententiā datā pro electis: quia ſicut angeli erūt executores diuini iudicij, mittēdo malos in gehēnā ita erūt executores, trāsferēdo electos ī aīa, & corpe ad gloriā ſēpiternā*

d *Iudi*.

## GLOS. ORDIN.

a *Halleluia. Caſſi*. Atomus eſt hic pſalmus, & tertius eorū qui ſine diuiſione hic agitur. In quo intenditur vt laudet̄ Deus, quia ſanctos congregauit: & depoſita fragilitate ſuæ imagini reſtituit, iam conformes gloriæ ſuæ in beatitudine locauit, vbi omnis abundantia.

Sup. pſ. 150.

F

## GLOS. ORDINAR. PSAL. CL.

Ibidem.

L*Auda. do. Caſſi*. de laude Dei in ſanctis eius, qui glorificati ſine fine laudāt. *Caſ*. Monetur ciuitas Dei. ſ. vnitas omniū ſanctorum ore, & animo cantare. In hoc culmen omnis pſalmodia perducitur, q̄ nuptiali dulcedine cantatur.
c *Lauda. eum in fir. Aug*. Virtus eſt in firmamēto. Eſt. n. virtutis magnæ, quod ſancti iam non moriētur, & potentatus Dei dr̄ in eis qui regnant cum eo in æternum. Ipſi etiam ſunt multitudo magnitudinis, quia magnos fecit, & iam multos. ſ. milium. vnde: Milia milium miniſtrabant, & decies centena milia aſſiſtebant ei. i. ipſi ſancti ſunt in omnibus muſicis pro ſignificantia diuinæ laudis. In tuba pp excellentiſſimam laudis claritatem. In pſalterio & cithara. i. de cęleſtibus & terreſtribus, tanquam eum qui fecit cęlum & & terram. Pſalterium. n. à ſuperiori ſonat. vt dictū eſt. Cithara ab inferiori: ideo per pſalteriū cęleſtia, & per citharā terreſtria ſignificantur. Tympanū fit de corio ſiccato, & firmato. Organū eſt generale nomen omnium vaſorum muſicorum, licet vſu dicatur organū quod inflatis follibus ſonat. qđ nō hic accipit̄, ſed aliquid qđ chordas habet. Cordæ, caro iā à corruptione libera, quibus addit organū, nō vt H ſinguli ſonēt, ſed vt diuerſitate cōcordi cōſonēt, vt ex diuerſis vocibus, ſed non aduerſis ſit cātus ſuauis. Cymbala inuicē ſe tāgunt, vt ſonent: ideo labijs noſtris cōparantur, ſed melius in cymbalis, qui inuicem ſe honorantes, dant laudē Deo. *Caſſi*. Quibus propheta in principio formam cōuerſationis oſtēdit, iam in illa Ieruſalem receptis, dicit in eis laudādum eſſe Deum, qui omnia dedit. In firmamēto, quia morte ſua diabolū vicit, & credētes ad cęlū perduxit. In virtutibus vel potentatibus: quia oīa ſubiecta pedibus eius.
d *Secundum multitudinem*. Quomodo hoc, cum magnitudinis eius non eſt finis, ſed ſpiritualibus & ſanctis dicitur hoc. Et cum non ſit finis magnitudinis, ſecundum eam laudatur Deus, cū ſine fine laudetur. Qūo autem debeat laudari p ſimilitudines myſticas, vſq; ad finē pſal. dicit: Tuba concrepet regi, pſalteriū canat Deo: cithara cū reli- quis

Expoſ. pſal. 150. to. 8. — Dan. 7. d

### Halleluia CL.

a ¶Pro his quæ ſanctis ſuis dedit.
LAudate dñm in † ſanctis eius, laudate eū in
a ¶Ideſt pro eo quod morte ſua diabolum vicit, & credentes ad cęlum perduxit.
firmamento virtutis eius. Lauda-
a ¶Cui flectitur omne genu, cęleſtium, terreſtrium, & infernorum.
te eum in virtutibus eius: lauda-
a ¶Ideſt ſine fine: ſicut non eſt finis magnitudinis eius.
te eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate
a ¶Ideſt vt regem, & quia vos in bello diaboli vincere fecit.
eum in ſono tubæ: laudate eum
a ¶Vt Deum & quia vos fecit ſummos. ¶De cœleſtibus & terreſtribus. ¶Vt eum qui fecit cœlum & terram. b ¶Vt ſponſum: & quia vos ab imis liberabit.
in pſalterio & cithara. Lauda-
a ¶Carne mutata ſine omni corruptione & vocum concordium conſonantia. ¶Tympanum de corio fit extenſo in ligno. b ¶Chorus eſt temperata vocum collectio.
te eum in tympano, & choro:

## NIC. DE LY. PSAL. CL.

LAudate domi. *Huic pſal. præmittitur talis titulus in Hebręo & in translatione Hier. Halleluia ad deſignandum, quod pſal. iſte eſt quædam inuitatio ad laudem Dei: Et exponitur communiter ad literam referendo ad tempus veteris teſtamenti: & ſecundum hoc in hoc pſalmo tria tanguntur. Primum eſt laudationis locus, cū dicitur: Laudate dominū. Et vocatur hic ſancta, prima pars templi, quæ dicebatur ſanctum ſiue ſancta: & ſecūda, quæ dicebatur ſanctum ſanctorum, vbi ſacerdotes dicebant diuinas laudes: quia primam partē intrabant quotidie ſacerdotes ſacrificiorum officia conſummantes. Secundam verò partem intrabat ſummus ſacerdos ſemel in anno, vt habetur Heb. 9. Et quia Deus non ſolum eſt laudandus in terris, ſed etiam in cælis, ideo ſubditur,*
b Lau. eū in fir. *Et vocatur hic cęlū empyreum firmamentum, eò quod eſt immobile & firmum: & ſic diuinæ contēplationi & eius laudi aptiſſimū.*
c Lau. eum. *Hic ponitur ſecundum. ſ. ipſius Dei laudandi magnificus ſtatus, cū dicitur: Laudate eum in vir. eius. Licet enim diuina virtus ſit vnica, ſicut & eius ſubſtantia: tamē eſt multiplex in effectibus, ita quod nūquam tot effectus producit, quin poſſit adhuc producere plures. ideo dr̄,*
d In vir. eius. *i. in effectibus ſuis iā factis & fieri poſſibilibus. Et quia magnitudo virtutis eius eſt nobis incomprehenſibilis. ideo ſubditur,*
e Lauda. eum ſe. mul. ma. eius. *i. quantuncūq; poteritis, quia adhuc ad debitam eius laudem non attingetis. Eccl. Benedicentes dominum exaltate eum quantum poteſtis, maior eſt enim omni laude.*
f Lau. eum. *Hic conſequenter ponitur tertium. ſ. laudationis modus: Et quia in veteri teſtamento nō ſolum laudabant Deum vocibus humanis, ſed etiam muſicis inſtrumentis. ideo dicitur: Lau. eum in ſono tubæ. Et nominantur hic plura inſtrumenta muſica, quibus vtebantur ſacerdotes & Leuitæ, & deſcriptionem eorum pertranſeo, quia ſunt ſatis nota, excepto vno cum dicitur,*
g Et choro. *Et dicunt aliqui, quod chorus eſt inſtrumentum de corio factū: Et habet duas fiſtulas de ligno: Vnam per quam inflatur, & aliam per quam emittit ſonum. & vocatur gallicè cheurete. Credo tamen magis, quod hic accipiatur chorus pro laudantium ſocietate.*

Heb. 9. a — Diuiſio. — Eccl.

a Laudate



quas ſponſo. Tuba enim terribilis, vel in bello ſumitur, vel A in aduentibus regum apparatur pſalterium à ſummo, cithara ab imo ſonat: hæc omnia humanis actibus comparata, figuraliter ibi dicuntur laudes Dei perſonare.
a *In chordis & or. Caſ*. Chordas ponit pro omni inſtrumēto muſico, quod chordarum tentione ſonat. Organum eſt quaſi turris fiſtulis diuerſis fabricata, flatu follium ſonās: & vt hęc omnia de hominibus accipe res, ad os hominis venit. Et exponens quid ſit laudare in chordis & organo, ſubdit,
b *Laudate eum in cym. &c*. Cymbala bene ſonantia labia noſtra ſunt, quæ corde concinna in laudibus Dei bene ſonant, in quibus eſt ſimilitudo cymbalorum, & harmoniā reddunt, & ideo bene inter muſica inſtrumenta ſunt. In cymbalis bene ſonan. *Caſſi*. Cymbala bene tinnientia ſunt ex permiſtis metallis paruiſſimæ phialæ, quæ acutum ſonum reddunt. Sed quia omnia ſpiritualiter intelligi vult apto fine concludit.
c *Omnis ſpi*. angelicus & humanus, laudet dominum: Non caro & ſanguis, non ambitus ſeculi: ſed quod eſt in natura rerum ſublimius, quod cœleſtia ſapit, æterna capit. Breuis & perfecta ſcientia, vt Deum ſpiritualiter omnia laudent. in his totius muſicæ perfectio eſt. Eſt enim flatus in tuba, pulſus in cithara & in cymbalis, vox in choro. Quibus muſicis inſtrumentis ſignificatur ſpiritualis harmonia, quæ non auribus, ſed pura mente aduertitur. *Aug*. Tria ſunt genera ſonorum. Voce, per chorum. Flatu per tibias. Pulſu, vt per citharam. Hęc omnia ad hymnos nuptiales pertinēt. Quod valet 15. in ordine ſingulorum. i. vnitatum, hoc 40. in ordine denariorum, & mille quingenti in ordine centenariorū. & 15. millia in ordine millenariorū. Ideo quod ſignificatur per 15. hoc idem per 40. & alios duos numeros. Quindenarius ſignificat concordiam duorum teſtamentorum. In veteri obſeruatur ſabbathum, qui eſt dies ſeptimus. In nouo B dominicus, qui eſt octauus poſt ſeptimum: idem & primus poſt ſabbathum, & primus in prima rerum conditione. Secūdum hoc myſterium numerus eſt pſalmorum. Quinquagenarius conſtat de ſeptima ſeptimanarum, addito vno tāquam ipſo octauo ad determinandum quinquagenarium. Per ſeptenariū ſeptiformis ſpiritus figuratur, & per ipſum quoq; quinquagenarium. Tot. n. diebus completis poſt reſurrectionē venit ſpiritusſanctus ſuper cōgregatos in Chriſto, qui ſpiritu ſeptenario numero præcipuè in ſcripturis cōmendantur. Quinquagenarius in quadragenarium & denarium diuiditur. vnde quadrageſima die poſt reſurrectionē aſcendit. Inde poſt decem ſpiritum miſit. Per quadragenarium, temporalis habitatio huius mundi oſtenditur, & lex Moyſi. Per quaternarium, temporalis habitatio. Per denarium, lex. Quaternarius in quadragenario ex quatuor & decem in ſe ductis multiplicato præualet quantum ad ſignificationem. Quatuor. n. partes habet mundus & annus. & C quatuor ſunt elementa, ex quibus omnia corpora conſtant. Denarius autem legem ſignificat propter decalogum mandatorum, quæ fuerant ſcripta in tabulis. Huic autem numero. ſ. quadragenario additur denarius vt quinquaginta compleantur. denarius verò vitam æternā ſignificat. Cōſtat. n. ex tribus & ſeptē. Ternarius verò ad ſanctam trinitatem refertur. Septenarius verò qui conſtat ex tribus & quatuor ad duplicem hominis naturam, qui cōſtat ex anima & corpore. Ad animā pertinet ternarius, propter triplicem vim animæ. Ad corpus quaternarius, propter quatuor elementa. Tunc enim in nobis æternitatis beatitudo perficietur, cū vtriuſq; naturæ noſtræ ſabbathiſmo potiti, trinitati increatæ coniūgemur. Addito ergo denario quadragenario velut mercede pro impleta in hac vita lege reddita, ipſa æternitas figurat̄. Quinquagenarium autem cū trinitas multiplicat, fiunt 40. Quæri ſolet vtrum vnus ſit liber pſalmorum an plures? Hie. quinq; libros dicit propter quinq; diſtinctiones quæ ſiunt per fiat fiat. Cui obuiare videtur qđ dicitur in Actibus apoſtolorum. Sicut ſcriptum eſt in libro Pſalmorū, ideo in libris dicit, ſed in libro quaſi vnus ſit liber, non plures: quod tamē ſuperiori non repugnat. Bene namq; multi libri vnus liber, dicuntur, vt multæ eccleſiæ vna, multi cęli, cęlū. vnde: Aquę ſuper firmamētum. i. cęlum: & aquæ quæ ſuper cęlos ſunt, laudent &c. idem ſignificans per cęlos & firmamētum i. cęlum. Poteſt etiam dici in libro Pſalmorum i. in aliquo libro illorū quinq;. Duodecim etiam prophetarū vnus liber dr̄. Omnes etiam canonicæ ſcripturæ vnus liber dr̄, eò quod mirabili vnitate concordent. Nō vacat, quod primus quinquagenarius de pęnitentia eſt. Secundus de miſericordia & iudicio. Tertius de laudibus Dei in ſanctis eius. Sic enim ad ęternam vitam tendimus, prius peccata dānamus, vocante Deo ad pęnitētiam quos apud ſe in occulto prædeſtinauit. Inde D per miſericordiam bene viuimus, ne iudicium in futuro timeamus. Deo vocatos iuſtificante per miſericordiā & timorē iudicij, vbi de ciuitate dñi diſperguntur qui operātur iniquitatē. Tandem ad vitā glorificati intramus, vbi Deū ſine fine laudamus. Ad hoc pertinet quod dñs ait: Ecce eijcio dæmonia: & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die cōſummor. Q. qđ etiā in ſua paſſione & dormitione & vigilatione oſtendit, in cruce de diabolo triūphauit, in ſepulchro requieuit, in reſurrectione exultauit: pęnitētia cruciat, iuſtitia trāquillat, vita æterna glorificat atq; iucūdat. pęnitentię igit̄ vox eſt: Miſerere mei Deus Iuſtitiæ vox: Miſericordiā & iudiciū can. Vitę ęternę vox eſt: Omnis ſpiritus laudet dñm.

An vnus ſit liber pſalmorum — Act. 1. b — Sup. 148. a — Luc. 13. g

a ¶In his qui ſe inuicem mouentes delectant Deum.
laudate eum in chordis & organo: Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus. laudate eum in
a ¶Ne putes cymbala ſine anima, addit iubilationis. ¶Aug. Eſt enim iubilatio ineffabilis laus Dei, quæ non niſi ab anima proficiſcitur.
cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

Liber hymnorum ſiue ſoliloquiorum Dauid finit.

## NIC. DE LYRA.

a Laudate eum in chordis. *ideſt in inſtrumentis habentibus chordas de ære ſeu inteſtinis. Sed quia iſtæ modulationes inſtrumentorum ſeu vocum Deo non ſunt acceptæ, niſi inquantum procedunt ex mentis deuotione, ideo concludit in fine.*
b Omnis ſpiritus laudet do. *Videtur autem mihi, quod pſalmus iſte poteſt aliter exponi, vt ſit concluſio totius libri pſalmorum, & conſequenter ſe habens ad præcedentem pſalmum, qui terminatur in tranſlatione electorum ad cęleſtem gloriam peracto iudicio extremo, & ideo in hoc pſalmo inuitantur omnes ciues cęleſtes ad Dei laudem perpetuam, inter quos primò inuitantur homines ad gloriam aſſumpti, quia Chriſtus in humanitate aſſumpta & beata virgo Maria excedunt omnes angelos in cęleſti gloria. & ideo dicitur: Laudate dominum in ſanctis eius. i. in ſocietate ſanctorum ex hominibus. Laudate eum in firmamento virtutis eius. i. in cœlo empyreo, quod eſt honorum locus. & dicitur firmamentum ratione prætacta. Secundò inuitantur ciues cęleſtes quantum ad angelos, cum dicitur: Laudate eum in virtutibus eius. i. in ſocietate angelorum, qui nominantur nomine virtutum, eò quod medius ordo mediæ hierarchiæ nominatur ordo virtutum. extrema autem aliquando nominantur à medio. Laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Licet autem magnitudo diuina ſit vna & non multiplicata in ſe, dicitur tamen quodammodo multiplicari, inquantum ab ea producuntur multi effectus magni. Et quia iſti effectus maximè relucent in ciuibus cęleſtibus tam angelis quàm hominibus, ideo vtriſq; dicitur: Laudate eum ſecūdum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in ſono tubę &c. ſecundum quod dicit beatus Greg. Balbutiendo prout poſſumus excelſa Dei reſonamus. ſ. per ſenſibilia nobis nota: ideo hic exprimuntur multa inſtrumenta muſica, non quia habeant locum in cœleſti patria, ſed ad deſignandum magnitudinem iucunditatis celeſtis, in qua licet ſit laus vocalis ſecundum aliquos doctores, vt dictum eſt pſa. præcedenti, tamen laus mentalis ſiue ſpiritualis eſt principalior. ideo in fine concluditur: Omnis ſpiritus laudet dominum. i. ſpiritus angelicus & humanus, qui ibi continuè laudant Deum, ſecundum quod dicitur ſupra. Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Ad quam laudem nos perducat qui cum patre, & ſpiritusſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.*

Gregor. — Pſal. 83. a

### Cantica in locis ſuis require.

| | |
|---|---|
| *Cantemus domino, Exo. 15. a* | *Benedictus es domine, Daniel 3. e* |
| *Audite cęli, Deuteron. 32. a* | *Domine audiui, Abacuk. 3. a* |
| *Exultauit cor meum. 1. Regum 2. a* | *Magnificat, Luc. 1. e* |
| *Confitebor tibi domine, Eſa. 12. a* | *Benedictus dominus Deus Iſrael, Luc. 1. g* |
| *Domine miſerere noſtri, Eſa. 33. a* | *Nunc dimittis, Luc. 2. d* |
| *Ego dixi. Eſa. 38. b* | |

Poſtilla ſuper librum Pſalmorum edita à Fratre Nicolao de Lyra ex Ordine Minorum Sacræ Theologiæ Doctore Excellentiſſimo finit.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

# EPISTOLAE SANCTI HIERONYMI

## Ad Chromatium & Heliodorum Epiſcopos de Libris Salomonis, Fratris Britonis de Ordine Minorum, expoſitio.

Hier. contra Ruf. lib. 2.

IVngat epi. Nūc prologū præmittit Hieronymus tribus libris Salomonis ſcribens Chromatio & Heliodoro epiſcopis, vnde ipſe dicit in ſecundo libro contra Ruſinum: Salomonis libros quos olim iuxta additis obelis, & aſteriſcis in Latinū verteram, ex Hebraico transferens & dedicans ſanctis epiſcopis Chromatio & Heliodoro, hoc in pfatiūculæ meæ fine cōiunxi: Si cui ſanè LXX interpretū &c. Vnde non debet appropriari Parabolis, cū oībus ſit cōis. In prima parte iſtius prologi captat Hier. eorū beneuolentiam, commendans in eis charitatē, cū dicit: Iungat epiſtola &c. In ſecunda quia poſtulationi nō ſatisfecerat rōnabilem ptendit excuſationē, ibi: Cōmentarios in Oſee &c. In tertia dicit φ licet multi ab eo diuerſa poſcerēt, iſtis tñ p̄ cæteris obnoxius tenebat pp ſumptuū adminiſtrationē, ibi: Mittitis ſolatia ſumptuū &c. In quarta dicit ſe eis tria Salomonis volumina trāſtuliſſe cū duobus libris apochryphis, qui licet non habeant autoritatē: valent tñ ad eccleſię ędificationē, ibi: Itaq; longa ęgrotatione fractus &c. Vltimo, trāſlationi LXX, quā correxerat pfert iſtam editionem ibi: Si cui ſanè LXX interpretū &c. Aliq libri habēt iſtam ſalutationē in principio Chromatio, & Heliodoro epiſcopis Hieronymus ſalutem. & poſtea ſequitur,

Diuiſio.

F

### EPISTOLA S. HIERONYMI presbyteri ad Chromatium & Heliodorum epiſcopos de libris Salomonis.

IVNGAT epiſtola quos iungit ſacerdotium: imò charta non diuidat quos Chriſti nectit amor. Cōmētarios in Oſee, Amos, & Zachariam, Malachiā quoq; poſcitis. Scripſiſſē, ſi licuiſſet præ valetudine. Mittitis ſolatia ſumptuū, notarios noſtros & librarios ſuſtētatis, vt vobis potiſſimū noſtrum deſudet ingeniū. Et ecce ex latere frequens turba diuerſa poſcentium, quaſi aut æquum ſit me vobis eſurientibus & alijs laborare: aut in rōne dati & accepti, cuiquā præter vos, obnoxius ſim. Itaq; longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus eſſem, tridui opus nomini veſtro cōſecraui, interpretationē videlicet triū Salomonis voluminum משלי miſle quod Hebræi Parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat: Coeleth, quem Græcè ἐκκλησιαστήν, Latinè concionatorem poſſumus dicere † Sirhaſirim, quod in lingua noſtra vertitur Canticū Cātico

a Iungat epi. Conſtrue ſic: Epiſtola. Iſta ſingularis & indiuiſa, ab epi. qđ eſt ſuprà, & ſtolon miſſio, quia ſuper intētione mittētis gerit officium nuntij. Iungat. i. iunctos nos eſſe oſtēdat. Quos ſacerdo. i. epiſcopalis dignitas, Iungit: qui ambo eſtis epiſcopi. Imò. i. certè vel potius. Chartam: per diuerſas epiſtolas diuiſam. & dr̄ à careo, quia caret pilis, & carnibus. Non diuidat. i. non diuiſos oſtendat vos. Quos amor Chriſti, non mundi. Nectit. i. colligat & coniungit. Q. dice. vnicā & indiuiſam epiſtolā vobis ſcripſi: quia eſtis in dignitate ſocij, & per charitatē cōnexi: ne ſi diuerſas ſcriberē, diuiſionē inter vos aliquā denotarē. Cōmentarios. i. expoſitorios tractatus. A commēto dr̄ cōmentarius, a, um. i. expoſitorius, nā cōmentum dr̄ quaſi cū mente. Cōmentum. n. eſt pluriū ſtudio vel doctrina in mente habitorū in vnū collectio. Vel dr̄ cōmentum à cōminiſcor, ſceris, cōmētus ſum, cōminiſci, qđ ſignificat cōmemorare, ad memoriā reducere, mentiri, fingere, cōponere vel adinuenire fortè vitio ſcriptorū iuenimus cōmentarios pro cōmētaria. Dr̄. n. hoc cōmentariū & inde hoc cōmētariolū diminutiuū pro ſcripto īterpretatiuo: vnde Iſid. in 6. etymol. Cōmentaria dicta, quaſi cū mēte. Sunt. n. interpretationes, vt cōmentarios in Oſee, Amos, Zachariā, Malachiā &c. In Abacuk dicit glo. Cōmentatur Hieronymus ſup Oſee, Iohel, & Amos, Abdiā & Ionā, Pāmachio Super Naum, Michęā, Sophoniā, & Aggæum, Paulæ, & Euſtochio. Super Abacuk, Chromatio, Super Malachiā Exuperio Tholoſanæ eccleſiæ pontifici, & Mineruo, & Alexandro monachis. Sup Zachariā Exuperio Tholoſano epiſco.

Iſid. Etym. lib. 6.

b Præ va. i. p̄ infirmitate, nā valeo, les, in bona ſignificatione dr̄ firmū eſſe, vigere, ſanū eſſe, vel poſſe & pretium denotat. Itē valere in mala ſignificatione dr̄ perire, vel infirmari, & inde vale, valeto, valetote verbum defectiuū, qđ pertinet ad ſalutationē in receſſu. vnde verſus differētialis: Dicit aue veniens abiturus, valeq; recedēs. Hoc verbū ſalue cōprehendit aueq;, vale ſ. Et quia poſt peractā ſepulturā recedentes amici dicebāt mortuo, vale, qđ erat ſignū, φ amplius nō debebāt eū videre. Dicūt quidā, φ ab iſto vale, dr̄ valetudo pro infirmitate, vel p̄ valetudine. i. firmitate deficiēte. Valetudo. n. dr̄ firmitas, vel infirmitas: vnde Græciſmus: Infirmi tibi ſit valetudo, ſit quoq; firmi. Dicas à valeo diſſimiliq; modo. ſ. ſcđm diuerſas ſignificatiōes.

c So. ſum. i. expenſarū, ſine quibus nullum eſt ſolatium, iuxta illud: Si ſumptus deſint tibi nullæ deliciæ ſint.

d Nota. no. i. ſcriptores.

e Libra. i. librorū cuſtodes, vel potius notarios appellat, qui primò ſcribebāt in ſchedulis de minuta litera: ſed librarios notat illos qui ſcripta à notarijs redigebāt in libros, ſcribētes de groſſa litera. vnde Iſid. in 6. etym. Liber eſt interior tunica corticis, q̄ ligno adhæret. Vnde & liber dr̄ in quo ſcribimus. eò φ ante vſum chartæ, vel mēbranarū de libris arborū volumina fiebāt, & cōpaginabanī: vñ & ſcriptores à libris arborū librarios vocauerunt.

f Diuer. po. Quia vos petitis cōmentaria in dictos prophetas & alij petunt alias ſcripturas.

g Aequum. ideſt iuſtum.

h Vobis eſu. i. valde dicta commentaria deſiderantibus, ſicut valde deſiderat cibū q eſurit.

i Alijs labo. i. ad petitionē aliorū quibus nō teneor ſicut vobis: & tñ inſtāter petūt quaſi:

k Obno. ſim. i. obligatus, Obnoxius, ex ob, & noxius. i. ſubditus, vel obnoxius cōponitur ab ob, & noxa. Propriè quidē obnoxius alicui dr̄, qui pp noxā. i. culpā: vel pp offenſam aliquam illi eſt ſuppoſitus, debitus, vel obligatus: ſed ponitur pro ſubiecto ſubdito quocunq; modo.

l Cui. pr. e. vo. ob. ſim. Itaq; lon. ægro. fra. ne pe. hoc anno reti. in rōne dati, & accepti, quaſi diceret: nulli ſum obligatus niſi vobis: qa nullus alius dedit mihi expēſas, & à nullo alio accepi eas.

m Tridui opus no. ve. conſecraui: inter. vide. trium Salo. volu. i. parui temporis: & tunc quaſi ponitur finitum pro infinito. Vel, Tridui. i. modici laboris, à tris, ideſt tres, & dies.

n Miſle. Qđ ſ. volumen Hebræi vocāt Parabolas. Miſle משלי Hebraicè, Parabolæ Græcè, Prouerbia Latinè. Eſt aūt, Parabola rerū genere diſſimiliū comparatio, ſicut 30. Prouerbiorū, diabolus cōparaī ſanguiſugæ, quia ſp ſitit ſanguinē peccatorū Item in eodē capitulo leoni fortiſſimo cōparat Salomon Chriſtū de morte triumphantē. Gallo qui annuntiat horas noctis cōparat p̄dicatorem. Arieti qui eſt dux gregis, cōparat ſacerdotem: vnde dicit Iſid. in 6. etym. Salomon librum iſtū Parabolas appellauit, eò φ in ipſo ſub cōparatiua ſimilitudine figuras verborū, & imagines veritatis oſtenderit, ipſam aūt veritatem ad intelligendū legētibus reſerauit. Parabola dr̄ à para qđ eſt iuxta, & bole, quod eſt ſententia, quaſi ſimilitudo vel comparatio ex diſſimilibus ſumpta iuxta ſententiā. Prouerbiū aūt eſt parabola, vel ſimilitudo, vbi aliud dr̄ & aliud intelligitur. ſicut Luc. 8. Semen dicitur verbum Dei, & volucres diaboli. Vnde dicit prouerbium, quaſi pro verbo poſitum, vel quaſi verbum pro alio.

o Coeleth. Hebraicè, quod volumen poſſumus dicere Eccleſiaſten &c. Coeleth, Hebraicè: ἐκκλησιαστὴς Græcè, cōcionator Latinè. Concionor, cōcionaris dr̄ loqui ad concionē, & inde concionator dr̄ liber iſte: eò φ ſermo eius non ſpecialiter ad vnū ſicut in prouerbijs, ſed ad vniuerſos generaliter dirigaī, docens omnia q̄ in mūdo cernimus, caduca eſſe & breuia, & ob hoc minimè appetēda: ita dicit Iſid. in 6. etym.

p Sirhaſirim quod in lin. no. verti. &c. i. transferī vel interpretaī.

q Canticū Can. Quaſi dicat Sithaſirim Hebraicè. epithalamiū Græcè,



Græcè, carmē nuptiale Latinè, qui canit epithalamiū. i. nuptialē cantum pro coniunctione Chriſti & eccleſiæ. Dicit aūt canticum Canticorū, eo φ omnibus canticis præferaī, q̄ in ſacris ſcripturis habemus, ſicut q̄dā in lege dñi dūr ſancta, quibus maiora ſunt ſanctaſanctorū: ita dicit Iſid. etym. 6. Et ſubdit: Horum aūt trium librorū carmina hexametris & pētametris verſibus cōpoſita perhibentur, vt Ioſephus Hieronymusq; conſcribunt. Epithalamiū. i. cantus qui fit ſup thalamū. i. ſupra ſpōſum vel ſponſam: vnde epithalamius, a, um, ſecūdum Hugutionē. Papias verò ſic dicit: Epithalamia ſunt carmina nuptiarū, quæ decantantur à ſcholaſticis ad honorem ſponſi vel ſpōſę. Hoc primò Salomon edidit ad laudē Chriſti & eccleſiæ: ex quo Gentiles epithalamia ſibi vēdicauerunt. Dictum eſt aūt, φ in thalamis decantetur. Hieronymus in epiſtola ad Paulinum: Salomon pacificus & amabilis domini, mores corrigit, naturam docet, eccleſiam iungit pariter & Chriſtum, ſanctarum quoq; nuptiarum dulce canit epithalamium.

C

rum. Fertur & panaretos Ieſu filij Sirach liber, & alius pſeudographus, qui ſapientia Salomonis inſcribitur. Quorū priorem Hebraicum reperi, non eccleſiaſticum vt apud Latinos, ſed Parabolas prænotatū. Cui iuncti erant Eccleſiaſtes & Canticum Cāticorū, vt ſimilitudinē Salomonis, nō ſolum numero librorum, ſed etiā materiarum genere coæquaret. Secūdus apud Hebræos nuſquā eſt, quia & ipſe ſtylus Græcā eloquentiam redolet, & nonnulli ſcriptorum veterum, hūc eſſe Iudæi Philonis affirmāt. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ, & Machabęorū libros, legit quidē eccleſia, ſed eos inter canonicas ſcripturas non recipit, ſic & hæc duo volumina legat ad ædificationē plebis, non ad autoritatem eccleſiaſticorum dogmatū confirmandā. Si cui ſanè Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatā. Neq; enim noua ſic cudimus, vt vetera deſtruamus. Et tamen cum diligentiſſimè legerit, ſciat magis noſtra ſcripta intelligi, quæ non in tertium vas transfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prælo puriſſimę cōmendata teſtæ, ſuum ſaporem ſeruauerint.

a Panaretos. i. eccleſiaſticus: à pan qđ eſt totum, & ares qđ eſt virtus, & theſis qđ eſt poſitio: quia eſt cōtentiuus & inſtructiuus virtutū omniū tā theologicarum q̄ politicarū. Vel dr̄ à pan qđ eſt omne, & arethe qđ eſt virtus. Cum. n. à Latinis indiſtinctè dr̄ virtus vel animi vel corporis. Græcè aūt arethe dr̄ tātum animi. Dynamis verò in corpore & in anima dr̄. Remigius dicit in interpretationibus: Panaretos liber eccleſię vel eccleſiaſticus. De quo dicit Iſid. etymo. 6. Librū eccleſiaſticū certiſſimè Ieſus filius Sirach Ieroſolymita Ieſu ſacerdotis magni nepos cōpoſuit, de quo meminit & Zacharias, qui libri apud nos pp eloquij ſimilitudinem Salomonis titulo prænotātur. Dictus aūt eccleſiaſticus, eò φ de totius eccleſiæ diſciplina religioſæ conuerſationis magna cura & ratione ſit editus. Hic & apud Hebræos reperitur, ſed inter apochryphos habetur.

B

b Filij Si. li. ad dr̄am Ieſu filij Naue.

c Pſeudogra. i. falsò inſcriptus vel intitulatus, quia. ſ. ſapiētia Salomonis inſcribitur, cum tñ non à Salomone, ſed à Philone ſit editus. Et dr̄ pſeudographus à pſeudo quod eſt falſus, & graphos qđ eſt ſcriptura. i. falsò inſcriptus q̄tum ad titulum ſupra dictum. Etiam pſeudographus aliqñ exponitur falſus ſcriptor, & pōt in hac dictione & ſimilibus, vt pſeudoapoſtolus, pſeudopropheta eſſe compoſitio, vel appoſitio. Et eſt pſeudo indeclinabile in vtroq; numero, & omnis generis, ſcđm Hugutionē. Quidā tñ dicūt, qđ pſeudo eſt tm̄ numeri pluralis. Sed tene qđ prius dictū eſt. Et corripit penultimā pſeudographus: de hoc dicit Iſid. in 6. ety. & ſumit à Hieronymo. Liber ſapiētię apud Hebræos nuſquam eſt: vnde & ipſe ſtylus Græcam magis eloquentiam redolet. Hunc Iudæi Philonis eſſe affirmant, qui proinde ſapientia nominatur: quia in eo Chriſti aduentus, qui eſt ſapientia patris & paſſio eius, euidenter exprimitur. De Philone dicit Hieronymus in libro illuſtrium virorū, φ fuit Iudæus natione Alexandrinus de gñe ſacerdotū.

d Præno. i. intitulatum. Secundus. ſ. liber ſapientiæ.

e Ipſe ſtylus. ideſt ipſe modus ſcribendi.

f Elo. re. i. ſapit. quaſi diceret, ita luculenter & tā excellenter loquiī, φ ex ipſo modo loquēdi apparet hunc librū Græco eloquo fuiſſe ſcriptū, qa Philo in Græca lígua fuit peritus, licet eſſet Iudeus.

g Si ergo Iudith & Tobiæ & Ma. &c. Iſid. in 6. etym. dicit: Et Iudith, Tobiæ, Machabæorumq; libri, quibus autoribus ſcripti ſunt minimè conſtat: habent autem vocabula ex eorum nominibus, quorum geſta in eis ſcribuntur.

Iſid. vbi ſup.

h Cano. i. regulares, in quibus dātur rectæ regulæ viuendi, q̄ rectè regūt, q̄ rectè ducunt, nec alior ſum trahūt, q̄ diſtortum prauūq; corrigunt. Vnde dūr canonicæ à canon Græcè qđ eſt regula Latinè, ſiue conſuetudo approbata ſiue inſtitutio. Et ſcias, φ canon in recto nō debet in fine accentuari, cum corripiat penultimam obliquorum. Inde canonicus, ideſt regularis, vt dictum eſt. In prologo galeato ſuper libros Regum, inuenies, qui libri ſunt de canone, & qui non.

Canonicæ

i Non re. hoc verū eſt de orientali eccleſia, ſed occidentalis recipit, vt dicit Aug. in libro de ciuitate Dei: vel fortè nondū tpe ſuo erant recepti. Vel non recipit inter canonicas ſcripturas. i. non computat in canone veteris legis aut nouæ: ſunt tamen canonici libri ab eccleſia catholica approbati.

Aug. de ciuit. Dei.

k Si cui ſane &c. Litera plana eſt, ſententia enim talis eſt, ſi alicui magis placet editio LXX, quàm noſtra, poteſt eam habere olim a me correctam.

l Cudimus. i. fabricamus, vel facimus. Cudo cudis: dicitur fabricare, terere, polire, ſculpere & tondere.

D

m Et ta. cum dili. le. Hic probat per ſimile ſuā editionē præualere. Sicut. n. vinum transfuſum de primo vaſe in ſecundū, & de ſecundo in tertiū, corrūpitur & aceſcit, ita editio LXX, de Hebræo in Græcū, & de Græco in Latinū, quaſi in tertiū vas transfuſa, minus valet, quàm noſtra, q̄ immediatè de ipſo fonte veritatis Hebraicæ eſt aſſumpta, & hoc eſt quod ipſe dicit.

n Sciat ma. i. magis eſſe itelligibilia, qa puriora ſunt & veriora q̄ editio LXX.

o Quæ in ter. v. t. co. i. corrupta fuerit, ad modū vini nimis de vaſe ī vas trāsfuſi, qđ amittit colorē, & ſaporē, & valorē. Coacuerit à coaceo, qđ cōponiī à cō & aceo. i. eſſe vel fieri acidū.

p Sed ſta. ideſt mediatè.

q De præ. i. de torculari Prælum à premendo dicitur preſſorium, & propriè prælum dicitur illud longum inſtrumentum quo premuntur vuæ, vel componitur prælum, quaſi prę alijs longum.

r Te. c. e. i. vale penitus incorrupto. Cōmendata à cōmēdo qđ cōponiī à cō, & mādo, & eſt cōmendare, tradere, cōmittere, laudare, magnificare, & extollere. Teſta quaſi toſta à toſtus, a, um: qa cū prius mollis ſit toſta, poſthac deſiccaī, & induraī, dum coquiī. Et dr̄ olla vel etiam quicquid ex creta vel argilloſa terra coqī. Vñ quadā ſimilitudine dr̄ teſta capitis.

## Incipit Prologus in libros eoſdem.

TRIBVS nominibus vocatum fuiſſe Salomonem, ſcripturæ manifeſtiſſimè docent. Pacificum, ideſt Salomonem, Idida, hoc eſt dilectum domini, & quod nunc dicitur Coeleth, ideſt Eccleſiaſten. † Eccleſiaſtes autem Græco ſermone eſt appellatus, quia cętū. i. eccleſiam congreget, quem nos nuncupare poſſumus concionatorē, eò φ loquatur ad populū, & ſermo eius nō ſpecialiter ad vnum, ſed ad vniuerſos dirigatur generaliter. Porrò pacificus & dilectus dñi, ab eo φ regno eius pax fuerit, & eū dñs dilexerit, appellatus eſt Nā & pſal. 49. & 69. dilecti, & pacifici titulo prænotantur. Qui tamen etſi ad prophetiam Chriſti, eccleſiæq; pertinentes, felicitatem, & vires Salomonis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E monis excedunt, tamen ſecundum hiſtoriam ſuper Salomonẽ ſcripti ſunt. Itaq; iuxta numerum vocabulorum, tria volumina edidit, Prouerbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum. In Prouerbijs paruulum docens, & quaſi de officijs per ſententias erudiens. Vnde & ad filium ſermo crebrò repetitur. In Eccleſiaſte verò maturæ virum ætatis inſtituens, ne quicquã in mundi rebus putet eſſe perpetuum, ſed caduca & breuia vniuerſa quæ cernimus. Ad extremum iã conſummatum virum & calcato ſeculo præparatũ, in Canticis Canticorum ſponſæ iungit amplexibus. Niſi.n. prius reliquerimus vitia, & pompis ſeculi renuntiantes, expeditos nos ad aduentum præparauerimus, non poſſumus cantare Canticum Canticorum. Sed & hoc diligentius attendendum, tres libros autore diuerſo eſſe intitulatos. In Prouerbijs.n. notantur Prouerbia Salomonis, filij Dauid regis Iſrael. In Eccleſiaſte verò, verba Eccleſiaſtes, filij Dauid regis Ieruſalem. Superfluum quippe eſt Iſrael hic, quod malè in Græcis & Latinis codicibus inuenitur. In Cantico autem Canticorum, nec filius Dauid, nec rex Iſrael ſiue Ieruſalem præſcribitur: ſed tantum Canticum Canticorum Salomonis. Sicut.n. Prouerbia & rudis inſtitutio ad duodecim tribus, & ad totum pertinet Iſrael, & quõ cõtemptus mundi non niſi metropolitis conuenit, hoc eſt habitatoribus Ieruſalem: ita Canticum Canticorũ ad eos propriè pertinet, qui tantũ ſuperna deſiderant. Ad incipiẽtes, & proficientes, & paterna dignitas, & regni proprij meritò vendicatur autoritas. Ad perfectos verò vbi non timore eruditur, ſed amore, propriũ nomen ſufficit, & æqualis magiſter eſt, & neſcit eſſe ſe regẽ. Quæ omnia referuntur ad Chriſtum. G

*Prouerbia*
*Eccleſiaſtes*
*Canticum Canticorum*

## Item alius Prologus.

TRes libros Salomonis.i. Prouerbia, Eccleſiaſtẽ, & Canticũ Canticorũ, veteri LXX, interpretũ autoritati reddidi, vel antepoſitis lineis, ſuperflua quæq; deſignãs: vel ſtellis titulo ꝑnotatis, ea q̃ minus habeantur interſerens, vt plenius Paula & Euſtochiũ cognoſcatis, quid in libris noſtris minus ſit, quidue redundet: Necnon etiam illa quæ imperiti translatores malè in linguam noſtram de Græco ſermone verterant, oblitterãs & antiquans, curioſiſſima veritate correxi. Et ſibi præpoſtero ordine atq; peruerſo ſententiarum fuerat lumen ereptum, ſuis locis reſtituens feci intelligi quod latebat. Porrò in eo libro qui à plerisq; ſapientia Salomonis inſcribitur, & in Eccleſiaſtico, quem eſſe Ieſu filij Sirach nullus ignorat, calamum temperaui. tantũmodo canonicas ſcripturas vobis emendare deſiderãs, & ſtudium meum certis magis q̃ dubijs commendare: ideo Græco & Hebræo præfatiuncula vtraq; in libro præmiſſa eſt, quia nonnulla de Græco hoc ad illuminationẽ ſenſus & legentis ædificationem vel inſerta Hebraicæ translationi, vel extrinſecus iuncta ſunt. Et idcirco qui legis ſemper peregrina memento.
F H

## POSTILLA VENERABILIS PATRIS FRATRIS NICOLAI DE LYRA, ſuper libros Salomonis incipit feliciter. Et primò eiuſdem præfatio.

*Prou.22.a*
*Ariſto. de plan.lib.1.*
*Empedocles.*

*ECCE deſcripſi eam tibi tripliciter Prou.22. Secundum quod dicitur in principio libri de plantis: Tria (vt ait Empedocles) in tota rerum varietate, præcipuè excellẽtiſſimum diuinæ munificentiæ donum, philoſophiam.ſ. extollunt magnificè: mobilis affluentiæ contemptus, futuræ felicitatis appetitus, mentis illuſtratio. Quorum primò nihil honeſtius, ſecundò nihil felicius, tertiò nihil ad amborum adeptionem compendioſam efficacius. Vera autem philoſophia traditur in ſacra ſcriptura, & quodam ſpeciali modo in libris Salomonis, qui propter hoc ſapientiales dicuntur, Philoſophia.n. antiquitus ſapientia dicebatur, & philoſophi ſapientes. Sed Pythagoras nomen ſapientis refugiens, ne arrogãtiæ notam incurreret, philoſophum ſe eſſe reſpondit.i. amatorem ſapientiæ: quod poteſt etiã dici ſine nota arrogantiæ, & ex tũc vocati ſunt philoſophi, qui prius ſapientes dicebantur, & ſapientia extunc philoſophia nominari cœpit. Igitur in libris Salomonis qui ſecundum nominationem antiquam ſapientiales dicuntur, tria prædicta philoſophiam ſeu ſapientiam extollentia continentur, videlicet: Mobilis affluentiæ contemptus: Futuræ felicitatis appetitus, & mentis illuſtratio. Licet aũt mẽtis illuſtratio inter iſta tria ponatur vltimò, tamẽ ordine tẽporis & naturæ præcedit alia duo, quia eſt via ad compendioſam adeptionem eorum, vt dictum eſt. Igitur in primo libro Salomonis, qui dicitur Parabolæ, mẽtis illuſtratio continetur: quia ibi documenta ponuntur ad eruditionem ſimpliciũ, & ad augendum ſcientiam intelligentium, ſecũdum quod dicitur in principio libri: Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Iſrael, ad ſciendã ſapiẽtiam & diſciplinam &c. In ſecundò verò libro eius, qui Eccleſiaſtes dicitur, contemptus mundi docetur, ſecundum quod in principio libri dicitur: Vanitas vanitatum, dicit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas. In tertiò verò libro eius, qui dicitur Canticum Canticorum, ſupernæ felicitatis appetitus exprimitur, ſecundum quod in principio libri dicitur in perſona eccleſiæ: quæ à primò Abel iuſto incepit, vt dicit Greg. Ho.7. Oſculetur me oſculo oris ſui &c. quod quidem oſculum habetur in fruitione beata. Igitur in verbo præaſſumpto circa libros ſapiẽtiales tanguntur quatuor cauſæ.ſ. effectiua, ſubiectiua, formalis, & finalis. Cauſa verò effectiua duplex eſt: Vna principalis.ſ. Deus reuelans ſapientiam in his libris contentam. Alia inſtrumentalis.ſ. ipſe Salomõ, qui habuit hanc ſapientiam diuinitus infuſam, vt patet 3.Reg.3. & eam deſcripſit Spiritu ſancto dictante in tribus libris prædictis. Et hoc notatur cum dicitur: Ecce deſcripſi. vnde dicitur in Eccl. Cumq; eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes, docuit populum, & enarrauit quæ fecerat: & inueſtigans compoſuit parabolas multas. Quæſiuit verba vtilia, & cõſcripſit, ſermones rectiſſimos ac veritate plenos. Circa ſecundum conſiderandũ, quòd ſicut corpus mobile ſub ratione abſoluta ſubiectum eſt in tota philoſophia noſtrali, in partialibus verò libris, ſub rationibus contractis, vt in libro de Cælo & Mundo, ſubiectum eſt corpus mobile ad ſitum, & ſic de alijs. Ita Deus eſt ſubiectum in tota ſacra ſcriptura ſub ratione deitatis abſolutæ: ideo dicitur Theologia quaſi ſermo de Deo. In partialibus verò ſacræ ſcripturæ libris eſt ſubiectum ſub rationibus magis determinatis, vt in veteri teſtamento, ſubiectum eſt Deus vt creator: & in nouo, vt redemptor. In libris verò ſapientialibus eſt ſubiectum vt ſapientiæ dator. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd hæc eſt ratio cauſæ effectiuæ: quia in tota ſacra ſcriptura Deus eſt cauſa efficiens & ſubiectiua. Efficiens, inquantum ab eo fundatur, & regulatur. Subiectiua verò, inquãtum per ipſam infuſam ab hominibus cognoſcitur. Et iſta cauſa ſubiectiua tangitur cũ dicitur: eam.ſ. ſapientiam, quæ eſt idem, quod ipſe Deus. Et quia eius cognitio eſt ſummè deſiderabilis, ideo de ea dicit in Sap. Hãc amaui, & exquiſiui eam à iuuentute mea, & amator factus ſum formæ illius. Tertiò autem tãgitur in verbo propoſito cauſa finalis, cum dicitur: Tibi.i. ad vtilitatem tuam. Ad bonum enim totius eccleſiæ deſcripti ſunt iſti libri continentes doctrinam ſapientiæ, per quam habetur gratia in præſenti, & gloria in futuro. Propter quod de ipſis dicitur in Prou. Longitudinem dierum & annos vitæ & pacem apponẽt tibi. Et dicit annos vitæ quantum ad gratiam, in præſenti viuificantem. Pacem.ſ. triplicem, internam, fraternam & ſupernam. Et quia ſuperna habet æternitatem annexã, ideo dicitur: Longitudinem dierum: quia æternitas à nobis non capitur in præſenti. niſi ſecundum imaginationem tẽporis infiniti. Cauſa verò formalis tangitur cum dicitur: Tripliciter. Eſt autem duplex.ſ. forma tractandi, & forma tractatus. Forma tractandi eſt modus agendi, qui triplex eſt in libris ſapientialibus, quia procedunt monitiuè, comminatiuè, & promiſſiuè. De quo poteſt accipi quod dicitur Eccl. Funiculus triplex difficile rumpitur. Quia ſi aliquis non acquieſcit monitis, compellitur tamen comminationibus, vel attrahitur promiſſis. Et in hoc etiam huius doctrinæ ſoliditas deſignatur. Forma verò tractatus, eſt diuiſio huius doctrinæ. Quæ vt iam dictum eſt, in tres libros diuiditur.ſ. Prou. Eccleſiaſten, & Cantica Canticorum. Cæteri verò vt liber Sapientiæ, & Eccleſiaſticus non ſunt de canone, vt patet per Hieronymum in prologo galeato, nec habentur in Hebræo, ideo eorum expoſitionibus ad præſens intendere non propono.*

*Pythagoras*
*Parabolæ*
*Greg.Ho.7.*
*Cauſa effectiua. cauſa inſtrumentalis.*
*3.Reg.3.*
*Eccl.12.c*

Finit Præfatio.



A C

# PROVERBIORVM LIBER SALOMONIS INCIPIT.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. I.

PARABOLÆ *Salomonis*. Notandum quòd vulgata editio parabolas, quæ Hebraicè משל miſle, Græcè παροιμίας parœmias.i. prouerbia dicit. Sed ſatis conuenit. Quæ.n. parabolæ (quia occulta ſunt) nuncupantur, etiam prouerbia iure vocantur: quia talia ſunt quæ ſæpe in ore colloquentium verſari ac memoria debent retineri. Etiam prouerbia plerunq; tam obſcura ſunt, vt parabolæ benedicantur: vnde: Hæc in prouerbijs locutus ſum vobis &c. Prouerbiorum liber, non vt ſimplices arbitrantur patentia habet præcepta, ſed quaſi in terra aurum, in nuce nucleus, in hirſutis caſtanearum operculis abſconditus fructus inquiritur, ita ĩ eis diuinus ſenſus altius eſt inquirendus. Parabolæ Salomonis ſecundum Hebraicam veritatem translatæ ab Euſebio Hieronymo presbytero petente Chromatio & Heliodoro ẽpis παραβολαὶ Græcè, Latinè ſimilitudines, quod uocabulum ideo Salomon huic operi impoſuit, vt non iuxta literam intelligamus quæ dicit. In quo dominũ parabolicè turbis locuturũ ſignificat, ſicut & nomine ſuo, & regno pacifico, regnum Chriſti & eccleſiæ. de quo: Multiplicabitur eius imperium, & regni eius non erit finis. Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit. Sicut templi conſtructione & dedicatione ædificationem eccleſiæ in tempore reſurrectionis. Ipſe etiam Chriſtus filius Dauid & rex ſpirituales Iſrael ſecundum teſtimonium turbæ, quæ occurrit ei cum ramis palmarum & laudibus. Quid autem vtilitatis habeãt in titulo monſtratur, cùm dicitur: Ad ſciendam ſapiẽtiam & diſciplinam, id eſt quomodo rectè credere & viuere oporteat quòque quò intentionem cordis dirigere. *Matt.21.a*

b *Ad intelligenda verba prudentiæ, & ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ &c.* id eſt non ſolùm ſapientiam quam perceperunt, amplectantur: & diſciplinæ virtutum inſeruiant, ſed etiam verba prudentiæ, quibus proficiant auſcultent, & ſolerter intelligant.

c *Aſtutia.* quæ incipientibus neceſſaria, vt ſophiſmatum cauere verſutiam poſſint, ne abducantur à ſimplicitate ſapientiæ, quæ ducit ad vitam.

d *Adoleſcenti.* ſingulariter, quia quos ſapientia, licet diuerſos ſuſcipit, in vnam virtutis perfectionem erudiendo prouehit. vnde in Act. Apoſtolorum: Multitudinis credẽtium erat cor vnũ & anima vna. Adoleſcenti ſcilicet: quia qui prudenter declinat falſa, conſequenter ſcientiam veritatis percipiet. *Act.4.f*

e *Audiens ſap.* Pulchrè à ſapientia incipit: quia optione ſibi data ſapientiã petijt & accepit. Audiens ſapiens ſapientior. Oſtendit *1.Paral.1.* *3.Reg.3.* *Exo.18.*

### INCIPIT LIBER PROVERBIORVM, quem Hebræi משלי miſle appellant.

### CAPVT PRIMVM.

a ¶ Latinè ſimilitudo: Hebraicè miſle. b ¶ Pacifici. ¶ Attentum facit. c ¶ A natura.

a PArabolæ Salomonis filij Dauid a b

a ¶ A fortuna. ¶ A conuictu. ¶ Vel dandi. b ¶ De fide.

regis Iſrael. Ad ſciendam ſapien c

a ¶ De vita. b ¶ Poſt hæc habita. ¶ Quibus proficiant.

b tiam & diſciplinam, ad intelligenda verba d e

prudentiæ, & ſuſcipiendam eruditionem do f

a ¶ Qua ſecundum regulam veritatis bene operamur. b ¶ Vt recta diſcretione cum proximis agamus. c ¶ Vt ſyncera intentione in his, quæ rectè agimus, vel iudicamus, ſoli Deo placere contendamus.

ctrinæ, iuſtitiam & iudicium & æquitatem. g h

a ¶ Qui nuper aurem ſapientiæ commodauerunt. b ¶ Comprehenſio veritatis. ¶ Subtilior. a ¶ Incipit. ¶ Etiam minores dum quicquid vtilitatis audit in corde recondit. b ¶ In rerum cognitione.

c d Vt det paruulis aſtutia, & adoleſcẽti ſciẽtiã i k l m

e & intellectus. Audiẽs ſapiens ſapientior erit: n

B

## Poſtilla venerabilis patris Fratris Nicolai de Lyra ſuper librum Prouerbiorum Salomonis incipit.

### CAPVT PRIMVM.

PArabolæ Salomonis. *Circa primũ librum Salomonis, qui dr̃ parabolæ, aliqui dñt, quòd iſte liber fuit ordinatè conſcriptus à Salomone vſq; ad 24. capitulũ incluſiuè, & in reſiduo huius libri continentur parabolæ à ſapientibus, qui fuerunt cũ Ezechia rege Iuda cõpoſitæ. Sed hoc vr̃ falſum, quia in princ. 25. cap. præmittitur quaſi pro prologo: Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas trãſtulerunt viri Ezechiæ. Ex quo patet, quòd illas cõpoſuit Salomon ſicut et præcedentes: propter quod dñt alij, quod Salomon oẽs fecit, ſed viri Ezechiæ oẽs de ſchedulis & mẽbranis, vbi fuerant deſcriptæ ab audientibus, illas collegerunt in hoc libro reponendo, & hæc vocatur tranſlatio. Sed nec iſtud vr̃ verum: quia in principio libri non fuiſſet poſitum: Hæ quoque parabolæ &c. de oĩbus vniformiter prædicẽdo, vel in fine de oĩbus præcedentibus concludendo. Hoc ẽt vr̃ per hoc quod ibi dr̃: Hæ quoque &c. quod vr̃ facere quandam diſtinctionem inter præcedentes & ſubſequentes per modum adiunctionis ſequentium ad præcedentes & ſubſequẽtes. Propter quod alij dñt & melius, vt vr̃, quòd omnes parabolæ in hoc libro contentæ ſunt verba notabilia à Salomone dicta, inter viros ſibi aſſiſtentes & eius ſapientiam audientes: vñ dixit ei regina Saba. Beati viri tui, & beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper, et audiunt ſapientiã tuam: & ab iſtis verba prædicta Salomonis ſcribebantur in membranulis, poſtea fuerunt collecta, & in vno libro collocata. ſed à quo facta fuit hæc collectio, non hr̃ ab Hebræis doctoribus vel Latinis, & hoc vſque ad capitulum 25. excluſiuè. Ab illo verò loco verba Salomonis notabilia, quæ non erant hoc modo collecta tpe Ezechiæ regis Iudæ in quo hoĩes fuerũt ſtudioſi in verbis prophetarum & dictis ſapientum, reſiduum fuit collectum & præcedenti collectioni in vno volumine coniunctum: vñ & vltimæ collectioni præmittitur: Hæ quoque parabolæ Salomonis quas trãſtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. In Hebræo verò hr̃: Quas fortificauerunt viri Ezechiæ: quia prius erant in ſchedulis diſperſæ & quaſi neglectæ, & ſic fuerunt quodãmodo fortificatæ, quã fuerunt primæ collectioni coniunctæ, quæ iam inter libros ſacros computabatur. Prima verò collectio cuius autor ignoratur, duplex eſt. Vna à principio libri vſque ad decimum capitulũ excluſiuè, alia à decimo cap. vſque ad 24. capitulum incluſiuè. Vñ & in principio decimi cap. quaſi pro nouo prologo ponitur: Parabolæ Salomonis filij Dauid &c. Sciendum tñ, quòd non omnes parabolæ à Salomone prolatæ repoſitæ ſunt in hac triplici collectione, quod dr̃ 3. Reg. Locutuſq; eſt Salomon tria millia parabolas. Tot verò non continentur in hoc totali libro. Sciendum ẽt quòd autores iſtarum collectionum non ſunt nec dñr autores huius libri: ſed Salomon qui parabolas compoſuit, ſicut Eſdras non dr̃ autor libri pſalmorum, vel quicunque alius qui pſalmos in vno volumine collegit, ſed ipſe Dauid qui Pſalmos pro maiori parte compoſuit, eo modo loquendi quo totũ à maiori parte denominatur: vtriuſque tñ libri Deus eſt autor principalis, ſicut & totius ſacræ ſcripturæ. His igitur præmiſſis accedẽdũ eſt ad diuiſionẽ libri, qui in tres partes diuidit ſcdm triplicem parabolarum collectionẽ, & cuilibet earũ ſua præfatio ꝑmittitur. Secunda pars incipit 10. cap. tertia verò incipit c.25. Non tñ ſunt tres libri, ſed vnus autor & vnus modus procedẽdi, et materia ſimilis in qualibet collectione habetur. Prima in duas, ſ. in proœmium, & in tractatum, qui incipit ibi: Timor Domini. Prologus autem iſte non vr̃ factus à Salomone, ſed ab eo qui fecit primã parabolarũ collectionẽ ſicut & in lib. pſal. dictũ fuit, qđ primus pſal. eſt prologus reſpectu totius libri, factus ab eo q pſalmos collegit in vno volumine reponendo. In hoc autem prologo primò ponitur loquendi modus, cum dicitur:*

*3.Reg.4.d*
D
*Diuiſio.*

a Parabolæ. *Parabola.n. dicitur à para qđ eſt iuxta & bole, qđ eſt ſententia: q̃ non accipiẽ directè ſcdm verba prolata, ſed iuxta ſcilicet p aliquid aliud ſignificatũ, ſicut per mulierem ſapientem intelligitur ſana doctrina. per adulteram verò ſeu meretricem, doctrina falſa & ſuperſtitioſa, vt dicit hic Ra. Salo. & tali modo loquendi vtitur communiter liber iſte. Secundò notatur autoris nomen & genus, cùm dicitur:* *Parabola*

b Salomonis filii Dauid regis Iſrael. *Tertiò notatur huius libri fructus ſequens qui eſt eruditio ſimplicium vt fiant ſapientes & ſapientum, vt efficiantur ſapientiores. Et quantùm ad primum dicitur:*

c Ad ſciendam ſapientiam. *de diuinis.*

d Et diſciplinam. *de moribus humanis.*

e Ad intelligenda uerba prudentiæ. *quæ dirigunt in agendis.*

f Et ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ. *in doctrinalibus ſcientijs, vt Grammatica, Logica, & huiuſmodi.*

g Iuſtitiam. *quantùm ad habitum.*

h Et iudicium. *quantùm ad executionem: quia iudicium eſt executio iuſtitiæ: & hæc duo pertinent ad maiores.*

i Et æquitatem. *quantum ad populares qui ſecundum determinationem iudicum debent inter ſe æquitatem ſeruare.*

K Vt detur paruulis. *i. ſimplicibus. per adeptionem prædictorum.*

l Aſtutia. *in malis euitandis.*

m Et adoleſcenti ſcientia & intellectus. *Eſt aũt intellectus, propriè cognitio principiorum: Scientia concluſionum tã in ſpeculabilibus, quàm in agibilibus. Quantùm verò ad ſecundum, ſcilicet vt ſapientes efficiantur ſapientiores ſubditur:*

n Au. ſa. ſap. erit. *qa in his q̃ prius ſciebat magis habituaẽ, & ex hoc aliqua ſibi apparent de nouo, ita quòd eius ſcientia intẽſiuè & extẽſiuè augeẽ.*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E Oſtendit neminē tam ſapientē in hac vita, qui non poſſit ſapientior eſſe ē dictis minorū. Audiuit regina Saba Salomonem, minor maiorem, & ſapientior rediјt. Audiuit Moyſes ſocerum multo inferiorem, & ſapientior factus eſt.

a *Et intelligens.* Nemo iactet ſe de ſua ſciētia, quia qui ſapientū verba audire negligit, vitā ſuā gubernare non nouit, multoq; minus alienam. Quod ergo ait: Audiens ſa. ſapi. erit, ad cognitionē rerū quæ per ſapientiam noſcunt reſpicit: ſed hoc intelligens gubernacula poſſidebit, ad rectitudinē vitæ. Et congruit titulo quo dicitur: Ad ſciendam ſapientiam & diſciplinam &c. († conſilia)

b *Timor Domini. Beda.* Duo ſunt timores dñi: Seruilis, qui principiū ſapientię vel ſcientiæ eſt: Amicabilis, q perfectionē ſapiētiæ comitatur. Seruilis, principiū ſapientię, quia qui poſt errata ſapere incipit, primo timore diuino corripitur ne puniat. Sed hūc pfecta charitas foras mittit. Succedit huic Timor Dñi ſanctus permanens in ſeculū ſeculi: quē non excludit charitas, ſed auget: quo timet filiꝰ, ne vel in modico oculos amantiſſimi pris offendat. Vterque in futuro ceſſabit, charitas nunquam excidet. (Beda. Timor domini duplex. 1.Ioh.4.d. Pſal.18.b. 1.Cor.13.c)

c *Sapientiā.* Dixit aūt ſa. &c. Dicit ecōtrario de ſtultis: qa ſapientiā recti dogmatis, & doctrinam, i. diſciplinā puræ ↄuerſationis non modò nō aſſequuntur, ſed & noſſe contemnunt.

d *Deſpiciunt.* Pluraliter, quia plures ſapientibus ſtulti, & oium ſapientium cętus vnanimis eſt: errantium diſſimilis vita, & dogma. Vnde ſingulariter: Audiens ſapiens &c.

e *Audi fili mi diſciplinam.* Hactenus ꝓuerbialiter de vtraque parte: hinc ſedulò quenq; fidelē admonet, vt diſciplinā legis diuinæ præponat blanditijs reproborū: qa hinc corona, inde F mors æterna: vnde & filiū vocat, quē paternè inſtruere curat. Pōt ex pſona Dei pris dici mr̄ eccleſia quæ tunc ſynagoga vocabat, vel ipſa Dei gratia. Apud Hebreos n. ſpūs qui grām præſtat, fęmininè רוח ruah dicitur:

f *Addatur gratia.* His qui legē Dñi ſeruabant, in aduentu Chriſti addita eſt grā noui teſtamēti, cū ſpe regni cœleſtis, cuius ſplendor eximius ſicut corona vel torques nullo fine claudetur. Nobis quoque cum pro bonis, quæ diuina gratia prærogauit, lux ęterna tribuit, quaſi capiti gratia, & collo torquis additur. Vnde, accepimus gratiam pro gratia, ſcilicet gratiam beatę retributionis pro gratia rectæ operationis. (* tuam)

g *Et torques.* Fulgor perfectæ operationis prędicationi, quæ per collum procedit, quæ confirmet indeficienti virtutum connexione.

h *Fili mi.* Affectu patris alloquitur filiū blandiens ne acquieſcat peccatoribus.

i *Inſidiemur.* Vel generaliter de latronibus, qui innocētibus inſidias parant. Vel, ſpecialiter de illis qui vitę autorem neci tradiderunt. Cùm generaliter ad omnes qui ſanguini inſidiantur hoc pertineat, ſpecialiter tamen ad Iudæos qui inſonti domino tendiculas abſconderunt, ciuſque apoſtolos virtutibus pennatos dolis circumueniebant, qui cōtra ſanguinem & animas ſuas agebant, qui timentes ne terrenum regnum perderēt, cęli regem occiderunt, & cęli ciues perſequebantur in terra. Ideoq; & quod in terris habebāt, & qđ in cęlis acquirere regnum poterant, perdiderunt. Generaliter autem dicendum, quia quicunq; oculos fidei habet apertos, accipiet pennas à domino, vt columbæ, quibus æternā volet ad requiem: fruſtra talibus nectunt laqueos mali, & ſe potius præimmendo perimunt.

K *Inſontem fruſtra.* Qui peccatum non facit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

l *Deglutiamus eum, ſicut infernus viuentem.* Extinguamus memoriam virtutum & doctrinæ illius, vt etiam inter nos vixiſſe non memoretur. (1.Pet.2.b)

m *Omnem pretioſam ſubſtan. repe.* Homines ſcilicet quos Chriſto adhærentes videbant, quos putabant ab eius amore & comitatu ſecernere, ſi eum occiderent, & ſpolijs talium domos ſuas replere, ideſt eorum animabus ſua conuenticula. G

n *Sortem mitte nobiſcum.* De latronibus generaliter patet, qa ſocijs quos conquirunt, prædæ portionem promittunt: ſed & Chriſti perſecutores quoſcunque ſibi poterant, adiungebant, quoseū ſequi videbant extra ſynagogam faciebant, ideſt ſua communione priuabant.

¶ a Admi.

a ¶Vitæ propriæ & alienæ. ¶Rectitudinem vitæ.
a & intelligens † gubernacula poſſi-
a ¶Hoc Chriſtus diſcipulis dedit, vt eius parabolas intelligerent & ænigmata legis. b ¶Quę aliud dicit, & aliud ſonat.
debit. Animaduertet parabolam, b
a ¶Eius.
& interpretationem: verba ſapien-
¶Obſcura dicta. ¶Seruilis.
b tium, & ænigmata eorum. Timor d
a ¶Recti dogmatis. b ¶Perfectę conuerſationis. c ¶Vt Phariſęi facta & dicta Chriſti.
c Domini principium ſapientiæ. Sa- e
d pientiam atq; doctrinam ſtulti de-
a ¶Tu autem fi. mi. ¶Sic enim Deum diligere & ei obtemperare debemus, vt vnitatem eccleſię fraterna charitate ſeruemus.
e ſpiciunt. Audi fili mi diſciplinam f
patris tui, & ne dimittas legem ma- g
a ¶Corona. ¶Charitas mentis vt ardentius inflāmetur. b ¶Sicut mos cenanti legitimè, ſic & nobis.
f tris tuæ, vt addatur gratia capiti h
¶Prædicationi. ¶Ergo.
g h tuo, & torques collo tuo. Fili mi, i k
a ¶Adulando. ¶Vel ad facienda impellendo, vel f. cta fauoribus extollendo: ab vtroque nos remouet ſapientia.
ſi te lactauerint peccatores, ne acqe- l
a ¶Quilibet vel Iudæi. ¶Huiuſmodi.
ſcas eis. Si dixerint: Veni nobiſcum, m
a ¶Cuiuslibet vel Chriſti. b ¶Et. ¶Licet cenſum dare Cęſari, an non? & huiuſmodi.
i inſidiemur ſanguini, abſcondamus n o
a ¶Aliàs pe ſicas. b ¶Quia ab illo in nullo læſi, imo multa beneficia experti.
k tendiculas contra inſontem fru- p
l ſtra, deglutiamus eum ſicut infer- q r
a ¶Modo. ¶Ne vixiſſe videatur. b ¶Omnino.
nus viuentem, & integrum quaſi
a ¶Poſuerunt me in la. infer. ¶Quia. ¶Hic eſt heres: venite occ damus eum, & ha. hę. eius.
m deſcendentem in lacum. Omnem s
pretioſam ſubſtantiā reperiemus,
a ¶Qua reperta. b ¶Conuenticula. c ¶Animabus.
implebimus domos noſtras ſpo- t
a ¶Communica. b ¶Omnia communia.
n lijs. Sortem * mitte nobiſcum, marſupium vnum ſit omniū noſtrum: u x

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et intelligens guber. poſ. *quia non ſolùm ſciet ſe regere, ſed etiam alios.*

b Animaduertet parabolam & interpretationem. *videndo verum eius intellectum.*

c Verba ſapientium & ænigmata eorum. *Loquuntur enim ſapientes aliquando ænigmaticè, vt occultentur ſententiæ eorum deſidioſis & aperiantur ſtudioſis,*

d Timor Domi. *Hic incipit tractatus primæ collectionis, quæ ab aliquibus dicitur eſſe facta viuente adhuc Salomone, & de præcepto eius: propter quod videtur magis ordinata, & magis poteſt ibi diuiſio reperiri, quam in alijs duabus ſequentibus. Et diuiditur in duas partes: Quia primò ponitur doctrina per modum familiarem ſeu domeſticum. Secundò, per modum magis legalem, & politicum. ſ. c. 7. Prima in duas: quia primò, docet à quibus ſit abſtinendum. Secundò, quibus ſit adhærendū, ſcilicet 3. c. Prima adhuc in duas quia primò, docet vitare rapinam, & auaritiam, ſecūdo, idololatriam c. 2. Prima adhuc in duas: quia primò docet propoſitum, modo familiari ſicut pater docet filium, ſecundo modo magis communi, ſicut iudex vel doctor docet populum, ibi: Sapiētia foris prædicat. Sciēdum tamen, quod in toto iſto libro non bene poteſt inueniri artificialis diuiſio: quia nō eſt liber ordinatè conſcriptus, vt ſuprà dictum eſt: ſed verba notabilia Salomonis diuerſis temporibus ab eo prolata, poſtea recollecta ſunt modo ſupradicto abſque ordine artificiali, ſicut dictum fuit de libro Pſalmorum. propter quod de diuiſione parum eſt curandum. Igitur in prima parte dicitur: Timor do. prin. ſapi. Timor enim conſiliatiuos facit, vt dicit Philoſophus ſecundo Rethoricæ. Conſiliatio verò eſt inquiſitio ſapientiæ.* H

e Sapientiam atque doctrinam ſtulti deſpiciunt. *quia ſola bona ſenſibilia attendunt, & vt brutaliter viuentes concupiſcunt, ideo ſubditur:*

f Audi fi. mi diſci. pa. tui. *i. ipſius Dei, vt dicit Ra. Sa. quia pater eſt omnium per creationem, & iuſtorum ſpecialiter per gratiæ adoptionem.*

g Et ne dimittas legem matris tuæ. *Ideſt eccleſiæ, quæ à primo Abel iuſto incepit, vt dicit Greg. hom. vij.* (Greg.)

h Vt addatur gratia capiti tuo. *Ideſt corona gratioſa regalis vel mitra pontificalis, quæ ſapientum capitibus debent imponi.*

i Et torques collo tuo. *Antiquitus enim ſapientes vtebantur torque aurea in ſignum ſapientiæ, eò quòd eſt ornamentum pectoris. Et quia per ſapientiam euitatur iniquitas, ideo ſubditur:*

K Fili mi, ſi te lactauerint peccatores. *verbis dulcibus ad malum attrahere volentes.*

l Ne acquieſcas eis. *ſed magis reſiſtas.*

m Si dixerint ueni nobiſcum. *promittendo tibi fidelem ſocietatem vſque ad mortem.*

n Inſidiemur ſanguini. *quia per iſtam viam citius poſſumus ditari quam per aliam.*

o Abſcondamus tendiculas. *ideſt deceptionum laqueos.*

p Contra inſontem, *ideſt innocentem, vel ignorantem.*

q Fruſtra. *id eſt ſine cauſa.*

r Deglutiamus eum ſicut infernus uiuentem & in. *ideſt factum noſtrum ita erit occultum & opertum, ſicut illud quod deſcendit in infernum, ſeu in lacum profundum.*

s Omnem pretioſam ſubſtantiam reperiemus. *in domo eius.*

t Implebimus domos noſtras ſpoliis, *ideſt diuitijs ex inde rapis.*

u Sortem mitte no. *id eſt communica nobis conſentiendo.*

x Marſupium ſit unum om. no. *ideſt omnia ſint communia, ita quod inter nos æqualiter diuidentur.*

¶ a Fili



A a *Ad malum currunt, & feſtinant, &c.* Non ſolùm quòd facturi, ſed quod pro factis paſſuri. Nam quanto ad facinus implendum properant, tanto ad pęnam pro facinore tolerandam propinquant.

b *Fruſtra.* Cætera de inſidiatoribus Chriſti ſpecialiter, hæc de fidelibus generaliter. Fruſtra autem laqueus perſecutionis aut mortis tenditur electis, qui pennas habēt ſpei & charitatis, & aliarum virtutū, quibus & cęleſtia dum viuūt, deſiderent: & poſt mortem contingant: habent & oculos mentis quibus mala, quæ patiuntur tranſitura, bona quæ merentur manſura in æternum prouideant & reproborum ſuperbiam finiendam, tormenta in æternū manſura. Vel per rete, prauam doctrinā quam ab eo loco contexuit, vbi ait: Si te lactauerint peccatores, hoc fruſtra iacitur ante eos, qui oculis cordis ſuperna proſpiciunt, qui dicunt cum propheta: Anima noſtra ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium.

c *Sic ſemitæ.* Non ſolum qui rapinis & cędibus innocentiū inuigilant ſeipſos perdūt, ſed ſimiliter omnis auari cogitationes quæ aurum Deo præferunt, hunc ad interitum trahunt. Aliter ſic: Semitæ omnis aua. &c. Sicut præfatus ſum auarus quiſque perimit, vel nudat eos qui poſſeſſionibus abundant, vt ipſe potius pereat. i pauperibus enim nihil habet cauſę.

d *Sapientia.* Hucuſque perſecutiones quas Chriſto Iudæi intulere, hinc ea quæ p apoſtolos perſecutoribus eiſdem de paſſione loquitur. Sapientia id eſt Chriſtus loquitur foris, ideſt in luce palam, vt relicta infantia ſint paruuli malitia.

B e *Foris.* Apertè poſt reſurrectionem, quia miſſo ſpiritu per apoſtolos ſeipſam declarabat. Ante eñ paucis myſteria diuinitatis patefecit. Vnde: Nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mor. reſur. Et potentiam ſuam magis operibus oſtēdebat: Impleta prophetia, non audiet aliquis vocem eius.

f *In plateis dat vocem ſuam.* Quæ ante paucos docuerat, manifeſtè replicabat: vnde: Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lucem.

g *In foribus portarum vrbis.* Vrbs domini, eccleſia ex vtroque populo adunata, cuius portarum fores, prædicatores, qui in eam introducūt. In his verba proferebat, cū in apoſtolis loquebatur, è quibus vnus: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Vel, fores ſynagogę, maiores ſancti in quibus ſapientia diſputabat, cùm per apoſtolos loquens, legiſperitos, Phariſęos, & ſacerdotes ad gratiam ſuam reuocabat, ita vt ſicut Lucas ait: Multa turba ſacerdotum obediret fidei.

h *Vſquequo.* In Chriſtum in carne vidiſtis, iam miracula facientem, quem ſpreuiſtis, occidiſtis: modo vel reſuſcitatum à morte diligite, & dimittet quod peccaſtis.

i *Conuertimini.* Sapientia hortatur cōuerti ad Deum, & profert ſpiritum.

K *Ad correctionem.* Per apoſtolos Iudæos corripit, & vel poſt aſcenſionem & reſurrectionem monet conuerti.

l *Spiritum.* id eſt vindictam. vnde: Miſiſti ſpiritum tuum, & cooperuit eos mare. Et in Iob: Vidi impios flante Deo periſſe, & ſpiritu iræ eius conſumptos.

m *Deſpexiſti omne conſilium meum & increpationes me.* Væ vobis ſcribæ & Phariſæi &c. Generaliter qui non credit iam iudicatus eſt. Conſilium inopis confudiſtis, quoniam Dominus ſpes eius eſt.

n *Ego quoque.* Similiter in pſal. Qui habitat in cęlis, irridebit eos: & dominus ſubſannabit eos. Non ꝙ buccis aut naſo irridcat vel ſubſannet, ſed ſic vis deſignatur, quam dedit apoſtolis, qua præuiderent impios nihil contra eū inſidijs acturos, niſi quod permitteret: ſed omnia eorum cępta euacuanda: eius verò gloriam poſt paſſionem per orbem terrarum dilatandam. Ideoq; ſuperbiam eorum etiam cum maximè valere conſpicerent, quaſi nihil contemnerent. C

¶ a Quod

a ¶Sed. b ¶Non ambulandum eſt cum impijs. c ¶Chriſtum credens Deum non communices cum Iudęis perſequentibus eum. vnde Petrus: Saluamini à generatione iſta praua.
fili mi ne ambules * cum eis. Prohi a (* in via)
be pedem tuum à ſemitis eorum.
a † Pedes enim illorum ad malum b
currunt, & feſtinant, vt effundant
b ſanguinem. Fruſtra autem iacitur c
a ¶Laqueus perſecutionis Vel praua doctrina. ¶Laqueum in terra facile euadit qui oculos habet in cęlis. b ¶Virtutibus.
rete ante oculos pennatorum. Ipſi d
a ¶Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.
quoque contra ſanguinem ſuum
a ¶Vt temporali morte plectantur. b ¶Vt animæ eorum damnatione æterna puniantur.
inſidiantur, & moliuntur fraudes e
a ¶Subtiles cogitationes quibus pecuniam curat augere.
c contra animas ſuas: Sic ſemitæ om- f
a ¶Qui pecunię inhiant. b ¶Ad interitum.
nis auari animas poſſidentium ra- g h
a ¶Contra ſang. ſuū ſuum inſidientur, ſed ſapiētia fo. prædi.
d e piunt. † Sapientia foris prædicat i k
a ¶In latitudine plebium. b ¶In principibus, quibus mortem Chriſti ad memoriam reuocabat & vocabat ad pœnitentiam.
f in plateis dat vocem ſuam. In ca- l
a ¶Prędicatoribus.
g pite turbarum clamitat, in foribus m
¶Eccleſię.
portarum vrbis profert verba ſua
¶Hoc. ¶Senſu.
h dicens: Vſquequo paruuli diligi- n o
a ¶Vetus teſtamentum, nouo clareſcēte, vſquequo Moyſen Chriſto, legem prefertis euangelio precepta rudibus data per ſeruum, eis que perfectis per filium.
tis infantiam, & † ſtulti ea quæ ſibi p
a ¶Literam legis.
ſunt noxia cupient, & impruden- q
a ¶Euangelium. b ¶O Iudęi. ¶Nolite diligere infantiam, ſed conuer.
i tes odibunt ſcientiam? Conuerti-
a ¶Per apoſtolos, eo quod credere nolebant.
k mini ad † correctionem meam. En
a Etſi adhuc negligitis. ¶Vindictam.
l proferam vobis ſpiritum meum.
a ¶Eſſe verba. b ¶Quibus per ſitionem veſtram predixi. ¶Venite ad me omnes qui laboratis.
& oſtendam verba mea. † Quia vo- r
a ¶Non tantum vocaui ſed exten. ¶Primo benefaciendo, liberando omnes oppreſſos à diabolo, poſt in cruce.
caui, & renuiſtis: extendi manum s t
¶Sed etiam.
m meā, & non fuit qui aſpiceret. De- u x
a ¶Mei dicentis: Pœnitentiam agite.
ſpexiſtis omne conſilium meum,
a ¶Quę ſolent terrere.
& increpationes meas neglexiſtis. y z
a ¶Sicut vos modo. ¶Sapientia minatur contemptoribus ſuis.
n Ego quoque in interitu veſtro ri- a
debo, & ſubſannabo, cùm vobis b

## NIC. DE LYRA.

¶ a Fili mi ne ambules cum eis. *Communicans eorum operibus malignis, ideo ſubditur:*

b Pedes enim illorum ad malum currunt, &c. *Et patet litera.*

c Fruſtra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. *Id eſt ante aues acutè videtes periculum, & vitantes per volatum. Per rete hic intelligitur deceptio prędicta malignātium, quæ fruſtra proponitur ſapientibus, qui ſunt occultati ad videndum ſequens malum, & per virtutem ſunt pennati ad euitandum.*

d Ipſi quoque contra ſanguinem ſuum inſidiantur, *ſcilicet deceptores maligni prædicti contra ſanguinem ſuum inſidiantur: quia frequenter in ſuis malis capiuntur & iugulantur, vt patet de latronibus & homicidis.*

e Et moliunt fraudes contra animas ſuas. *quia per talia merentur mortem gehennæ.* Eſa.56.b

f Sic ſemitæ omnis auari. *id eſt cogitationes eius & machinationes ad rapiendum alienum.*

g Animas poſſidentium. *ſcilicet bona aliena.*

h Rapiunt. *ad infernum.*

i Sapientia. *Hic conſequenter docet ſapientiæ acquiſitionem & mali vitationem p modum magis communem, cùm dicitur: Sapientia, ſcilicet increata.*

K Foris prædicat. *per prophetas & doctores.*

l In plateis dat vocem &c. *quia habentes ſanam doctrinam, docent in locis publicis, ſicut econtrario habentes malam doctrinam, & ſuſpectam, docent in locis occultis, Iohan. Qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtētur opera eius: quia in Deo ſunt facta.* D Iohan.3.c

m In foribus portarum vrbis profert verba ſua dicens. *hoc dicitur, quia antiquitus iudices & ſapientes eis aſſiſtentes habebant locum in portis vrbium, vt omnes tam intrānei, quam extranei haberent ad eos facilem acceſſum, & ibi fiebant correctiones delinquentium, ideo ſubditur:* † Eſa.55.b

n Vſquequo paruuli. *ſenſu licet non corpore.*

o Diligitis infantiam. *ideſt inſolentiam.*

p Et ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupiēt. *id eſt bona delectabilia, ſicut bruta animalia.*

q Et imprudentes odibunt ſcientiam. *horrentes laborem ſtudij, qui eſt in acquiſitione ſcientiæ, vel volentes ignorare vt licentius peccent abſque remorſu conſcientiæ: Et quia hoc eſt peſſimum, ſubditur: Conuertimini ad correptionem meam.*

r Quia vocaui. *per ſapientes ſcilicet et prophetas.*

s Et renuiſtis. *contemnendo eorum monitiones.*

t Extendi manum meam. *quia Deus ſemper paratus eſt hominem leuare à peccato, dum tamen faciat quod in ſe eſt.*

u Et non fuit qui aſpiceret. *id eſt pauci fuerunt qui aſpicerent comparatiuè. Illud autem quod modicum eſt, quaſi nihil computatur, & per talem modum communiter dicitur: Nullus eſt in foro, quando pauci ſunt ibi, in comparatione ad multitudinem quæ ſolet ibi eſſe.*

x Deſpexiſtis omne conſilium meum. *de bonis agendis illa renuendo.*

y Et increpationes meas. *de malis peractis.*

z Neglexiſtis. *penitentiam non agendo.*

a Ego quoque in interitu ueſtro ridebo & ſubſannabo. *ideſt deriſibiles & ſubſannabiles vos faciam. Eſt autem ſubſannatio quadam ſpecialis deriſio, quæ fit cum naſo rugato.*

b Cùm uobis id quod timebatis, aduenerit. *per amiſſionem bonorum temporalium & delectabilium huius vitæ.*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Quod timebatis.* Timebatis dicẽtes. Si dimittimus eũ ſic, oẽs E credẽt in eũ, & veniẽt Romani, & toliẽt noſtrũ locũ & gẽtẽ.
Ioh.11.f b *Cum irru.repen.cala.* Obſidionem Ieruſalem ſubitam, & expugnationem totius prouinciæ à Romanis factam dicit.
Luc.19.f De qua videns ciuitatem fleuit ſuper eam.

c *Quando venerit ſuper vos.* Poteſt hæc tota correctio ſapientiæ de omnibus reprobis generaliter accipi, q in die iudicij clament ad dominum, ianuã regni ſibi aperiri poſtulantes, nec audientur. Quod enim ſequitur. Mane conſur. & nõ inueniẽt me. Tps iudicij ſignificat quo alij i vitã, alij in opprobriũ reſurgent ſempiternum.

† venerit quaſi ſonitus tempeſtas. * veſter

d *Tribulatio & anguſtia.* Sancti cùm extrà patiuntur, ſpe certa ſalutis in corde dilatãtur. Vnde propheta: Cũ
Pſal.4.a inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ, in tribulatione dil.mi.

e *Inuocabunt.* Non leguntur Iudæi in obſidione dominum inuocaſſe: et ſi qui inuocauerunt, quia verè non pœnituerunt, exauditi non ſunt.

f *Exoſam habue.* Iuſtus econtra. Ini-
Pſal.118.b quos, inquit, odio habui, & legem tuam dilexi.

† ſuſceperunt.

g *Comedent igitur.* Quia vias meas ingredi noluerunt, vt viuerent, recipiẽt mercedem viarum ſuarũ, vt in æternũ pereãt. At cõtra de illis dicit. Qui
Pſal.127.a timẽt dominum: Beati qui ambulãt i vijs eius: Labores manuũ tuarũ, qa
Matt.17.b mãducabis beatus es, & bñ tibi erit.

* acquieuerunt.

h *Suiſq; conſi.ſatu.* Quibus dicebãt: Abſcondamus tendiculas contra inſontem, quibus pro ſaluatore latronem eligebant, vt ſ. vaſtarẽtur à latronib. & inter latrones damnarẽtur, qd de omnibus verbi Dei contemporibus ſicut cætera poteſt accipi.

i *Auerſio.* Auerſio & proſperitas per
F dit, cũ à timore cõditoris auerſus animus. ira eiuſdẽ cõditoris in his q̃ peccat nihil ſuſtinere vĩ aduerſi. Sed ut
Iob 21.b Iob ait: Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcẽdũt.

K *Paruulorum.* ſenſu. vnde ſuprà. Vſquequo paruuli di. infan. qui ſenſu perfecti eſſe potuiſſent, ſi non à conſilio ſapientiæ aurem auertiſſent, ſed quia auertunt, ſe interficiunt.

l *Qui autem &c.* Poteſt in hac vita intelligi & in futura. Qui enim Deo pfectè ſeruit, nõ terretur, imò gaudet, & in aduerſis, & in morte, vt in ingreſſu vitæ lætetur. quietus à ſuperuacuis cogitationibus, & à tentationibus: & cũ tranſierit à ſeculo, in gaudio ſperatæ reſurrectionis quieſcet.

† in te elegantiæ

a quod timebatis aduenerit. Cùm
a ¶Subita. b ¶A Romanis.
† irruerit repentina calamitas, &
a ¶Vehemens.
interitus * quaſi tempeſtas ingruerit: quando venerit ſuper vos tribu-
a ¶Foris ab inimicis.
a ¶Intus Deo non conſolante.
latio, & anguſtia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane
¶Ex cœlis.
conſurgent, & non inuenient me:
a ¶Non modo non habuerunt, ſed odijs perſecuti ſunt.
eò quòd exoſam † habuerint diſciplinam, & timorem Domini non
a ¶Correctionem morum vel meorum. b ¶Qui eſt principium ſapientiæ.
a ¶Cum conſulerem eis, vnde inexcuſabiles.
† ſuſceperint: nec † acquieuerint cõſilio meo, et † detraxerint † corre-
a ¶Imo. b ¶Quod peius.
a ¶Quia detraxerunt, nec acquieuerunt.
ctioni meæ vniuerſæ. Comedent
a ¶De qua p'al. Pedes eorum ad ma. ¶Meis noluerunt.
igitur fructus uiæ ſuæ, ſuiſque con-
¶Quia. ¶Sua.
filijs ſaturabuntur. † Auerſio par-
a ¶Senſu. b ¶Quam putant beatitudinem.
uulorum interficiet eos, & proſpe-
a ¶Expeditio dum nihil retardat ab eo quod meditantes aiunt: Omnem pretioſam ſubſtantiam repe.
ritas ſtultorum perdet illos. Qui autem me audierit, abſque terro-
a ¶Bonorum operum nunc, tunc gaudiorum in præmio, vbi nihil aduerſi.
re requieſcet: et abundantia per-
¶Qui corpus occidunt.
fruetur, timore malorum ſublato.

## CAP. II.

¶ Vt abſque terrore quieſcas.
FIlli mi ſi ſuſceperis ſer-
a ¶ Sapientia hortatur ſuſcipere ſermones ſuos, ſapientiam ſcilicet & prudentiam.
mones meos, et mãda
a ¶ Ne volucres cœli comedant ſemen ſecus viam. b ¶Solicito corde. vnde pſal. In corde meo ab. eloquia tua vt non pecc.
ta mea abſcõderis penes te, vt audiat
a ¶Humilia.
ſapientiam auris tua. Inclina cor tuum † ad cognoſcendam pruden-
a ¶Dei cognitionem, qua beatus eſt homo.
tiam. Si enim ſapientiam inuo-
¶Quod à Deo. ¶Quod à te.
caueris, et inclinaueris cor tuum
a ¶Tanta cura quanta cupidi pecuniam, vt ſi tam ſolicitè quaſi infinitas per hanc & ineffabiles diuitias acquiſiturus, præmium habebis quod ſequitur.
prudentiæ: ſi quæſieris eam quaſi

### NICO. DE LYRA.

¶ a Cum irruerit repentina cala. *Quæ grauior eſt quando ſubitò ſuperuenit iucunditati temporali, quàm ſi veniret paulatim.*
b Et interitus quaſi tempeſtas ingru. *Id eſt cùm tanta violentia, quòd non poterit euitari.*
c Quando venerit ſuper vos tribulatio. *In corpore.*
d Et anguſtia. *In mente.*
e Tunc inuocabunt me. *pœna aperiente oculos, quos culpa tenebat clauſos.*
f Et non exaudiam. *quia tranſijt tẽpus meriti, quantum ad defunctos. Vel quia non verè pœnitebunt, ſcilicet amore boni, ſed tãtum timore & horrore mali pœnæ quantum ad viuentes, qualis fuit pñia regis Antiochi: pp quod non fuit exauditus: dato etiam quòd ſit vera pñia: non tamen ſemper exauditur à Deo, quantum ad amotionem temporalis pœnæ, quæ eſt quædam medicina, ſed ſemper exauditur quantum ad monitionem culpæ. Iſta tamen litera videtur loqui in duobus modis primis. ideo ſubditur:*
g Eò quòd exoſam habuerit diſciplinam. *ſicut criminoſus odit pectinem.*
h Et timorem Domini non ſuſce. *qui facit declinare à peccato.*
i Nec acquieuerint conſi. meo. *de bonis agendis.*
K Et detraxerint correctioni meæ. *dicentes eam eſſe iniuſtam.*
l Comedent igitur fructus uiæ ſuæ. *Id eſt ſecundum opera ſua mala punientur.*
m Suiſq; conſilijs ſaturabuntur. *quia diſplicebunt eis, ſed nimis tardè.*
n Auerſio paruulorum inter eos. *Ex hoc enim quòd multi ſunt paruuli ſenſu & ſtulti quantum ad Deum à quo auertuntur, & tamen in vita præſenti bonis temporalibus proſperantur: ex hoc alij accipiunt occaſionem eos imitandi, & ſic auerſio paruulorum & proſperitas ſtultorum eſt eis occaſio mortis culpæ & perditionis gehennæ: ſic exponit Rab. Salo.* H
o Qui autem me audierit. *præceptis diuinis obediendo.*
p Abſque terrore requieſcet. *in patria, vbi terror locum non habet.*
q Et abundantia perfruetur. *adeptione ſummi boni.*
r Timore malo ſublato. *quia nullum mali poterit ibi eſſe. Poteſt etiam hæc litera exponi de ſtatu iuſtorum in præſenti, cùm dicitur: Abſque terrore requieſcet, quia iuſtus fortunas aduerſas ſi ſuperueniant optimè fert, vt dicitur primo Ethicorum. propter quod dicitur infrà duodecimo cap. c. Non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. Et abundantia perfruetur, ſcilicet bonorum ſpiritualium, quæ tantò ſunt meliora corporalibus, quantò anima eſt melior corpore. Timore malorum ſublato, illo ſcilicet qui non cadit in conſtantem virum.*

## GLOS. ORDIN.

### CAP. II.

F*ili mi.* Duo hic notat ſapientiam eſſe de cæleſtibus, prudentiam de ſecularibus.

n *Audiat ſapientiam.* Audit non aure, qui aure tantum corporis percipiens, memoria retinere, & opere complere negligit. Si autem mandata Dei, fixo amore diſcendi, & cuſtodiendi ſuſceperis primò humilitatis viam tene: hoc eſt enim quod ſequitur.

o *Inclina cor.* Inclina, humilia, munda, vt dignũ fiat ad perci-
Matt.11.d pienda myſteria. vnde Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruu. Id eſt abſcondiſti à ſuperbis, & reuelaſti ea humilibus.

p *Si enim ſapiẽtiam inuocaueris, & inclinaueris &c.* Inuocare, id eſt; in nos vocare orando, nihil niſi dominum debemus. Cum ergo ſapientiam inuocandam docet, oſtendit ſe non quam libet ſapientiam, ſed ipſam dei cognitionẽ nobis proponere in cuius perceptione eſt ſumma beatitudo: ſecundum hoc: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant
Ioh.17.a te uerum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.

¶ Notan-

## NICOLAVS DE LYRA

### CAP. II.

FIli mi ſi ſuſceperis ſermones meos. *In capit. præcedenti docuit vitare auaritiam, hic conſequenter docet vitare idololatriam: & quia per ſapientiam euitatur, ideo primò inducit ad amorem ſapientiæ, ſecundò oſtendit quod per hoc euitatur vitium idololatriæ, ibi: Si intrauerit. Circa primum dicitur:*
s Fili mi ſi ſu. *ſicut diſcipulus docilis.*
t Et mandata mea abſcondes penes. *non celando ea alijs: quia talia ſunt proximis communicanda, ſed ea cuſtodiendo tanquam rem pretioſam.*
u Vt audiat ſapientiam au. tua. *auris ſcilicet corporis & mentis.*
x Inclina cor tuum. *intentio enim deſiderij ſapientiæ facit ad eam citius peruenire. ideo ſubditur:*
y Si enim ſapien. inuo. *deuotè orando, vt tibi detur à Deo.*
z Et inclinaueris cor tuum pru. *ad acquiſitionem eius quantum poteris conando. ideo ſequitur:*
a Si quæſieris eam quaſi pecu. *Id eſt eum tanto conatu ſicut auarus quærit pecuniam, & ſicut foſſor quærit theſaurum abſconditum.*

¶ a Tunc



¶ Notandum quòd & ſapientiam inuocare, & noſmetipſos A ad cognoſcendam prudentiam cor inclinare ſuadet: quia & diuinum neceſſarium eſt auxilium, nec liberum debet abeſſe arbitrium.

a *Et ſicut theſauros.* Qui theſauros effodit, terram reficit, foueã in altum facit, ſedulus inſiſtit donec inueniat quod quærit. Sic qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat, omne põdus terrenum à ſe reijciat, in ſe foſſam humilitatis faciat, nec quieſcat donec inueniat.

b *Tunc intel. ti.* Timorem amicabilem qui nõ initium, ſed perfectio cæleſtis ſapientiæ, in hac duntaxat vita. Iõq; perfecta dilectio non eũ foras mittit, ſed facit permanere in ſeculum ſeculi: ſed etiam ſcientiam ipſius diuinitatis (quæ perpetuò beatum facit) inuenies. Quia do.

c *Quia dominus dat.* Iõ nanq; ſapiẽtia: id eſt Deus inuocãdus eſt ad accipiendam ſapiẽtiã: quia à nobiſipſis haberi non poteſt, ſed à domino datur.

d *Ex ore.* Æterna filij natiuitate, de qua alibi: Ego ex ore altiſſimi prodij, primogenita ante oẽm creaturã. Vel os dñi in ſanctis. vñ: Os Dñi locutum eſt. Et ex ore eius ſciẽtia naſcit & prudentia, dum dominus os humanum ſanctificat, & ſuum facit vt ſciẽter & prudenter loquatur.

e *Cuſtodiet.* Vt in quocunq; virtutum gradu rectos iuuet & ſimplices. Iob ſimplex & rectus: Simplex p innocẽtiã manſuetudinis, & rectus p cautelam diſcretionis. Simplex nullum lędens imò cunctis proficiens, rectus à nullo corruptus.

f *A via ma.* Ad quam vocant, qui dicunt: Veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini: peruerſa loquitur, qui eſt autor huius perſuaſionis.

g *Qui relin. iter.* Pulchrè vias tenebro-
B ſas recto itineri opponit, qa hoc ĩ luce agit, & ad lucẽ ducit, At q malè agit, odit lucẽ, vt nõ arguant eius opa, & finis eius in tenebris exterioribus.

h *Qui læt.* Quia p vias tenebroſas ambulãt, & neſciunt quò eant. Si enim ad quas tẽdunt pœnas aſpicerẽt, greſſus cohiberent, nox iamq; lætitiam ſalubri fletu caſtigarent.

i *Vt erua. à mu.* Poſtq̃ auditorẽ quẽ ſapiẽtia docet admonuit, ne cũ latronibus participaret, ne ſi videret furem curreret cũ eo: ſed rectè & ſimplr incederet, nunc ne cũ adulteris portionẽ ſuã ponat, de qbus põt & hoc ſpãliter intelligi. Vt eruaris à via mala, & ab hoie q puerſè loquiẽ. Quæ peruerſior locutio q̃ ad ſtupra pſuaderi? qd capſm incipit: Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, &c. Põt p mulierẽ extraneã hrticorũ prauitas intelligi, à Xpo eccleſiaq; aliena, q̃ mollicie eloquentiæ & linguæ blãdimẽtis corda innocentium decipit. vñ: Molliti ſunt ſermo. eius ſuper oleum ip. ſ. iacula.

K *Et relin. du.* Patet & de mente hęretica, qa relinqt doctorẽ à quo fidẽ eccl'iç didicerat & oblita eſt pacti Dei ſui. i. fidei dñicç, q̃ i ſymbolo ꝯtineẽ q̃ ſe die baptiſ. ſeruaturã pmiſerat.

l *Pacti Dei ſui.* Quod cum viro ſuo tpe nuptiarũ pepigit dño teſte, q fidẽ. ſ. caſtitatis ſibi inuicẽ ſeruarẽt, vel in baptiſmo.

m *Incli. eſt enim.* Oĩs conuerſatio adulterę, & ad interitũ ducit. Et quãuis blanda videatur ac manſueta, non minorẽ ſentiet in fine vindictã, quam qui latrocinando apertę impietati famulanẽ. Põt domus adulteræ, ipſa eius caro (in qua turpitudini & luxuriæ ſubſternitur) accipi, quæ in iudicio ppetuũ reſurget in mortẽ. Sed hæreticorum domus, quia ſuper arenã conſtruiẽ, & cũ ſtare vĩ, vergit in occaſum: ſuiſque crementis quaſi quibuſdam ſemitis ad impiorum conſortia, id eſt ad ſpirituum tendit tormenta malignorum.

n *Ad eam non reuer.* Mortem ſcilicet, non mulierem. Põt eñ qui adulteræ miſtus eſt domino iuuante reuerti, ac vitam in pœni-

in penitendo mereri. Poteſt qui pollutus eſt hæreſi, reſipiſcẽdo redire ad ſalutem. At qui ſemel æterna morte raptus eſt, nun- C

pecuniam, & ſicut theſauros † effo-
a ¶Si ſolicito corde quæſieris.
deris illam: tunc intelliges timo-
¶Reſpicit ad hoc quod ſupra: Si enim ſapientiam, vſque ad hoc, & ſcien. Dei inue.
a ¶Diuinitatis. ¶Tacet Pelagius.
rem domini, & ſcientiam Dei inuenies: quia Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia, &
a ¶Cognatæ ſunt, rectitudo & ſimplicitas, nec ſeparantur. vnde ſapientia vnam earum ſine altera non requirit, ſed in quibus ambæ conueniunt, hos cuſtodit & protegit.
ſcientia. Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpli-
a ¶Arctiora præcepta.
citer, ſeruans ſemitas iuſtitiæ, &
a ¶Generalia præcepta.
b ¶Cum inuocaueris ſapientiam.
vias ſanctorum cuſtodiens. Tunc
a ¶Vt recta diſcretione cum proximo agas.
intelliges iuſtitiam & iudicium, &
a ¶Quod per ſingula, illo illuminante nullius boni ſcientia te effugiet.
æquitatem & omnem ſemitam bonam. Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuę placuerit: conſilium cuſtodiet te, & pru-
a ¶Prauis operibus.
dentia ſeruabit te: vt eruaris † à uia
a ¶Doctore prauæ operationis. ¶Si te lactauerint peccatores &c.
mala, & ab homine qui peruerſa
a ¶A quo fugiendum eſt.
b ¶Quod in luce agitur.
loquitur. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tene-
¶Ideo.
broſas. Qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus peſſi-
a ¶Prauę diſpoſitiones.
mis: Quorum viæ peruerſæ, & in-
a ¶Operationes. b ¶Prudentia ſeruabit te, vt eruaris.
fames greſſus eorum. † Vt † eruaris à muliere aliena, & ab extranea,
a ¶Ne adulteres. b ¶Heretica doctrina vel hereticis.
a ¶Molliti ſunt ſermo. eius ſu. o. & ipſi ſunt ia.
quæ mollit ſermones ſuos, & relin-
a ¶Primum virum vel doctorem fidei.
quit ducem pubertatis ſuę, et pacti Dei ſui oblita eſt. Inclinata eſt. n. ad
a ¶Lata eſt via quæ ducit ad mortem.
¶Conuerſatio vel caro.
mortem domus eius, & ad inferos
a ¶Opera vel occulta conſilia.
b ¶Nec ſola perit, ſed omnes.
ſemitæ illius. Omnes qui ingre-
a ¶Mortem ſcilicet. ¶Per ſe.
diuntur ad eam, non reuertentur:

### NIC. DE LYRA.

¶ a Tunc intelliges timorem do. & ſcien. Dei inue. *id eſt obtinebis intentum: Cuius cauſa ſubditur, cùm dicitur:*
b Quia dominus dat ſapientiam. *ſcilicet deſiderantibus eam. vnde ſapientia fuit data Danieli, eò quòd erat vir deſideriorum.* † inueſtigaueris Dan.10.b
c Et ex ore eius prudentia & ſcientia. *Sapiẽtia enim propriè eſt cognitio diuinorum: & Prudentia agibilium humanorum. Scientia autem ſpeculandorum.*
d Cuſtodiet rectorum ſalutem. *corporalem & ſpiritualem.*
e Et proteget gradientes ſimpliciter. *id eſt ſine plica duplicitatis.*
f Seruans. *id eſt ſeruare faciens.*
g Semitas iuſtitiæ. *quæ propriè reſpiciunt epikeiam, quæ dirigit ad legis intentionem & non ad literam, ſicut ſemita dirigit ad terminum declinans à via communi.* Eſa.56.b
h Et uias ſanctorum cuſtodiens. *id eſt cuſtodire faciens. Aliter exponitur iſta litera, ita quòd ſemitæ iuſtitiæ dicuntur hic conſilia, viæ iuſtorum præcepta.*
i Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium, & æquitatem. *exponatur hoc vt ſuprà primo capitulo.*
K Et omnem ſemitam bonam. *id eſt virtutem altam, quæ compendioſè ducit ad felicitatem.*
l Si intrauerit. *Hic conſequenter oſtenditur, quòd per ſapientiam idololatria excluditur, cùm dicitur: Si intrauerit ſapientia cor tuum &c. ſequitur:*
m Vt eruaris à via mala. *id eſt idololatria, vt dicit Ra. Sa. quia per illam homo directè auertitur à Deo.* † de
n Et ab homine qui peruerſa loquitur. *cuiuſmodi ſunt ſacerdotes idolorum, et doctores infidelium.*
o Qui relinquunt iter rectum. *id eſt legem naturalem & diuinam.*
p Et ambulant per vias tenebroſas, *ſcilicet in tenebris errorum, quia de vno errore procedunt ad alium.* D
q Qui lætantur cum malefecerint. *quia ex conſuetudine malè agendi acquiritur habitus vitioſus, qui facit delectari in malo opere. Signum enim habitus generati eſt delectatio in opere. ij. Ethic. Et dicitur hic: Lætantur. quantùm ad animum interius.* Ariſt.2. Moral.ad Nicomach. † infrà 7.a † ſeruat te.
r Et exultant in rebus. *quantùm ad corpus exterius, quia motus animæ redundant exterius in corpore.*
s Quorum uiæ peruerſæ. *quia quod ſoli Deo proprium eſt, attribuunt creaturæ.*
t Et infames egreſſus eorum. *in opinione bonorum hominum.*
u Vt eruaris à muliere aliena. *id eſt idololatria, quæ alienat à Deo, vt exponit Ra. Salo.*
x Quæ mollit ſermones ſuos. *præmittendo idololatris delectabilia carnis: vnde in lucis idolorum exercebantur luxuriæ, maximè in venerationem Veneris & Priapi.*
y Et relinquit du. pubertatis ſuæ. *id eſt Deum qui dicitur dux pubertatis ſynagogæ de Aegypto eam educendo, & in datione legis eam deſponſando, quem reliquit multipliciter idololatrando, vt patet ex libris Iudicum & Regum. ideo ſubditur,*
z Et pacti Dei ſui oblita eſt. *id eſt legis ſibi datæ.*
a Inclinata eſt enim ad mortem domus eius. *ſcilicet temporalem, quam multi incurrerunt propter idololatriam, ut patet in Exodo pro adoratione vituli, & in libro Numerorum pro peccato Phegor, & in multis alijs locis veteris teſtamenti.* Exodi 32.a Num.25.a
b Et ad inferos. *i. ad mortem gehennæ.*
c Semitæ ipſius. *id eſt doctrinæ eius & opera.*
d Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur. *id eſt pauci reuertuntur ad latriam, quia idololatria laxat habenas vitijs, ad quæ homines ſunt proni. Et eſt hic hyperbole ſicut cùm dicitur: Omnes de ciuitate currunt ad tale ſpectaculum, ad denotandum multitudinem euntium, quamuis plures non vadant. Poſſet etiam iſtud totum exponi de muliere adultera, quantum ad peccatum luxuriæ.*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

eſt nunquam rediet ad vitã. Hoc cõtra Origenẽ, qui ẽt diabolo remiſſionẽ ꝑmittit, deceptus Eſaia dicẽte: Et claudent impij in carcerẽ: & poſt dies multos viſitabunt. Sed Eſaias, modo clauſos tormẽtis pęnarũ, tpẽ reſurrectionis ad modicũ viſitandos ſignificat tm̃: vt receptis in iudicio corporib᷑, grauius damnentur, & poſt iudicium atrocioribus in pęnis recludant. Quã uis & ita rectè põt accipi, ad eã.i. ad meretricẽ: vel, domum eius nõ reuertent, qa quãtũcunq; attinet ad naturã iniqua ſua volũtate dãnatam, vel deprauatã, recurſum per ſemetipſam non hẽt, ſed ꝑ Dei grãm qua adiuuat & inſtauratur, vt ſemitas vitæ apprehendat. Deſignat.n.ꝑ hoc põdus iniquitatis, vt cum reuertatur quis, non ſibi attribuat, ſed gratiæ Dei.

Eſa.24.d An requiſſio dabitur diabolo

a *Qui enim*. Hic rectis iungit ſimplices, vt ſuprà cũ dicerẽt: Cuſtodient rectorũ ſalu. &c. quia nimirũ ſimplicitas ſine rectitudine diſſoluta ẽ & ſtulta. Rectitudo aũt ſine ſimplicitate auſtera & dura. Verũ vtraq; virtus coniuncta, pfectũ reddit hoiem. Sed hoc intereſt, quia in illo ꝙ in pñti Dñs certantes adiuuet, in iſto quod victores in futuro coronet, indicatur. Terræ.n. noie eccleſia deſignatur, quę ſpũalem fructum Deo generat, in qua habitent & permaneant, quia à conſortio eius nec morte ſeparantur. Sed terminata hac vita, ad illam eius partem quæ cum Chriſto in cęlis regnat, perueniunt. G

¶Aggrauatio.

nec apprehendent ſemitas vitæ. Vt

a ¶Prudentia ſeruabit te v: am. b ¶ Vnitate rectæ fidei. de qua Dominus: Ego ſum via veritas & vita. Et alibi: ¶Nemo venit ad patrem niſi per me. ¶Exempla.

ambules in via bona: & calles iuſtorum cuſtodias.

a ¶Qui cuſtodienda? Qui enim.

Qui enim recti ſũt,

a ¶Hic. b ¶ ĩ eccleſia.

habitabũt in terra: & ſimplices per

¶In futuro.

manebunt in ea. Impij verò de terra

a ¶Apertè. ¶ Poteſt hoc de antiquo populo intelligi ita, quia cum viueret rectè, in terra feliciter ſua remaneret, et cum peccaret, exterminaretur ab hoſtibus.

perdentur: & qui iniquè agunt, au-

¶Occultè.

ferentur ex ea.

b *Impij*. De illis dr̃ ſpecialiter, qui ad terram Domini.i. eccleſiam pertinere videbantur. Sed auferuntur ex ea quidam aperto iudicio ipſius eccleſiæ, vt Simon, Arrius, & Porphyrius. Quidã verò ſecreto Dei iudicio, ſicut multi qui boni hominibus videntur. Impios enim apertè, apoſtatas dicit iniquè agentes, omnes qui perceptis fidei ſacramentis ab eius caſtitate degenerant. Vtique autem in futuro de terra viuentium perdentur. Quia nõ habitabit iuxta te ma. neque perma. in. ante oc. tu. Et rectè, qa de bonorũ malorumq́ue vijs multa prædixit: de vtriuſq; fine in ↄcluſione ſubiungit: quõ & ĩ ꝑcedẽte parabola, q̃ latronũ ↄſortia uetabat, fecit, dicẽs de fine malorũ: Proſperitas ſtultorũ ꝑdet eos: De fine bonorũ: Qui aũt me audierit, abſq; terrore qeſcet.

## NICOLAVS DE LYRA.

§ a Vt am bu. in via. *virtutum, & refertur hoc ad illud quod ſuprà dictum eſt: Si intrauerit ſapiẽtia cor tuum: quia ſicut facit declinare à via mala, ita facit ambulare per bonam.*

Diuiſio.

b Qui enim. *ſ. viuentiũ. de qua impij perdentur & auferentur: non quia illic actu fuerunt, ſed tm̃ in potentia, inquantum oĩs homo factus ad imaginem Dei eſt capax ipſius per cognitionem & amorem, & ſic quodammodo ad beatitudinem ordinatus. Poteſt ẽt hæc litera exponi de terra promiſſionis, quam habitauerunt Iudæi quãdiu fuerunt recti, Deo debitè ſeruiendo: ſed cũ per impietatem declinauerunt ab eo, fuerunt ab ea deiecti, vt patet de x. tribubus. 4. Regum. & de duabus. 4. Reg. vl.*

## GLOS. ORDIN. CAP. III.

Fili mi. Docet miæ operibus inſiſtẽdũ, neq; noſtris viribus eſſe fidendũ: ſed à Deo auxiliũ eſſe ĩplorandũ vel flagitandum. Et ſatis cõgruo ordine poſtq̃ coercuit à crudelitate, & à luxuria caſtigauit, ornat actib. bonis quem inſtruit.

b *Pacem*. i. ſtatũ beatitudinis, de quo Eſa. Multiplicabit ei᷑ iperiũ pacis nõ erit finis. Sed & priori populo Dei datũ eſt, vt cum legi Dei obediret, lõgo tempore in pacis quiete viueret.

Eſa.9.b

F

c *Miſe. & ve*. Ab ore tuo nunq̃ abſit veritas dicẽda, nunq̃ ab ope proximo mĩa impẽdenda. Sic.n. fit, vt & te Dei ſemꝑ pſequat miſericordia & veritas. Miſericordia quę deleat pctã. Veritas verò, quæ compleat promiſſa.

d *Circun.e.g.t*. In gutture organum uocis, in tabulis cordis latitudinem inſinuat cogitationis. Sic ergo virtus miſericordiæ, & veritas radici mẽtis inſixa, ꝓnũtiet voce loquẽtis, vt & occulto inſpectori placeat arcana intentionis, & ꝓximos iuuent officia locutionis. Bñ aũt virtutes circundari docet gutturi, cũ vox loquẽtis potius ĩ gutture fieri ſoleat: qa videlicet ꝑdicationis vox de internis emanat, ſed extra circũdat. Nã quo alios ad bñ operandum & viuendũ excitat, eò ad bene agendũ opa ꝑdicationis ſeipſũ ligat, ne extra ſermonem actio traſeat, nec voci vita contradicat.

† deſerent

e *Et inue. gra*. Corã Dño ĩuenit grãm & diſciplinã bonã: q vlu virtutũ iugi ꝓmeret à Dño, vt ꝑ dies ſeipſo perfectior inueniat & melior. Sed & corã hominibus grãm inuenit & diſciplinã bonã, cuius opibus iure laudatur pater, & proximis exemplum viuendi ꝓbet.

† De eõſti. e ne innitaris.

f *Habe. fidu. in Do*. Ne metuas ob imbecillitatẽ tuam, diuina nõ poſſe ſeruare mandata. Nec te rurſum putes tuis implere viribus poſſe, vel tua naturali ſciẽtia noſſe: ſi nõ per illius legem inſtruaris, ſed potius & in dicendo & in agendo eius quære auxilium, & quod iuſſit vt implere valeas, donabit.

g *Ne ſis ſa*. Vr̃ idem dixiſſe: Ne innita. pru. t. Sed prudẽtiæ ſuæ innititur, qui ea quæ ſibi agenda vel dicẽda vĩr, pſum decretis ꝑponit. Sed ſapiẽs eſt apud ſemetipſum, qui ĩ illis quę ex pr̃um magiſterio potuit rectè cognoſcere, ſeſe ꝑ cęteris quaſi doctior extollit. Quę ſit ãt vera hoĩs ſapientia, ſic oſtendit:

h *Time Deum & rece. à ma*. Quale eſt illud, in Iob: Ecce timor Dñi, ipſe eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligẽtia. Perſe.

Iob 28.b

## Caput III.

a ¶Sapientia hortatur non eſſe obliuiſcendam legem.

Fili mi, ne obliuiſcaris legis meę, & præcepta

a ¶ Ne impoſita præceptorum cuſtodia turbaret audientem, præmiſit certa prẽmia, & ſic ẽnumerauit præcepta. b ¶¶Quæ cuſtodienda? ¶Sempiternam lucem.

mea cor tuũ cuſtodiat. Longitudinẽ

a ¶ Tranſcenſum mortalitatis huius.

enim dierũ, & annos vitæ, & pacẽ

¶Ergo.

apponẽt tibi. Miſericordia & veri-

¶Sed. a ¶Vox proximum iuuet.

tas nõ te † deſerãt. Circunda eas gut-

a ¶Intentio Deum delectet.

turi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam et diſciplinam bonam corã Deo et hominibus.

a ¶Sed ne timeas non poſſe ſeruare. ¶ Habenda eſt fiducia ad Deum non hæſitandum in oratione: nõ confidendum propriæ prudentiæ. b ¶ Non in te, non in tuis viribus, non in natural i ſcientia.

Hãbe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, et ne innitaris pru-

a ¶Præponendo te patribus.

dẽntiæ tuę. † In oĩbus vijs tuis † cogita illum, et ipſe diriget greſſus tuos.

a ¶In his quę percepiſti à patribus, quaſi cæteris doctior.

Ne ſis ſapiẽs apud temetipſum. Ti-

## NICO. DE LY. CAP. III.

Fili mi, ne. *Poſtquã docuit à malo declinare, hic conſequenter docet bono adhærere. Iſtæ.n. ſunt duæ partes iuſtitiæ. & diuiditur in duas partes: quia primò inducit ad beneficentiã, ſcdò ad beneficentiæ diligentiã, cap. 6. Prima in duas. quia primò inducunt ad bonum verbo, ſecundò, exẽplo, ca. 4. Prima adhuc in duas: quia primò inducit ad beneficentiam, ſecundò ad ſapientiæ concupiſcentiam, ibi: Beatus. Circa primum dicitur:*

a Fili mi. ne ob. i. *legis naturalis, quę à Deo impreſſa eſt cordibus humanis, & legis diuinæ à Deo per reuelationem datæ. Et quia nõ proficit eã habere in corde, niſi exerceatur in opere, ideo ſequitur,*

b Et pręc. m. c. t. cuſ. *opere adimplendo.*

c Longitudinem e. di. *ideſt vitam longam in præſenti.*

d Et annos vitæ. *ideſt ſanitatis. Anni enim languoris magis ſunt mortis.*

e Et pacem. *internam & fraternam.*

f Apponent tibi. *Illi enim qui præcepta diuina cuſtodiunt, vt frequenter hæc conſequuntur in præſenti. Poteſt etiam hæc litera exponi de premio futuro, cum dicitur: Longitudinem enim dierum, ideſt æternitatem, quæ eſt de ratione veræ beatitudinis. Et annos vitæ, id eſt claram Dei viſionem, quę eſt vita æterna, Iohan. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te Deum ſolum, &c. Et pacem, ideſt beatam fruitionem, quæ totaliter quietat appetitum.*

g Miſericordia. *erga infirmos & pauperes.*

h Et veritas. *erga omnes.*

i Non te deſerant.. *id eſt non deſerantur à te: quia virtutes non deſerunt hominem, niſi quia deſerit eas.*

K Circunda eas gut. tuo. *eas docendo.*

l Et deſcribe. in ta. cor. tui. *firmiter retinendo.*

m Et inue. gratiam. *iuſtificantem in mente.*

n Et diſciplinam bo. *ideſt modeſtiam & honeſtatem in exteriori conuerſatione.*

o Coram Deo. *quantum ad primum.*

p Et hominibus. *quantum ad ſecundum.*

q Habe. f. in do. *qui non deficit in neceſſitate.*

r Et ne innita. prud. tuæ. *præſumendo de te.*

s In omnibus viis tuis cogita illum. *ideſt in omnibus operibus tuis dirige intentionem tuam ad ipſum.*

t Et ipſe diriget greſſus tuos. *i. opera tua ad finem bonum.*

u Ne ſis ſapiens apud temet. *de tua induſtria præſumendo.*

§ a Time



ctũ n. ita ſe debẽt à malis oĩbus cõtinere, vt diuinæ pñtiã maieſtatis cũ metu ſemꝑ recogitent. Et notandũ, ꝙ ſuprà, fiduciã hr̃e in dño, nunc aũt Deũ timere admonet. Ibi fragilium aĩos ne deſperent, promiſſo Dei auxilio corroborat: hic fortiores ne de ſe præſumãt, diuini timoris memoria coercet.

A

a *Sanitas quippe erit*. In oſſibus, ſolida virtutum opera in vmbilico (q in interiore parte corporis medius eſt) infirma adhuc & imperfecta bonorũ actio deſignatur. Si ergo Deũ timueris, & non tuis viribus, ſed Deo confiſus à malis abſtinueris, & infirmitas operis ad ſtatum perfectionis conualeſcet, & fortia; vnde amplius roborentur, accipient.

b *Honora dñm de tua*. vt ſcilicet homines qui eius plaſma ſunt, qui ad eius imaginem facti ſunt, recreentur.

c *Subſtantia & de pri. om*. Non ſolùm de ſubſtantia pecuniæ quam pauperibus damus, ſed de oĩbus quæ bene agimus: de gratia quam à domino recepimus. Ille ẽt dominum de ſuę ſubſtantiæ ſuarumq; frugum primitijs honorat, qui quicquid boni agit, nõ ſibi, ſed ei tribuit.

d *Implebuntur horrea tua ſatu*. Theſaurizate vobis the. in cę. Si ſancti theſauros hñt in cęlo, qa veras diuitias ibi inueniunt, hñt vtiq; ibi, & horrea, & torcularia ſcilicet qa non eſuriẽt, neque ſitient amplius. Et in pñti nonnunq̃ doctori, q panẽ verbi, qui poculum grãæ ſpũalis indigenti miniſtrat, maiora miniſtrãda donat, dñs ꝓ mercede condonat. Qui terrena ſubſidia largitur in opibus, ditior dando cęleſti remuneratione redditur.

e *Torcularia redunda*. Quia interna ſuauitas æternorũ, corda cunctorum fidelium in laude ſui conditoris accendit. Hinc etenim dicit: Vt eda. & bi. ſ. men. m. in re. me.

B

f *Diſciplinam*. Sunt q in proſperis ſeruiunt dño, in aduerſis recedunt. Vñ ſapientia quẽ in proſperis viuere docuit, ẽt ne in correctione deficiat hortaẽ, ne accedẽte infirmitate vel paupertate, vel hmõi, pietatẽ quã in trãquillitate videbatur habere, amittat.

g *Quem.v. dili. Do. cor*. Tantò ergo minus de flagello quo caſtigamur, murmurare debemus, quanto certius in co paternæ dilectionis pignus tenemus. Vnde ipſe ait: Ego quos amo, arguo, & caſtigo.

h *Beatus homo*. Quia poſitos ſub diſciplina & correctione cõſolabaẽ qđ cęperat, addit: Inſinuans ꝙ beatitudo vera eſt hoĩs, nõ aduerſis carere quæ in præſenti ſunt, ſed æternæ ſapientiæ perceptione lętari: quod eſt in hac vita Domini voluntatẽ cognoſcere, & in futuro eius viſione perfrui.

i *Et qui affluit pru*. Bene cùm diceret, q inuenit ſapientiã, addidit, & q affluit pru. Sunt.n. qui inueniũt ſapientiã, doctrinã veritatis aure percipiendo, ſed affluere prudentia negligũt, nolẽdo corda ſua ad ꝑcipiendã eius amplitudinem laxare.

K *Melior eſt*. Non metuat de correctione inopiæ qſqs opes acquiſiuit ſapientiæ, oĩbus theſauris munus cęleſte ꝑcellit.

l *Primi & puriſſimi*. Quia radix ſapiẽtię timor Dñi, hi ſunt primi ac puriſſimi fructus: Siue qa Deus q vr̃ ab initio eſt, & nihil iniquitatũ in eius viſione occurrit: Siue qa ad hanc contemplationẽ contemplandã primo hõ creatus eſt. Vñ & filio ad pr̃em redeunti prima ſtola datur: Siue qa primum & rude aurũ ſolet eſſe puriſſimum, & prima ſtola nr̃a beatitudo, verè eſt beatitudo credenda quæ nobis in reſurrectione reddenda, ſed à Domino perfectius promittitur.

m *Longitudo die. &c*. Viſione ſuæ diuinitatis, electos in perpetua luce donat, & eoſdẽ in pñti vita, incarnationis ſuę ſacris & chariſmatibus illuſtrat & roborat, dat eis q ob ſe cõparandum oĩa ſua vendũt centuplũ in hoc ſeculo, & in futuro vitã æternã. Iuxta antiquã tranſlationẽ, parabolarũ, diuitię & gloria, ſequiẽ, qđ noſtri codices non hñt. Ab ore eius proficiſcit iuſtitia, legem autẽ & miſericordiam in lingua portat.

n *Viæ eius*. Actiones & doctrinæ, quæ in euãgelio cõtinenẽ, pulchræ ſunt: quia diuinæ, ac puri hoĩs legem tranſgreſſę, & omnia eius iuſſa ad pacẽ ducunt æternam. Omnia quæ in carne geſſit, ad reconciliandos Deo mortales, ad pacificandum cũ angelis genus humanum ad demonſtranda ſuis, ſeruandæ adinuicem pacis & dilectionis exempla pertinent. Sicut in medio paradiſi lignum vitę, ita per ſapientiam Dei, quæ eſt Chriſtus, viuificatur eccleſia: cuius nunc ſacramentis corporis & ſanguinis pignus accipit vitæ, & in futuro præſenti beatificabitur aſpectu.

C

o *Dominus ſapi*. Typicè per filium eccleſiam fidei ſoliditate locauit, ſtabiliuit cœlos pru. cùm per eum ſublimium prædicatorũ corda illuſtrauit.

† Tob. 4.b

Typicè

§ a Sapientia

a ¶Hæc autem eſt vera ſapientia. b ¶Time Deũ & ſani.

Time † Deum, & recede à malo. Sanitas quippe erit in vmbilico tuo: &

a ¶ Imperfectis operibus.

a ¶ Solidorum operum. b ¶Et vt ho. &c.

irrigatio oſſium tuorum. † Honora Dominum de tua ſubſtantia, &

a ¶Eius laudem quære non tuam, aliter non honoras. b ¶Non alieni.

¶De potioribus bonis tuis.

de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus, ẽt implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino

a ¶Et ideo. ¶ In futuro.

a ¶Non eſuries amplius. b ¶ Satiabor cum apparuerit gloria tua.

a ¶Non ſities amplius. b ¶ Quia hæc tibi à Domino.

torcularia redundabunt. † Diſciplinam domini fili mi ne abijcias: nec

a ¶Ne eloquia Dei negligantur. ¶ Correctionem. b ¶Quaſi onus importabile. ¶ Sub honore.

a ¶Correctio eſt, non ira.

† deficias cũ ab eo corriperis. † Quẽ enim diligit Dominus, corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi.

a ¶Ne abijcias. q. d. quia non eſt beatitudo carere aduerſis: ſed beatus homo qui inue. ſap.

Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. * Melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri & argenti, primi & puriſſimi fructus eius.

a ¶Sicut qui temporalibus: vnde poſſunt dicere affluunt, ſed nolunt: ideo ſubdit & qui affluunt.

¶Quia. a ¶Non modo terrenis, ſed cęleſtibus: imo & ipſis angelorum conſpectibus huius claritas antefertur. vnde: Quid mihi eſt in cęlo, & à te quid &c.

Pretioſior eſt cunctis † opibus, et omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari.

a ¶Quia.

Longitudo dierum in dextera eius, et in ſiniſtra illius diuitiæ et gloria.

¶ Vel illius. a ¶Quia diuinæ.

Viæ eius viæ pulchræ, et

a ¶Quia ad pacem ducunt. b ¶In præſenti viuificat corpore & ſanguine ſuo.

oẽs ſemitæ illius pacificæ. Lignum vitæ eſt his qui apprehenderint eã,

a ¶ In futuro. b ¶ Pater.

et qui tenuerint eam, beati. Domi-

## NICO. DE LYRA.

§ a Time Deum. *Timore filiali.*

† Heb. 12.b

b Et recede à malo. *diligenter cauendo ab offenſa Dei.*

c Sanitas quippe &c. *In Hebræo habetur: Et medulla oſſium tuorum, quæ fortia ſunt, quandiu ſunt medullis plena. Et eſt hic metaphorica locutio. Per ſanitatem enim vmbilici, intelligitur bona diſpoſitio animæ in proſperis, & per irrigationem oſſium eius, conſtantia in aduerſis. Et quia homo non ſolùm debet eſſe bene diſpoſitus ad ſeipſum, ſed ẽt ad Deum, ideo ſubditur:*

Metaphorica

d Honora dominum de tua ſubſtantia. *faciendo ei oblationem de proprio, non de alieno.*

* Quia

e Et de primitiis omnium frugũ tuarum. *de melioribus bonis ſicut Abel, Et quia pauperes ſunt membra Dei, ideo ſubditur:*

Gene. 4.a

f Da pauperibus, & implebuntur horrea tua ſaturitate. *id eſt bonis, vnde tu & familia tua ſaturari poteris. Et quia Deus aliquando flagellat bonos, vt per meritum patientiæ eorum prẽmium augeatur, ideo ſubditur:*

D

g Diſciplinam Domini fili mi ne abiicias &c.

h Beatus homo. *Hic conſequenter inducit ad concupiſcentiam ſapientiæ. Et diuiditur in duas partes: Quia primò commendat ſapientiam. ſecundò inducit ad eius concupiſcentiam, ibi: Fili mi. Circa primum dicit: Beatus homo, ſcilicet in ſpe quæ eſt certa expectatio futuræ beatitudinis.*

i Qui inue. ſapientiam. *i. notitiã de diuinis.*

K Et qui afluit prudentia. *in agibilibus humanis.*

l Melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri & argenti. *quantò meliora ſunt ſpiritualia bona corporalibus.*

m Primi & puriſſimi fructus eius. *Et dicit primi, quia nullum opus hominis bonum eſt, niſi virtute prudentiæ dirigatur. Et puriſſimi, quia bona ſpiritualia non habent aliquod malum admiſtum, ſicut frequenter habent bona corporalia, ſicut aurum & argentum, & ſimilia habent annexam mentis ſolicitudinem, eleuationem mentis in Deum impedientem, ideo ſubditur: Pretioſior eſt cunctis opibus & omnia quæ.*

n Longitudo dierum in dextera eius. *quia primò & principaliter habet aſpectum ad cęleſtia & æterna.*

o Et in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. *quia ſecundariò & ex conſequenti habet aſpectum ad temporalia bene adminiſtranda.*

p Viæ eius uiæ pulchræ &c. *quia nullam turpitudinem admittit, et ad decorem virtutum inducit, & ſic hominem pacificum reddit, redigendo vires inferiores in obſequium rationis.*

q Lignum uitæ eſt his qui apprehenderint eam. *Sicut enim per lignum vitæ continuabatur vita, vt ſic homo manens in ſtatu innocentiæ de vita naturæ tranſiſſet ad vitam gloriæ ſine morte media, ſic ſapientia & prudentia de vita gratiæ ducunt hominem ad vitam gloriæ ſine morte mortalis culpæ intermedia, dum tamen homo in eis perſeueret, ideo ſequitur:*

r Et qui tenuerint eam, beati. *quia certitudinaliter ad beatitudinem deducentur.*

s Dominus. *Poſtquam autem commendauit ſapientiam ex perfectione humana, hic conſequenter commendat eam ex perfectione diuina, cum dicitur:*



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Sapientia illius eruperunt abyſſi*. In diebus Noe, vel cùm quoti die fontes & flumina de abyſſo per terræ venas emanant. Aliter: Sapientia illius eruperunt abyſſi, cum largiente Chri gratia, profunda ſacramentorum cœleſtium fidelibus innoteſcunt, & nubes rore concreſcunt: eccleſiæ, ſ. magiſtri ſublimes p cõtẽplationem & vitam, rigantes corda bonorum auditorum quaſi ſubiectam ſibi terram. Quæ rore ſuccreſcũt, quia ſubtiliſſima diſcretione, virtutes ſuas quibus proficiãt, quibus alta perant, quæque minoribus in exemplum monſtrent, examinant.

b *Fili mi, ne effluant*. Ne diſciplina temporali fatigatus, ſapientiæ, quæ tanta eſt, gratiam perdas, præcauc.

c *Et erit vita animæ tuæ*. Habet anima tua vitam cũm Deo, ſi eius decreta cuſtodieris? quã is caro diſciplina correctionis aut etiam mortis prematur.

d *Et gratia faucibus tuis*. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Habet ergo ſenſus animi fauces ſuas, quibus verba q̃ audit, diiudicet: quibus res geſtas, ſingulorũ diſcernẽdo examinet, & hæc amplectendo recipiat, illa reprobando contẽnat. Quibus nimirum faucibus cũm legẽ atq; conſilium Dei cuſtodimus, gratia multiplicatur: quia quantò ſolertius quiſq; diuinis obtẽperat iuſſis, tantò dulcius eius amorem concipit, quẽ nobis inceſſe deſiderans propheta ait: Guſtate & videte: quoniam ſuauis eſt Dominus: beatus vir qui ſperat in eo.

Pſal. 118. a

Pſal. 33. b

e *Tunc ambulabis*. In via noſtra fiducialiter incedimus, cum Dei gratia cõſiſi, profectum in bona noſtra conuerſatione ſuſcipimus. Si ergo eius imperijs humiliter ſubdimur, & guſtum ſuperni amoris ſuauius faucibus mentis attingimus, & operationis bonæ augmentum ſemper obtinebimus. Sed & in tentationibus ne deficiamus ipſo adiuuãte defendimur. Hoc eſt enim, quod ſequitur:

† à deſolatione, cum venerit.

F

f *Et pes tuus non impin*. quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

Rom. 8. a

g *Si dormieris*. Patet iuxta literam, quia ſecur⁹ & dormit & vigilat, & quieſcit, & ambulat, qui ſe innocentem ante Deum, & iuſtè viuere meminit. Sed & iuſtus cũm dormierit in morte, nõ ſolũm potentias malignorum ſpirituũ non metuit, ſed in pace quieſcit, ac ſecurus diem reſurrectionis expectat: quia Deũ vbiq; p̃tectorẽ hẽt, & cuſtodẽ. vñ: Si ambulauero in medio vmbræ mor. non ti. ma. quoniam tu mecum es.

Pſal. 22. a

h *Noli prohi. & c*. Quia ſuprà diligenter legem Dñi & cõſiliũ obſeruare monuit, & æternam requiem obſeruanti bus promiſit, nunc multipliciter quæ obſeruanda ſunt, replicat. Primoq; ad id quod intermiſerat rediẽs, miſericordiam proximo exhibẽdam, & iuſtè cũ illo docet eſſe viuẽdum. Deinde & ab inimico cauẽdum eſſe præmonet. Noli ergo, inquit, prohibere. Ne audias à Domino cum Phariſæis: Ipſi non introiſtis, & eos qui intrabant, prohibuiſtis.

Luc. 11. g

i *Ne dicas amico tuo, Vade & reuertere cras dabo*. Non ſolũm de eleemoſynis, ſed de omnibus mandatis Chriſti, qui ait: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis &c.

Ioh. 15. b

K *Non contendas aduerſus ho*. Non vetat contendere aduerſus eum, qui malè facit vt corrigatur: quia hoc fruſtra non fit, quod certa neceſſitas cogit. Imò qui ait: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, ipſe vult, vt errantem quantum vales, ad vitam veritatis reducas.

Matt. 18. b

Illuſor quis.

l *Quia abominatio Domini eſt omnis illuſor*. Omnis illuſor, inquit, quia illuſor eſt, vel qui verba Dei nouit & implere contemnit, vel eadem peruerſè intelligẽdo ac docendo corrumpit. Illuſor eſt & ille, qui promiſſa eius quaſi praua deſpicit, ac iram diſtrictionis quaſi tolerabilem ſpernit. Necnon & ille qui proximorum ſimplicitati improbus inſultat. Ideoque omnem huiuſmodi illuſorem merito diuina abominatur iuſtitia. Bene autem ſubditur:

G

m *Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius*. quia ſuperbi dum ſimplicibus illudunt, prudentiores ſe illis quos irrident iudicant. Sed horum prudentia, vt Iacobus ait, terrena eſt, animalis, diabolica. Sermocinatio aũt Dñi cũ ſimplicibus eſt: q̃a illos ſapiẽ ſecretis il luſtrat, quos terreni faſtus ac duplicitatis nihil

Iac. 3

a ¶Per eandem quoq; b ¶Per filium. b ¶Omnia in ſapientia fe. c ¶Ad literam, & omnia.

a nus ſapientia fundauit terrã: ſtabiliuit cœlos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyſſi, & nu-

a ¶Prædicatorum corda. ¶In vel per.

a ¶Ad literam patet. b ¶Quia tanta ſapientia.

b bes rore concreſcunt. Fili mi, ne

a ¶Monet non eſſe imitandum malum, nec vias eius.

effluant hæc ab oculis tuis. Cu-

a ¶Non occides, non mœcha. non furtum facies. b ¶Sapientiæ. c ¶Quod dicit: Si vis perfectus eſſe, vade & vende om. quæ ha. & da pauperibus.

ſtodi legẽm atque conſilium.

¶Inde.

c meum, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via

¶Proficies.

a ¶In tentationibus non deficies.

tua, & pes tuus non impinget.

a ¶In morte. b ¶Securus diem reſurrectionis expectans.

Si dormieris, non timebis: quieſces, & ſuauis erit ſomnus tuus.

a ¶Mortis.

a ¶Malignorum ſpirituum.

Ne paueas repentino terrore, &

a ¶Dæmonorum.

† irruentes tibi potẽtias impiorũ. Dñs enim erit in latere tuo: & cuſtodiet pedem tuum, ne capiaris.

Noli prohibere benefacere eum,

a ¶Aliter ſufficit volunta. ¶Sed.

b ¶Sine dilatione.

qui põt: ſi vales, & ipſe benefac.

¶Ne differas.

Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere: & cras dabo tibi, cum

a ¶Idest benefac & recede à malo.

ſtatim poſſis dare. Ne moliaris

a ¶Id eſt contra amicum quamuis peſſimum.

b ¶Vel quod eſt.

ris amico tuo malum: † cùm ille in te habeat fiduciam. Non

¶Etiam.

contendas aduerſus hominem fruſtra: cùm ipſe tibi nihil mali

u ¶Ne facias malum: Ne æmuleris hominem iniuſtum.

fecerit. Ne æmuleris hominem iniuſtum, nec † imiteris vias eius: quia abominatio Domini

¶Quos ſuæ le decipit.

eſt omnis illuſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Egeſtas

a ¶Ne imiteris: Egeſtas enim à do.

tatis nihil

## NIC. DE LYRA.

¶ a *Sapientia*. *Idest per ſapientiam ſuam, quæ licet ſit idem cum eſſentia diuina: tamen ſignificatur per modum cuiuſdam perfectionis ei ſuperuenientis, ſicut & alia attributa: quia diuina non intelligimus, niſi ex creaturis, & ſic nominamus, in quibus ſapientia, et conſimilia, ſunt quædã perfectiones ſuperuenientes eſſentiæ.*

b Fundauit terram. *quia eſt centrum mundi ſenſibilis.*

c Stabiliuit cœlos. *quia ſunt incorruptibiles.*

d Sapientia illius eruperunt abyſſi. *tempore diluuij, Gen. Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ.*

e Et nubes rore concreſcunt. *quia calore ſolis eleuantur exhalationes humidæ, & condenſantur in nubes.*

f Fili mi &c. *Poſt ſapientiæ commendationem inducit, ad eius acquiſitionem & conſeruationem, dicens: Fili mi ne effluant hæc ab oculis tuis, ſcilicet mentalibus quia ſunt iugiter attendenda.*

g Cuſtodi legem. *quantum ad præcepta.*

h Atque conſilium. *quantum ad ſuperaddita conſilia.*

i Et erit. *talis conſeruatio.*

K Vita animæ tuæ. *quantum ad perfectionem mentis.*

H

l Et gratia faucibus tuis. *quantum ad veritatem locutionis.*

m Tunc ambulabis fiducialiter. *procedendo de virtute in virtutem.*

n Et pes tuus non impinget. *cadendo in culpam mortalem.*

o Si dormieris nõ timebis. *quia obdormies in Deo, & in ſtatu ſalutis.*

p Quieſces &c. *Mali autem hoĩes pp mala quæ fecerunt alijs, ſemper timent ſibi inſidiari, & pp hoc in ſomno occurrunt ſibi phãtaſmata terribilia: pp quæ nõ dormiunt ſuauiter, nec quietè. Boni verò in ſomnis hñt phãtaſmata bona. Propter quod dicit Philoſo. 1. Ethic. Per tranſeuntibus autem à vigilia, ſcilicet ad ſomnum, meliora ſunt phantaſmata virtuoſorum, quàm quorumcunque.*

q Ne paueas repentino terrore. *i. ab aliquo terribili repente tibi ſuperueniente. Et cauſa ſubditur:*

r Dñs enim erit in latere tuo, &c. *Q uòd ſi non vult te cuſtodire à pœna temporali, hoc erit ad bonum tuum, ſcilicet ad exercitium patientiæ & meritum gloriæ.*

s Noli prohibere benefacere eum qui poteſt, ſi uales, & ipſe benefac. *quia talis omiſſio boni imputaretur tibi.*

t Ne dicas amico tuo Vade, & reuertere: & cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. *quia acceleratio doni augmentat meritum, ſecundum quod dicitur communiter: Qui citò dat, bis dat.*

u Ne moliaris amico tuo malum. *hoc enim eſt peſſimum. nulla enim peſtis grauior ad nocendum, quàm familiaris inimicus.*

x Non contendas aduerſus hominem fruſtra: cum ipſe tibi &c. *id eſt ſine rationabili cauſa.*

y Ne æmuleris homi. *id eſt imiteris.*

z Quia abominatio eſt Domini omnis illuſor. *qui promittit bonum in ore, & cogitat malum in corde.*

a Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius. *ſ. illuſoris, quia facilius decipit ſimplices quàm aſtutos. Vel aliter: Sermocinatio eius. ſ. Domini, qui ſimplicibus reuelat ſecreta ſua, Matt. Abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.*

Matt. 11

b Egeſtas. *id eſt defectus bonorum temporalium, & ſpiritualium*

¶ a A domi.



a tatis nihil hĩc cõſiderat. Vnde ait: Abſcõdiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reue. ea par.

a *In domo impij*. Vt purpurati diuitis, qui in hac vita ſpiritualibus eguit, & poſt ad tantam peruenit inopiam, ut nec gut tam aquæ quam quærebat, acciperet. vnde: Qui benedixit nos in omni benedictione ſpiritualiu in cœleſtibus in Chriſto, qui in remuneratione audient: Venite benedicti, &c. Sed ad literã ſæpe contingit eos qui aliena diripiunt, ad vltimum inopia cõſumi: at illos qui ſua largiuntur, et iam bonis abundare terrenis.

Luc. 16

Ephe. 1

Matt. 25

b *Illuſores*. Hos verſus Iacobus, & Petrus iuxta antiquam trãſlationẽ poſuerunt: Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Iac. 4. b

1. Pet. 5

¶Alias tabernacula.

a à domino in domo impij: habitacula autem iuſtorum benedicentur.

a ¶Ab Antichriſto permitter deludi.

b ¶Iudæos qui eum deriſerunt.

b Ipſe deludet illuſores: & † manſuetis dabit gratiam. Gloriam ſapientes poſſidebunt: † ſtultorum exultatio ignominia.

a ¶Vnde: Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

temporalibus & ſpiritualibus bonis.

d Ipſe deludet. *i. eos deluſos oſtendet manifeſtè puniendo.*

C

e Et man. dabit gra. *Manſuetudo enim reddit hominem gratioſum, non ſolum coram Deo, ſed etiam coram hominibus.*

f Gloriam ſa. poſ. *Commentator ſuper 1. Ethicorum dicit, quòd iſta tria, reuerentia, honor & gloria, ſe habent per additionem. Eſt enim reuerentia, quando aliquis defert honorem alicui qualicunq; cauſa, etiã ſi ex timore hoc faciat. Si autẽ hoc faciat propter virtutem honorati, tunc propriè dicitur honor, propter quod dicitur, ibidem, q̃ honor eſt præmium virtutis, & hoc quando fit in ſecreto vel coram paucis. Sed quando exhibetur propter virtutẽ & corã multis, tunc propriè eſt gloria, quæ eſt clara notitia cum laude. Sapientia autem reddit hominem honorabilem coram multitudine, non ſolum in terra, ſed etiam in cœleſti patria.*

Auerrois ſuper 1. Ethic.

† humilibus

g Stultorum exultatio. *id eſt ignominioſa: quia lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus peſſimis, vt dictum eſt ſupra 2. c. In Hebræo habetur: Stultorum exaltatio ignominia: quia tunc magis apparet turpitudo ſuæ fatuitatis, ſicut turpitudo poſteriorum ſimiæ magis apparet, quando aſcendit in altum. Et tranſlatio noſtra videtur vitiata per ſcriptores propter ſimilitudinem dictionum.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a A domi. *ſcilicet immiſſus.*

b In domo im. *In pœnam impietatis ſuæ.*

c Habitacula autem iuſtorum benedicentur. *i. multiplicabuntur in temporalibus*

## GLOS. ORDINARIA. CAP. IIII.

Audite fi. Hinc exhortaturus ad philoſophiam, qualiter ipſe ſapientiam ſit à patre edoctus, explicat.

b *Nam & ego*. Nihil magis ad ſpem percipiendæ ſapientiæ mẽtes erigit, quam cùm eos quos in ſapiẽtia iam clareſcere miramur, aliquando paruulos & indoctos fuiſſe meminimus.

c *Vnigenitus coram*. Quare autem Salomon ſe vnigenitum corã matre nominat, quem fratrem vterinum præceſſiſſe ſcriptura teſtatur, niſi quia ille mox natus ſine nomine, quaſi nunq̃ eſſet, de vita deceſſit.

B

2. Reg. 12

d *Suſcipiat &c*. Huiuſmodi monita Salomoni à Dauid patre data: qui verba dierum relegit, inuenit.

e *Poſſide*. In omnibus quæ poſſides bonis, ſapienter te agere memento. Vel, omnia quæ poſſides terrena cõtemne, dummodo ſapientiam percipias, quod ipſe fecit. Data enim ſibi optione, amore ſapientiæ cunctis præpoſuit rebus. In Euangelio qui pretioſam margaritã q̃ſiuit, inuentã venditis omnibus cõparauit.

3. Reg. 3

Matt. 13

¶ a Dabit

## Caput IIII.

a ¶Quia ſtultorum exultatio eſt ignominia. ¶Amplectendam.

a Audite filij diſciplinã patris: & attendite, vt ſciatis prudẽtiã. † Donum

a ¶Audite: Donum bonum & ego.

a ¶Ergo.

bonum tribuã vobis, legẽm meam

a ¶Ne deſperetis de ſapientia mea & ego.

b ne derelinquatis. † Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea: & docebat me, atque dicebat: Suſcipiat verba mea cor tuum, cuſtodi præcepta mea, et viues. Poſſide ſapientiam: poſſide prudentiam. Ne obliuiſcaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, et cuſtodiet te: dilige eam, & ſeruabit

¶Dauid. ¶Dei.

a ¶Vnde charior. b ¶Alter enim quaſi non fuiſſet eo mortuus. ¶Bethſabee. ¶Eccleſia. c ¶Pater.

a ¶Non tantum auris. b ¶Ex poſt. ¶Opere.

a ¶Inde. b ¶Sic cuſtodi. ¶Vt hæreditatem.

a ¶De diuinis. b ¶De humanis.

a ¶Inculcatio. b ¶Euam. c ¶Quod minus.

¶Quia. ¶Cuſtodita.

¶Alias dilige.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. IIII.

Audite filii. *Hic conſequenter inducit ad ſapiẽtiam, & beneficentiam exẽplo. Et primò ponitur exemplum. ſecundò exequitur propoſitum, ibi: Poſſide ſapientiam. Prima pars exponitur tripliciter. Vno modo, quòd exemplum hic poſitum intelligatur de Salomone: & iſte modus duplicatur. Vno modo, quòd Dauid dicatur hic pater Salomonis, & Bethſabee mater eius. & ſic loquitur hic.*

a Audite filii &c. *Sicut & ego audiui à patre meo Dauid. Et dicitur hic diſciplina in moribus, prudentia in agibilibus.*

b Donum bonum tri. vo. *ſ. Sapientiam, quæ melior eſt auro & argento, & dictum eſt ca. præc.*

c Legem me. ne de. *Id eſt documenta bene uiuendi à me vobis tradita. Et inducit ad hoc exemplum etiam de ſeipſo dicens:*

d Nam & ego filius fui pa. m. *Dauid.*

e Tenellus. *Vnde dicit Dauid. Salomonem filium meum elegit dominus adhuc puerum & tenellum.*

1. Para. 29

f Et vni. coram ma. mea. *Bethſabee. Licet enim tres alios filios habuerit Bethſabee, tamen illi fuerunt filij Vriæ naturales, & ipſius Dauid adoptiui tantum, Ille. n. quem habuit de Dauid ante Salomonem, non com putatur ibi, neque hic. Tum quia fuit adulterinus. Tum quia fuit mortuus ante diem octauum, & ſic incircunciſus, & per conſequens non numeratur inter filios Iſrael, quia circunciſio eſt ſignũ diſtinguens Iſrael à Gentilibus.*

2. Reg. 12

g Docebat me. *ſ. pater meus Dauid. In Hebræo enim habetur, וירני Vaioreni. i. docebat me. qui modus loquendi non dicitur niſi de maſculo. Si autem referatur ad matrem: diceretur in Hebræo. ותורני Vathareni.*

h Suſci. uerba mea. *Sic enim dicebat Dauid Salomoni inſtruens eum de cultu Dei & de moribus, & de ædificatione templi.*

i Cuſto. præ. mea. *Vita gratiæ. quamdiu enim Salomon cuſtodiuit præcepta Dauid patris ſui, habuit gratiam Dei. Alio modo exponitur exemplum hic poſitum, ita quòd Deus dicatur pater Salomonis, ſicut dicit de eo dominus: Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium, & mater eius dicatur ſynagoga ſiue populus Iſrael, ſicut eccleſia dicitur mater cuiuslibet Chriſtiani, & ſic exponit Ra. Sa. cùm dicitur: Audite filij diſciplinam patris. ſ. Dei, qui eſt pater omnium per creationem. Donũ bonum tribuam vobis. In Hebræo habetur. Tribui vobis, ſ. legem in monte Sinai, quæ debet cum diligentia cuſtodiri. Nam & ego fui filius patris mei. i. Dei, vt allegatum eſt. 2. Reg. Tenellus, quia à Deo in pueritia electus, vt dictũ eſt. Et vnigenitus coram matre mea. i. dilectus à ſynagoga. ſicut vnigenitus filius diligitur à matre ſua naturali. Et docebat me. ſcilicet Deus pater meus: quia Salomon habuit ſcientiam diuinitus infuſam. Tertio modo exponitur, vt exemplũ ponatur hic de Chriſto & Deo patre, & Maria virgine, & ſic exponit frater Raymundus in quodam libro, quem fecit contra Iudæos, dicens in perſona Chriſti: Audite filij diſciplinam patris. i. Dei. Donum bonum tribuam vobis. i. legem Euangelicam diligentiſſimè cuſtodiendam. Nam & ego fui ab æterno. Filius patris mei, id eſt Dei patris, à quo diſtinguitur filius in perſona, licet ſit idem Deus in eſſentia. Tenellus & vnigenitus, quia fuit & eſt vnigenitus Deo patri & Mariæ virgini. Et tenellus teneritudine pietatis in vtraque natura, ſcilicet diuina & humana. Ante matrem meam, quia præceſſit matrem in natura diuina. Et docebat me Deus pater ſcientiam diuinam & humanam: quia licet ſit eadem ſcientia diuina in patre & filio, illam tamen habet filius à patre ſicut & naturam. Item, Chriſtus homo habet ſcientiam infuſam à Deo ab inſtanti conceptionis. Iſtas tres expoſitiones hic poſui, vt lector eligat quam voluerit. Prima tamen mihi videtur magis conſona literæ hic, & primi Paralipõme. 3. Tamen tenendo illam, ſoluendum eſt vnum quod dicit hic Raymundus in expoſitione ſua dicens, quòd hæc eſt litera: Tenellus & vnigenitus ante matrem meam. ita quòd per ly antè, ſecundum eum ſignificatur anteceſſio durationis filij ante matrem, quod non poteſt eſſe verum de Salomone, ſed ſolùm de Chriſto tantum modo prædicto. Sed in hoc dictum ſuum non valet, quia dictio Hebraica hic poſita. ſ. לפני liphne, indifferenter ſignificat anteceſſionem & aſſiſtentiam, ſicut & hæc præpoſitio ante in Latino. Dicitur enim de Chriſto, quòd fuit ante tempora ſecundum naturam diuinam, & ante faciem Pilati ſecundum humanam, & frequentius accipitur dictio Hebraica hic poſita pro aſſiſtentia quàm pro anteceſſione.*

2. Reg. 7. c

† Doctrinam bonam dedi.

D

† De verb. ſign. c nam & ego.

2. Reg. 12.

3. Reg. 3. b

1. Par. 3. a

K Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam. *Hic conſequenter Salomon exequitur propoſitum, & primò inducit ad amorem ſapientiæ.*

Diuiſio

Secundò



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.* E Patet de Salomone: quia dum pro ſapientia cuncta deſpiceret: ea percepta maiore gloriæ ſublimitate refulſit: ſed & noſtro capiti, id eſt principali mentis, ſi ſapientiam amplectimur, amplior gratia ſpiritus augetur, & corona inſuper vitæ in futuro dabitur.

b *Audi fili mi.* Expoſitis his quæ à patre acceperat, redit ad docendum auditorem ſapientiam quam cœpit. Audi fili. Monet ſuſcipi verba ſua.

c *Per ſemitas æquitatis.* Semitæ. i. actiones æquitatis, dum inchoantur, arctæ videntur & anguſtæ. Dum verò profectum capiunt, iam ex conſuetudine ſpatioſæ videntur & latæ, propheta teſtante, qui cùm incipiés domino dixiſſet: Propter verba labiorum tuorum ego cu- vi. duras, poſtmodum proficiens, iam canebat: Viam mandatorum tuorum cucurri dila. cor meum. Etſi ergo ſemitæ æquitatis cùm ingredi cœperis, arctæ tibi videbuntur, cùm eas ingreſſus fueris, nō arctabuntur greſſus mentis tuæ, ſed iuxta quod dominus ait: Iugum. n. meum ſuaue eſt, & onus meum leue reperies. Etenim reprobi & in hac vita latum intrant iter, ac in die nouiſſimo ligatis manibus & pe. mit in tene. exte. Pedes verò electorum in viam pacis dirigentur.

Pſ. 16. b · Pſ. 118. d · Matt. 11. d · Matt. 22. b

d *Et currens non habebis offendiculum.* Quò amplius & alacrius ad implenda Dei mandata cucurreris, eò minus aduerſa quæ te impediant timebis. Nam quicunque in praua actione deſudant, offendiculum in medio curſu reperiunt: quia exemplo dum non prouident, rapiuntur ad pœnam.

e *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* In actione ſcelerum, iniqui, quaſi epulis delectantur acquiſitis, vel certè vinum damnatorum bibunt, & eſurientibus ſpicas tollere gaudent, ut eſſe moris impiorum, teſtatur ſcriptura.

† Ne ingrediaris: ſemitam.

F f *Iuſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplendens.* Iuſtorum opera in luce ſcientiæ peraguntur, & æternam ducunt ad vitam, quæ eſt perfecta dies.

g *Via impiorum tenebroſa: neſciunt, vbi corruant.* Dicit de his Iohannes Apoſtolus. Qui diligit fratrē ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. Qui autem odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Cui contra ſuperius dicitur ſapienti: quia currens non habebit offendiculum.

1. Ioh. 2. b

h *Fili mi auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam &c.* Auſcultādum monet ſermonibus ſuis, & recedendum à cogitationibus prauis.

† Dependit: & cuò reuertetur. · † lucet

i *Omni cuſtodia ſerua cor tuum.* Sunt qui rectè viuere videntur hominibus: ſed quia recta intentione non faciunt, à Deo qui cor reſpicit prauum, & vita reprobatur quæ credebatur bona. Omni ergo diligētia cordis munditiā ſerua, qa ad eius examen, modus eſtimatur vitæ.

a Remoue

te. Principium ſapientiæ, poſſide ſapientiam, & in omni poſſeſſione tua acquire prudentiā. arripe illam, & † exaltabit te: glorificaberis ab ea, cùm eā fueris amplexatus. dabit capiti tuo augmenta gratiarum: & corona inclyta proteget te. Audi fili mi, et ſuſcipe verba mea: vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi: ducā te per ſemitas equitatis: quas cùm ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui: & currens non habebis offendiculum. Tene diſciplinam, ne dimittas eam. Cuſtodi illam: quia illa eſt vita tua: † Ne delecteris in ſemitis impiorum: nec † tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec tranſeas per illam: declina, & deſere eam. Non enim dormiunt, niſi cùm maleſecerint, & nō capitur ſomnus ab eis, niſi † ſupplantauerint. Comedūt panem impietatis: & uinum iniquitatis bibunt. † Iuſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplendens: procedit & † creſcit uſque ad perfectam diem. Via impiorum tenebroſa: neſciunt, vbi corruant. Filiᵃ mi auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis: cuſtodi ea in medio cordis tui. Vita enim ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ carni ſanitas. Omni cuſtodia ſerua cor

b Et in omni poſ. tua acquire pruden. i. præ omnibus quæ enī poſſunt vel haberi ab alio quocunque modo. Et ad eundem intellectum qui videtur magis literalis, poteſt trahi litera noſtra. *Principium ſapientiæ, id eſt acquirendi ſapientiam.*

c Poſſide ſa. i. ſtabiliter ad modum poſſeſſoris adhæreas ſapienti doctori. *Et in omni poſſeſſione tua. id eſt præ omni re quæ poteſt à te poſſideri.*

d Arripe illam. *i. feſtina ad eius acquiſitionē.*

e Et exalta. te. *In præſenti, & in futuro.*

f Glorificaberis ab ea. *i. honoraberis coram multis propter eam.*

g Cum eā fue. am. *Sicut rem valde dilectam.*

h Dabit capiti tuo au. gra. *Et pro id eſt.*

i Corona incly. proteget te. *Antiquitus enim ſapientibus dabantur coronæ in ſignum, quòd debebant ab alijs honorari, & in periculis adiuuari.*

K Audi fili mi. *Aure corporis.*

l Et ſuſcipe verba mea. *Aure mentis.*

m Vt multiplicentur. *Quia ſapientes ſciunt euitare pericula mortis in præſenti vita, & per ſapientiam veniunt ad vitam eternam.*

n Viam ſa. mon. tibi. *ſ. proceſſum in virtutibus intellectualibus & moralibus.*

o Ducam te per ſe. *Quia viæ virtutum non habent aliquid diſtortum.*

p Quas cum in. fue. non a. g. tui. *In principio enim via virtutis videtur arcta: quia difficile eſt tenere medium rationis nō habenti habitum virtutis, ſed per conſuetudinem operis dilatatur hæc via, & efficitur facilis ad tenendum, ideo ſubditur:*

q Et cur. non ha. offen. *Quia habitus acquiſitus, facit promptè & delectabiliter operari.*

r Tene diſci. *i. formam diſcipuli, magis deſiderans addiſcere ab alijs, quàm docere.*

ſ Quia illa eſt. *Hoc eſt profectus in vita tua.*

t Ne delecteris. *Hic conſequenter inducit ad actus bonæ vitæ. Et primò, reſpectu ſui, ſecūdò, reſpectu Dei. v. ca. Prima adhuc in duas: quia primò inducit ad euitandum malum, ſecūdò ad operandum bonum, ibi: Fili mi. Circa primum dicit: Ne delecteris in ſemitis impiorum. quia cum aliquis incipit in aliquo delectari, trahitur ad illud per cōſenſum & operationem, ideo ſubditur:*

u Fuge ab ea. *Ne appropinquando ad eam trabaris ad concupiſcendum & operandum, & ſequendum eam, ſicut auicula laqueo appropinquans capitur.*

x Non enim dormiunt niſi cum maleſecerint. *Habentes enim habitum vitioſum inclinantur ad opera mala, quaſi ſibi connaturalia, eò quod habitus inclinat per modum naturæ, & ideo ſicut lapis non quieſcit niſi in centro, ita mali non habeant quietem mentis niſi in operibus malis.*

y Et non capitur ſomnus ab eis niſi ſupplantauerint. *i. ſimplices deceperint.*

z Comedunt panem iniquitatis. *i. ex iniquitate acquiſitum.*

a Iuſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplen. *Qui enim facit veritatem, venit ad lucem.*

b Procedit & creſcit vſque ad perfectam diem. *Incedendo de virtute in virtutem, donec videatur Deus Deorum in Sion, vbi eſt dies perfecta ſine nocte ſequenti.*

c Via impiorum tene. *Tenebris errorum.*

d Neſciunt vbi corruant. *ſ. in infernū, quem caſum modo nolunt attendere.*

e Fili mi auſculta ſermones meos. *Hic conſequenter inducit ad operationem boni, cui prima eſt doctrina bona. ideo dicitur: Fili mi auſculta ſermones meos. i. attende cum diligentia.*

f Ne rece. ab ocu. t. *Ea iugiter meditando.*

g Cuſtodi ea in me. *Firmiter retinendo.*

h Vita enim ſunt inuenientibus ea. *id eſt cauſa vitæ gratiæ.*

i Et uni. car. ſani. *Quia cum hoc facimus bonam diſpoſitionem corporis ſeruantibus ea.*

K Omni cuſtodia ſerua cor tuum quia ex ipſo vita procedit. *Sicut caſtrum obſeſſum à carne, mundo, & diabolo, & contra caſtrum pone cuſtodiam caſtitatis, contra mundum cuſtodiam liberalitatis, contra dæmonem cuſtodiam charitatis.*

§ a Quia

## NICOLAVS DE LYRA.

§ *Secundò ad actus bonæ vitæ, ibi: Ne delecteris. Circa primum dicit:*

a Principium ſa. poſſi. ſa. *Quod ſic exponitur cōiter. i. poſſeſſio ſapientia in via eſt principiū habendi ſapientiam in patria, quæ conſiſtit in clara viſione. Ra. Sa. exponit ſic: Principium ſapientiæ eme ſapientiam. ſic eſt in Hebræo. i. principium acquirendi ſapientiam eſt comparare ſibi, prece, pretio, vel obſequio doctorem ſapientem qui dicitur hic ſapientia in abſtracto, eo modo loquendi, quo aliquis notabiliter liberalis dicitur liberalitas.*

b Et



G a *Remoue à te.* Duobus modis ſciendum eſt, vt os tuum ne A prauum loquatur aliquid. Tua labia ne detractionibus aſſueſcant cuſtodias. Et alios quoque quos huic vitio ſubditos noſti, ne te corrumpant, fugias.

b *Et palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.* Iter iuſtitiæ quo ingrediebas, diligenter ediſce: & in cunctis quæ agere diſponis, ſolicitus ad quem finem ſint ventura præuide. Hoc eſt enim, palpebras recta videntium oculorum tuos præcedere greſſus, bonū opus quod acturus es, ſedula cogitatione præuenire, & quia ſecundū Deum ſit, meditando præuidere.

c *Stabilientur.* Ne leuitate mentis à propoſito bono mouearis. vnde Apoſtolus: Stabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere domini ſemper.

d *Ne declines.* Dextera via, bona eſt, ſiniſtra accipitur reproba. Non ergo dextera via ambulare, ſed ad ſiniſtram declinare prohibemur. Declinat enim ad ſiniſtram qui iniuſtus eſt. Declinat enī ad dexteram qui ſibi vult arrogare q iuſtus eſt. Declinat à dextris, qui de ſuis viribus præſumit. Declinat ad ſiniſtrā, qui præ ſua fragilitate deſperat ſe poſſe ſaluari. Declinat ad ſiniſtram, qui ſtultitiæ famulatur. Declinat ad dexteram, qui vult plus ſapere quàm oportet ſapere, qđ & de cæteris virtutibus & vitijs eodem modo intelligitur.

e *Auerte pedem tuum à malo.* Hoc eſt, ne huc vel illuc à recto deuies: quia virtutes diſcretiones quærunt, quarum nimietas omnis in vitio eſt. Si auerteris à malo pedem tuum: Si bona quæ docui domino adiuuāte facere ſtudueris, aderit ipſe propitius conatibus tuis, vt & nunc rectè ingredi, & tunc ad pacem valeas peruenire æternam.

tuum: quia ex ipſo uita procedit. Remoue à te os prauum: & detrahentia labia ſint procul à te. Oculi tui rectè videant, & palpebræ tuæ † præcedant greſſus tuos. † Dirige ſemitas pedibus tuis: & omnes viæ tuæ ſtabilientur. Ne declines ad dexteram, neq; ad ſiniſtram: auerte pedem tuum à malo. Vias enim quæ à dextris ſunt, nouit dominus: peruerſæ verò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. Ipſe autem rectos faciet greſſus tuos: itinera autem tua in pace producentur.

n *Vagi ſunt greſſus eius.* Vagi ſunt greſſus hæreticorum: quia alij Chriſtum Deum, alij hominem negant, & huiuſmodi. C Et in tam innumera hæc peſtis ſe fundit itinera, vt penitus quæ ſint inueſtigari nequeant. At catholica veritas vaga & inueſtigabilis non eſt, quia vna eademq; cunctis eſt agnita per totum orbem fidelibus.

o *Longè fac.* Apoſtolus ait: Fugite fornicationem: Quia nimirum huius vitij primum eſt remediū longè fieri ab eis, quorum præſentia, vel illicit, uel coope ratur ad uitiū. Sed & ab hæreticorum auditu prorſus ſegregari infirmis auditoribus prodeſt.

1. Cor. 6. d

p *Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli.* Ne honorem quò ad imaginem Dei creatus es, immundorum ſpirituum uoluntatibus ſubdas, neque acceptā uiuendi ſpatia ad libitum aduerſarij crudelis expendas.

† rectè cogitantē. · † Pondera ſemitā pedū tuorum

a Ne forte

## NICOLAVS DE LYRA.

§ a *Quia ex ipſo vita pro. Sicut enim à corde carneo procedunt ſpiritus qui ſunt cauſa motus & ſenſus in membris exterioribus, ſic ab anima quæ vocatur hic cor bene diſpoſita ad gratiam, opera exteriora viuificantur & meritoria efficiuntur.*

b Remoue à te os pra. *i. verba malæ detractionis, murmurationis, & huiuſmodi.*

c Et detra. la. *ſalitrius.*

d Sint pro. à te. *Fugiendo detractores.*

e Dirige ſe. pedibus tuis. *id eſt affectibus tuis quibus anima incedat.*

f Et omnes viæ tuæ. *ſ. id eſt opera.*

g Stabilien. *Ex intentione bona, dum tamen opera ſint bona de genere.*

h Ne declines ad dexteram. *i. attractus proſperis vel promiſſis.*

i Neque ad ſiniſtram. *Fractus aduerſis.*

K Auerte pe. tuum à ma. *i. affectum tuum.*

l Vias enim quæ à dextris ſunt. *Totum iſtud non eſt de textu vſque ad finem capituli, quia non eſt in Hebræo, ſed vt credo fuit quædam glo. poſtea vitio ſcriptorum textui inſerta, ſicut & in pluribus alijs locis veteris ac noui teſtamenti contingit.* D

## GLOSSA ORDINARIA.

### CAP. V.

Fili mi au. Hactenus generaliter caſtigauerat auditorē, hinc ſub ſpecie meretricis ab hæreticorum nequitia prohibet.

g *Inclina aurem tuam, vt cuſtodias cogitationes, & diſciplinam.* Sapientiæ inclinādam aurem, & à meretrice fugiendum, præcipuè à fornicaria monet.

h *Labia tua conſeruent.* Labia, quibus ipſam fidem per ſimplicia verba & conſueta atq; eccleſiaſtica profiteaiis. Sed & iuxta literam. Qui adhæret meretrici, etiam labia vel oſculando, vel turpia faciendo commaculat.

i *Fauus enim.* Cum enim hæretico, dulcedo eloquentiæ non ad ſufficientiam ſolummodo, verum ad ſuperfluitatem reſonat, & ob id falſitas quia apertè proferri cernit, veritas à ſtultis eſtimatur.

k *Labia meretricis.* Patet de meretrice, quia & ſermonis ſuauitatem, & formoſitatem corporis, ad capiendos miſeros quærit.

l *Oleo guttur.* Oleo ſpiritusſancti fides catholica cōſecratur, quo nitidius ſuum guttur oſtentat, qui ſua ſenſa patrum fidei anteponit.

m *Nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium.* Potio abſynthij intus amareſcit in viſceribus. Gladio foris membra feriuntur. Vtigitur oſtendat iniquos in nouiſſima vltione, & interius amaritudine impleri, & extra circundari pœnis perennibus, & amaritudine illos abſynthij torquendos, & gladio aſſeuerat illos eſſe trucandos. Quare autem idem gladius biceps ſit dictus, aperit dis cū ait: Sed cū timete, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.

### Caput V.

Fili mi attēde ſapiētiā meā, & prudētię meę iclina aurem tuā: vt cuſtodias cogitationes, & diſciplinā labia tua conſeruent. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. Nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps. Pedes eius deſcendunt in mortem: & ad inferos greſſus illius penetrant. Per ſemitā vitæ non ambulat: vagi ſunt greſſus eius, & inueſtigabiles. Nunc ergo fili audi me: & nē recedas à verbis oris mei. Longè fac ab ea viam tuam: & ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuū: & annos

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. V.

Fili mi attende ſapien. meam. *Hic conſequenter inducit ad bona reſpectu ipſius Dei. Et diuiditur in duas partes: Quia primò, ſub metaphora meretricis retrahit à vitio idololatriæ. Secūdò, inducit ad ſtudium ſapientiæ, ibi: Bibe aquam. Hoc modo exponit Ra. Sa. dicens, quòd in hoc capitulo eſt parabolica ſeu metaphorica locutio. Circa primum dicitur:*

Diuiſio · Ne intenderis fallaciæ mulieris.

m Fili mi attende ſa. meam. *Et non vanam & ſuperſtitioſam.*

n Ne in. fal. mu. *Hoc non eſt in Hebræo, nec in libris correctis.*

o Fauus enim di. la. *i. idololatriæ, cuius doctrina concedit delectabilia carnis.*

p Et ni. oleo guttur eius. *i. doctrina eius videtur inſipientibus pulchra.*

q Nouiſſima au. *amaritudine culpæ & pœnæ.*

r Et acuta quaſi. *i. ſcindens ex vtraque parte, quia vulnerant hic vulnere culpæ, & in futuro vulnere gehennæ, ideo ſequitur:*

ſ Pedes eius de. in mortem. *Aliqui libri habent hic interpoſitum, & lingua eius. ſed nō eſt in Hebræo, nec in libris correctis.* directè

t Per ſemitam uitæ non am. *i. per ſemitam morum quæ ducit ad vitam beatorum.*

u Vagi ſunt greſſus eius & in. *Quia nullū fundamentum habent ex ratione ſeu diuina lege.*

x Longe fac. *nec decipiaris ab idololatris.*

y Et ne ap. fo. domus eius. *i. phani in quo idololatria exercetur ſeu docetur.*

z Ne des alie. *ſ. dijs.*

a Honorem tu. *i. honorem Deo debitum qui dicitur tuus, quia honor eſt in honorante, & non in honorato, primo Ethicorum.* Ariſtoteles 1. Moral. Nicomach.

b Et an. *i. dæmoni, qui colitur in idolis.*

n Vagi · § a Ne

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Ne fortè impleantur.* Ne dæmoniorum facta adiuues, vt vel ingenium animæ vel corporis tui vires ad patranda facinora tradas, domumq; alienam. i. numerum perditorum te adiecto multiplices. Et pulchrè dixit: Labores tui in domo ſint aliena, quia ſunt qui iuxta prophetam, vt etiam iniquè agant, laborant, & hæretici quantum laborem ſubierint contra eccleſiam, vtinam lateret.

*Iere. 9 b*

b *Et gemas.* i. ideo te caſtum cuſtodi, ne fortè in pœnis gemere cogaris, quando non ſolum carnales illecebræ tranſeunt: ſed & ipſo corpore derelicto, anima quę per corpus geſſit, cuncta reddere compellitur. Et in hac vita ſępè contingit, vt qui in adoleſcentia luxurioſè viuendo ſua diſperſerant, tempore ſenectutis inopia deficiant, & refrigeſcente calore carnis ac flore iuuentutis marceſcente, rebus ſuis quas laſciuiæ vendiderant, alios vti conſpiciant, gementesq; ſera pœnitentia dicant quæ ſequunt: Cur deteſtatus ſum.

c *Cur deteſtatus ſum diſciplinam.* De hæreticis ſpecialiter patet, quia nec veterũ patrum nec nouorum dictis & exẽplis potuerunt ab errore reuocari.

*Eccleſia*

d *In medio e.*, idem eſt Græcè, quod cõuentus populorum. Subtilius tamen eccleſia, conuocatio: ſynagoga, congregatio. Et vetus quidem populus Dei vtroq; nomine vocabatur. Nunc autem pro differentia, ille ſynagoga, mater eccleſia dicitur, meritò. ſ. fidei & ſcientiæ maioris: quia irrationabilia poſſunt congregari, ſola rationabilia conuocari. Verum aliquando in malis accipiuntur: ut Exarſit ignis in ſynagoga eorum, & flã. &c. Et, Odiui eccleſiam malignantium. Contẽptor ergo ſapientiæ dum mala ſua conſiderat, videtur omni malo pœnæ irretitus, & hoc ad cumulum mali accedit, qđ non extremus, ſed in medio in exẽplum alijs etiam quaſi autor. Vel certè in medio ſanctorum corpore poſitus, alienam ab eis vitam ducere non timuit.

*† Diſpergantur. Pſ. 105 c. Ibid. 25 b. † tui aquarum*

F

e *Bibe aquam.* Docet ab hæreticis cauendum, & cuſtodiæ ſcripturarum ac lectioni attendendum: ſcientiam, inquit, quam alijs prædicas ipſe ſerua, & tui rigatione ſermonis infundere.

f *Deriuentur.* Cum ipſe ſeruaueris, tũc & alijs prædica, & in magna auditorũ amplitudine diuina eloquia iuxta vniuſcuiuſque qualitatem diſpenſa.

g *Habeto.* Aquas in plateis diuidimus, & tamen ſoli habemus, quando exterius latè prædicationes fundimus, & tamẽ per eas laudes humanas non ambimus.

h *Nec ſint aliæ.* Immundi ſpiritus, participes ſiunt doctoris, ſi eius mẽtem, vel elatione dũ prædicat, vel hæreſi, vel quoslibet vitio corrumpunt. Solus autẽ aquas poſſidet, cum membris eccleſiæ fideliter connexus ab extraneis ſe conſeruat.

*† delecteris in aliena*

i *Sit vena.* Sit doctrina tua & quęcunq; naſcuntur ex ea, in benedictione eccleſiæ, & lætare cum ea cui ab adoleſcentia i. ex quo credidiſti coniunctus es.

*† Iob. 34. c*

K *Cerua cha.* Vel gratiſſima, vt quidem codices habent, ſancta eſt eccleſia quæ ſerpentinam conterit doctrinam. Gratiſſimus hinnulus, populus ei⁹ virtutũ varietate delectabilis, cuius vberibus inebriamur, dũ vtriuſq; teſtamenti paginis, contra hæreticorum fraudes inſtruimur.

*† ponderat*

l *Amore &c.* Non vxorio amori inſiſtere docet, ſed ne prima viuente aliam ducas, vel meretrici vnquàm ſocieris.

m *Reſpicit dominus vias ho.* Non ſe putent adulteri noctis tenebris vel parietũ obtegi non hæretici ſua molimina poſſe celari, q̃a tenebræ nõ obſcurabunt à dño, & nox ſicut dies illu.

*Pſ. 138. b*

n *Iniquitates &c.* Peccator qui vel in magnis decidit ſceleribus, vel in prauis impius vel infidelis, poſt acceptam fidem anathema factus, vel hæretici vel catholici nimijs flagitijs inuoluti, qui vitijs vel funibus peccatorum conſtringũtur, cum inceſſabili augmento ſuæ prauitatis intereunt, qui. n. funem facit, torquendo ſemper & inuoluendo fidem fidelibus auget, talis eſt fortitudo operũ malorũ, tales libri hæreticorũ, in quibus praua prauis nectentes non aliud ſcribendo q̃ quò ſe arctiùs obligent, agunt. G

o *Ipſe morietur.* Quia de adulteris multa diſputauerat more ſuo in clauſula narrandi, qualis ſit finis talium oſtendit, i. quia ad mortem tendant æternam, quia diſciplinam vitæ deteſtati ſunt.

a ¶Diabolo.

tuos crudeli. Ne fortè imple- a

a ¶Dæmones. b ¶Animæ vel corporis. c ¶Quia qui iniquè agunt, laborant.

antur extranei viribus, & la- b c

a ¶Conuenticulo hæreticorum.

bores tui ſint in domo aliena:

a ¶In morte vel iudicio.

b & gemas in nouiſſimis, d

a ¶Laſciuiendo.

quando conſumpſeris carnes tuas & corpus tuũ, & dicas: e

a ¶De fornicarijs patet. b ¶Eccleſiaſticæ fidei.

c Cur deteſtatus ſum diſciplinam: & increpationibus non f g

a ¶Quibus redarguuntur hæretici.

acquieuit cor meum? Nec audiui vocem docentium me, & magiſtris non inclinaui aurem meam. Penè fui in omni h

d malo, in medio eccleſiæ & ſy- i

a ¶Longè fac ab eo viam tuam: ſed bibe aq.

e nagogæ. Bibe aquam de ci- k l

a ¶Deſiderio propriæ vtere mulieris & miniſterijs eius. b ¶Serua quod prædicas.

ſterna tua: & fluenta putei tui.

a ¶Filium tuum ac filias alijs nuptum tradas: & hoc manifeſtè, cum pluribus conſcijs.

f †Deriuentur fontes tui foras: m

a ¶Prædicationes.

& i plateis † aquas tuas diuide. n

a ¶In poteſtate retine qualibus matrimonijs liberos tuos ſocies. b ¶Fornicarij vel meretrices.

g h Habeto eas ſolus: nec ſint aliæ o p

a ¶Tuæ ſobolis. b ¶Proles. c ¶Tantam temperantiam cum muliere, quam adoleſcens accepiſti: etiam cum ſenuerit, ſerua vt merito fidelis caſtimoniæ benedictionem conſequaris in prole.

i ni participes tui. Sit vena tua q r

benedicta: & lætare cum mu- s

a ¶Illa ſit tibi coniunx chariſſima, quæ ſicut cerua ſerpentes, perſequatur ſcorta, & ſuis fugiet ab aſtibus, ſit natus ex ea filius & ipſe caſtitatis amator gratiſſimus.

k liere adoleſcentiæ tuæ. Cerua chariſſima, & gratiſſimus t u

hinnulus. Vbera eius inebri- x y

l ent te omni tempore: & in amore eius delectare iugiter.

a ¶Illius non alterius: Quare enim ſedu.

Quare † ſeduceris fili mi ab z

a ¶Muliere vel hæretico.

aliena: & foueris in ſinu alte-

a ¶Ne fouearis in ſinu alterius, quia reſpicit do.

m rius? †Reſpicit dominus vias a

a ¶Cum quibus capitur quia iniquita.

hominis, & omnes greſſus

n eius † conſiderat. Iniquitates b

ſuæ capiunt impium, & funi c

bus peccatorum ſuorum con

o ſtringitur. Ipſe morietur, d

quia nõ habuit diſciplinam: e

a ¶Quia hæretici ſanctis patribus ſapientiores ſe autumant, vel cum opera tenebrarum facientes iniqui, à domino non videri, ac ſe facile eius iram putant poſſe tolerare.

& in multitudine ſtultitię ſuę f g

decipietur.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Ne fortè im. extra. *i. ſacerdotes, & doctores idololatriæ, qui ſunt à Deo alieni.*

b Viri. t. *i. opibus quas acquiſiſti viribus tuis idolis offerendo, & eorum ſacerdotibus dando.*

c Et labores tui. *i. in domo idolorum & domo ſacerdotum.*

d Et gemas in no. *i. poſt mortem. ideo ſequitur: Quando conſumpſeris carnes &c.*

e Et dicas. *Pęnitendo licet ſerò, ſicut Sap. 5. dicitur de exiſtentibus in inferno. Dicentes intra ſe, pęnitentiam agentes &c.*

f Cur dete. ſum diſci. *Legis diuinæ.*

g Et increpa. *Sapientum.* Non acquieuit cor meum. *Per emendationem vitæ, ideo ſubditur:*

h Pene fui in &c. *pęnæ & culpæ.*

i In medio &c. *i. inter illos de populo meo, q. d. dum adhuc eſſem viuens in congregatione populi mei parum diſtabam à gehenna, vt exponit Ra. Sa. vnde de homine nequàm adhuc viuente dicitur vulgariter, quòd habet vnum pedem in inferno. Idem autem ſignificant eccleſia & ſynagoga, niſi quòd eccleſia dicitur conuocatio populi, ſynagoga verò congregatio.*

K Bibe aquam. *Hic conſequenter inducit ad ſtudium ſapientiæ, cùm dicitur: Bibe aquam ſapientiæ ſalutaris.*

l De ciſterna tua. *i. de ſacra ſcriptura.*

m Deriuentur fon. tui fo. *Sapientiam à te hauſtam alijs communicando per doctrinam.*

n Et in pla. *i. in locis cõibus, & manifeſtis. in talibus enim locis debet doceri ſana doctrina: ſuperſtitioſa verò & mala docetur in latibulis.*

o Habeto eas ſolus. *Per hoc enim non excluduntur alij fideles diſcipuli, ſed illuſores & increduli. ſicut dicit ſaluator. Nolite ſanctum dare canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos, &c. ideo ſubditur:* H

p. Nec ſint alieni. *ſ. à Deo & veritate.*

q Participes tui. *i. doctrinæ tuæ.*

r Sit uena tua benedicta. *i. ſapientia tua, vnde alij proficiunt.*

s Et lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ. *id eſt lege diuina quæ fuit data populo Iſrael tẽpore adoleſcentiæ ſuæ: ſcilicet poſt exitum de Aegypto. Tunc enim propriè incepit eſſe populus Dei: vnde dicitur in Iere. Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto &c. Studium enim legis diuinæ habet delectationem annexam, ideo ſubditur:*

t Cerua chariſſima. *Supple eſt lex diuina.*

u Et gratiſſimus hinnulus. *id eſt diſcipulus in ea ſtudioſus.*

x Vbera eius. *id eſt conſiliationes ſcripturæ.*

y Inebrient te omni tempore. *i. repleant te iugiter.*

z Quare ſeduceris fili mi ab aliena, & foue. *ſcilicet à ſuperſtitioſa & mala doctrina. quaſi dicat, nullo modo debes declinare ad eam. etiam occultè. ideo ſequitur:*

a Reſpicit do. *Quantumcunque occultetur.*

b Iniquitates ſuæ ca. im. *i. oſtendunt captum coram Deo, cui omnia nuda ſunt, & aperta.*

c Et funibus pecca. *ita quòd non poteſt faciliter operari bonum, propter habitum vitioſum inclinantem ad contrarium.*

d Ipſe morietur. *Morte culpæ & gehennæ.*

e Quia non habuit diſciplinam. *i. non recepit eam, ſed repulit.*

f In multitudine ſtultitiæ ſuæ. *Qua ſapiens ſibi videtur, quæ eſt maxima ſtultitia.*

g Decipietur. *Per hoc enim de peccato in peccatum labitur. Expoſitores autem Latini dicunt, quòd in hoc capitulo non eſt locutio quantum*

¶ ad



*¶ ad primam partem metaphorica, ſed plana, ita quòd in prima parte excluditur adulterium, & ſecundò conſulitur matrimonium, ibi: Bibe aquam, & exponatur principium primæ partis vt ſupra, vſque ibi: Fauus enim diſtillans labia meretricis: quæ per verba blanda & mendacia conſueuit hominem decipere. Et nitidius oleo guttur eius, quia incontinens attendit & miratur eius pulchritudinem, & ſibi multò maior videtur, quàm ſit propter motum concupiſcentiæ. Nouiſſima autem eius amara amaritudine culpæ & pęnæ. Et acuta quaſi gladius biceps, abbreuiat enim incontinentis vitam & minuit eius ſubſtantiam. Pedes eius deſcendunt in mortem naturæ, quia vitium luxuriæ eſt abbreuiatiuum vitæ, vt dictum eſt. Et ad inferos greſſus illius penetrant, quia meretur pęnam gehennæ. Per ſemitam vitæ non ambulant rectè viuendo. Vagi ſunt greſſus eius: quia tales mulieres ſunt vagabundæ. Longè fac ab eo viam tuam, & ne apropinques foribus domus eius, quia in talibus proſtibulis ſolent eſſe ribaldi, raptores, & homicidæ. ideo ſubditur: Ne des alienis honorem tuum, id eſt bona vnde debes honorari. Et annos tuos crudeli. i. vitam tuam homicidæ in proſtibulo latenti: Ne fortè impleantur extranei, i. eſt meretrices & carum ribaldi. Viribus tuis, i. bonis quæ tuis viribus acquiſiſti. Cætera exponantur vt ſupra. Bibe aquã de ciſterna. Hæc eſt ſecunda pars, in qua inducit ad matrimonium, quod eſt concupiſcentiæ carnalis remedium de quo tamen loquitur metaphoricè, dicens: Bibe aquam de ciſterna tua. i. ſi non potes, vel non vis continere, refrigera te cum vxore tua. Deriuentur fontes tui foras. i. pueri à te in matrimonio geniti. Et in plateis aquas tuas diuide. i. pueros tuos iam adultos cõiugio trade. Habeto eas ſolus. i. ſic cuſtodi vxorem propriam, quòd pueri ex ea ſint tui. ideo ſequitur: Nec ſint alieni participes tui, in propria vxore vel prole. Sit vena tua benedicta. i. proles tua de vero matrimonio nata. Cerua chariſſima, fidelis ſponſa, & gratiſſimus hinnulus, fidelis ſponſus. Vbera eius inebrient te omni tempore, & in ſocietate eius delecteris in iuuentute & ſenectute. Quare ſeduceris fili mi ab aliena. ſ. muliere fornicaria vel adultera? quaſi dicat nulla eſt cauſa vel excuſatio tua, ex quo tu habes vxorem propriam. Reſpicit dominus viam hominis, & omnes greſſus eius conſiderat, exponatur, vt ſupra.* C

## GLOS. ORDINARIA. CAP. VI.

Fili mi. Literaliter patet. quia ſuadet ei qui ſpopõderit pro amico ſuo, vt eũ ſolicitus admoneat, quatenus reddita pecunia quam debet creditori, & ſeipſum liberet. Allego. autem in hac, πρόσωπον doctorem, in ſequente autem vacantem quemlibet, vt ſe gerere debeat inſtruit. Dicitur enim præceptori eccleſiæ. Si ſpo. pro ami. tu. defixiſti apud &c. Qđ eſt apertè dicere: Si animã fratris in periculo tuæ conuerſationis acceperis, iam ligaſti mentem apud curam ſolicitudinis, quæ ante deerat. Illaqueatus es ver. oris t. & ca. pro. ſer. q̃a dum commiſſis tibi cogeris bona prædicando dicere, teipſum prius neceſſe eſt, quæ dixeris, cuſtodire.

b *Suſcita amicum tuum.* Non tantum ipſe bene viuendo vigilare memẽto, ſed illum cui præes à peccati torpore prædicando ſuſci.

c *Ne dederis.* Somnum dat oculis qui B ſubditorum curã omnino negligit. Dormitat autem, qui quidem reprehẽſibilia eorum geſta cognoſcit. ſed hæc propter mentis tędium digna inuectione non corrigit.

d. *Eruere.* q. d. Velut damula de manu captantis quærit euadere, ſic nitere, vt auditore tuo ſalubriter inſtituto, ipſe a ſponſione vitæ eius liber effugias. Vel certè, quia damula mũdum natura eſt animal, velox curſu, viſu acerrimum. vnde Græcè ἀπὸ τοῦ δέρκειν, id eſt à videndo dorcas nuncupatur. Auis autem volando alta petere conſueuit, & tu cum in docẽdis occuparis ſubditis, mundus a peccatis omnibus ſtrenuus in bonis operibus, perſpicax in deprehendẽdis malorũ inſidijs, & virtutũ pennis tutus eſſe ſatage: quatenus expleto prædicandi negotio, ad ſuperna tranſuolare, & cęleſtis vitæ paſcua mereris intrare.

e *Vade ad formicam.* Hinc vacantem hortatur, vt ſi ad alios erudiẽdos nõ ſufficit, ſaltem ſuimet curam agere non negligat, & ſi ſapientiam docendi nequit ab homine diſcere, vel operãdi ſapiẽtiam: diſcat à formica, quæ cùm non habeat ducem nec præceptorem, nec principem, parat ęſtate ſibi cibum, & congregat in meſſe quod comedat. Si tantillum animal principe carens, rationis expers, natura duce ſibi in poſterũ prouidet, multò magis tu ad imaginem Dei conditus, ad videndam eius gloriam uocatus, doctorum tanto magiſterio adiutus, ipſum conditorẽ habens ducem, debes in præſenti fructus bonorum operum cõgregare, quibus in ęternũ uiuas in futuro. Hæc vita meſſi comparatur & æſtati, q̃a nunc inter ardores tentationum, tempus eſt colligendi futurorum merita præmiorum. Dies iudicij hyemi, quia nulla relinquetur facultas laborandi pro vita, ſed tantum cogetur quiſque de horreo puſilla ac ſecretis quod recondidit proferre.

f Vſ-

f *Vſquequo piger dormies, quando.* Vſquequo piger dormies in vitijs? quando potes ſurgere ad bene operandum, qui noxio torpore depreſſus ſemper dicis: Paululum adhuc iacebo, & ſic poſtea pęnitẽdo reſurgam. Fit namq; vt te ſemper differente opus bonum, repente iudex, qui tua facta trutinat, adſit: hoc eſt enim quod ſequitur, & veniet tibi quaſi viator.

¶ a Egeſtas,

Caput VI.

a Fili mi † ſi ſpoponderis a

a ¶Quẽ cuſtodiendum accepiſti.

p † amico tuo, defixiſti apud extraneũ ma b

nũ tuã. Illaqueatus es c

verbis oris tui, & captus ꝓprijs ſer-

a ¶Quia illaqueatus. b ¶Sic.

monibus. Fac ergò qđ dico fili mi,

a ¶Et ocius eſt

& temetipſum libera: quia incidiſti

a ¶Libera ſic.

in manũ proximi tui. Diſcurre, feſti d e

a ¶A ſomno peccati. b ¶Subditorum curam omnino negligendo.

b c na, ſuſcita amicum tuum. Ne dede f g

a ¶Præ tædio non corrigendo.

ris ſomnum oculis tuis: nec dormi

a ¶Non dormites ſed eru.

d tent palpebræ tuæ. Eruere quaſi h

a ¶Mundus, ſtrenuus, perſpicax. b ¶Sapienti. c ¶Pennis virtutum.

†damula de manu: & quaſi auis de

a ¶Diaboli. b ¶Etſi ad erudiendum alios non ſufficis, ſaltem tui curam non negligas.

e inſidijs aucupis. Vade ad formi- i

cam ò piger, & conſidera vias eius,

a ¶Si non potes ab homine.

& diſce ſapientiam. Quæ cùm non k

a ¶Sicut tu Deum.

habeat ducem, nec † præceptorẽ, nec l m

a ¶Alias in hieme.

principem: parat in æſtate cibũ ſibi, & congregat in meſſe qđ come- n o

a ¶Vade ad formicam, & vſque. no.

f dat. † Vſquequo piger † dormies, p

a ¶Peccati. b ¶Qui dicis.

quũ conſurges è ſomno tuo? Paululum dormies, paululum dormita-

a ¶In vitijs. b ¶Qui dicis.

a ¶Qui dicis. b ¶Vacabis à bono opere.

bis, paululum † conſeres manus, ut

a ¶Interim. b ¶Improuiſa.

dormias: & veniet tibi quaſi viator q

*† Infirmitas. † proximo † tuis*

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAP. VI.

Fili mi &c. *Superius Salomon induxit ad beneficentiam, hic conſequenter inducit ad beneficentiæ diligẽtiam. & primò hec diligentia conſulitur, ſecundò eius oppoſitum excluditur, ibi: Vade ad formicã. Circa primũ dicit:* *Diuiſio*

a Fili mi ſi ſpo. *Obligando te alteri ꝓ ipſo.*

b Defixiſti a. ex. ma. *Talis. n. obligatio per dationem manus fieri conſueuit.*

c Illaquea. es. *i. obligatus. Fac ergo fili mi quod dico, ſcilicet ea quæ faciunt ad tui & amici liberationem diligenter exequendo.* D

d Diſcurre. *Ad loca tuæ liberationi apta.*

e Feſtina. *Quia periculum eſt in mora.*

f Suſcita ami. tuum. *Pro quo ſpopondiſti, monendo eum ſolicitè, vt ſe & te expediat. Vel aliter: Suſcita amicum tuum. i. ſi tu & ille pro quo ſpopondiſti, eſtis impotentes ad illã expeditionem, quære ab amicis tuis alijs conſilium & auxilium. Quod enim per amicos facimus quodammodo per noſipſos facimus: quia amicus eſt alter ipſe.*

g Ne dederis ſomnum ocu. tuis. *i. non ſis negligens in hoc negotio.* *† præfecti*

h Eruere quaſi da. *i. velociter, de manu ſollius, cui te obligaſti.*

i Vade ad formi. ò piger. *Hic conſequenter excludit vitium oppoſitum. Et primò, excludit pigritiam, ſecundò, apoſtaſiam, ibi: Homo apoſtata. tertiò luxuriam, ibi: Conter ri. Conſequentia partium patebit proſequendo. Circa primum dicit: Vade ad formicã piger eius diligentiam conſiderando.* *Diuiſio* *† dormis*

K Quæ cum non habeat ducem. *eam dirigentem.*

l Nec præcepto. *Cogentem.*

m Nec princi. *Sibi mandantem de diligentia in prouiſionem ſui.*

n Parat. *Cum magna ſolicitudine.*

o In æſtate cibum ſibi, & congre. *Quia tunc inuenit grana in campis quæ comedat. In aliquibus libris additur: In hyeme, ſed non eſt in Hebræo, nec in libris correctis, ſubintelligitur tamen: propter quod aliquis doctor poſuit in gl. interlineari, quæ poſtea tracta eſt ad textum per ſcriptores ignorantes. Quod autem dicitur hic, quòd formica non habet ducem &c. intelligendum eſt in iſtis inferioribus: ſed habet eo modo quo opus naturæ dicitur opus intelligentiæ: quia ab intellectu diuino procedunt inclinationes, & ſic formica per inſtinctum naturalem à Deo ſibi datum mouetur ad ſibi prouidendum. Habet etiam principem inquantum ſubditur diuinæ prouidentiæ.*

p Vſquequo piger dormies. *Piger enim videtur quaſi ſemper ſomnolentus.*

q Et ueniet tibi quaſi uia. ege. *latè, & ex improuiſo.*

¶ a Et

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Egeſtas, & pau.* Patet iuxta literã, quia pigritia nutrix eſt egeſtatis & penuriæ. Egeſtas & paupertas pęna eſt vltima, in qua damnati nihil diuitiarum merentur quæ quaſi viator veniet, quia improuiſà & ſubitanea.

b *Si vero impiger.* Fructus terreni quos metimus, non fonti comparantur: ſed ciſternæ: quia ad tẽpus paſcunt colligentem, & in tempore deficiunt. At qui impiger fuerit pro cęleſtibus laborare diuitijs, huius meſſis vt fons adueniet: quià mercedem laborum indeficientem percipiet.

c *Homo apo.* Dixerat de hæreſi & alijs vitiorum generibus, inſtituerat præceptorem, excitauerat pigrum: at nunc redarguit, & ſchiſmaticum. Vbi notandum, quia quem ſeminantem iurgia dicere voluit, prius apoſtatã nominauit quia niſi more ſuperbientis Angeli, à conſpectu conditoris, prius intus auerſione mentis caderet, foras poſtmodum vſque ad ſeminanda iurgia non veniret, de quo rectè dicitur: Qui annuit o. t p. quia interior cuſtodia eſt, qui ordinata ſeruat exterius membra: Qui ergo ſtatum mentis perdidit, foris in conſtantia motionis fluit, atq; exteriorum mobilitate indicat, ꝙ nulla interius radice ſubſiſtat.

† docet

† Ideo

d *Sex ſunt.* De eodem quàm ſit odibilis Deo ſeminando diſcordiam inſinuat.

e *Deteſtatur anima eius.* Secundum cõſuetudinem hominum loquitur, vt cum valde tales odiſſe ſignificet: vnde in Eſaia. So lennitates veſtras odiuit anima mea. (Eſa. 1. d)

f *Oculos ſublimes, linguam mendacem: manus effundentes &c.* Enumerat ſex capitalia crimina, quæ tamẽ comparatione diſcordiam ſeminantis, quaſi minora deponit: quia maius eſt facinus illud, quo vnitas & fraternitas quæ per ſpiritusſancti gratiã eſt connexa, diſſipatur. Poteſt enim quilibet oculos iactanter extollere, lingua mentiri, homicidio pollui, & mala proximo machinari, alijs ſceleribus membra ſubdere, falſum contra quempiam teſtimonium proferre, quod non idem eſſe putandum eſt, quod ſuprà linguam mendacem nominat. Poteſt etenim mendaciũ, ſed non contra proximum dici. Poteſt inquã perditus quiſque huiuſmodi mala, & ſibi & alijs inferre, pace ſeruata eccleſiæ. At Donatus, & Arrius, eorumque ſequaces grauius eſt quod fecerunt: qui concordiam fraternæ vnitatis ſciderunt. (Diſcordiam ſeminans)

g *Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* Nunc ſub adulteræ mulieris ſpecie prohibet ab auditione hæreſeos.

h *Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gut.* i. in cogitatione præcepta Dei fixa tene.

i *Cum ambulaueris.* Tanta ſit meditatio diuinæ legis, vt cùm vigilans aliquid operaris, hanc ſedulò mente recolas cùm dormieris: in huius memoria requieſcas cum euigilaueris: hanc ſedula mente primum ad mentem reuoces: ſic enim fiet, vt nec vigilans offendas, nec à timore nocturno lędaris. Aliter: Cùm ambulaueris in profectu iuſtitiæ gradiantur tecum mandata Dei, vt te inſtruant.

k *Cum dormieris.* In morte cuſtodiant animam tuam, ne rapiat hoſtis. Cùm euigilaueris in reſurrectione, loquere cum eis expectando præmia, quæ tibi ſi ea ſeruaſſes, promiſſa erant.

l *Non concu.* Patet de adultera. Sed hæretici ſi bene viuere, & aptè ſe agere vident, vide ne ſeducaris eorum doctrinis.

m *Pretium enim ſcorti.* Breuis voluptas fornicationis, & ꝑpetua pęna fornicatoris, Sicut. n. ieiunus diurnã ſolùm effugit eſuriẽ, & nihilominus poſtmodũ eſurit, q comeſto pane ſaturatus abſceſſerat, ſic q intrat ad ſcortũ: ad horã q dẽ euaporat libidinẽ, ſed poſt paululum ardentior redit.

*Veneris breuis illa voluptas atq; pudenda quidem* † *ſplendoribus eius. Quia propter mulierem meretricẽ, vſq; ad buccellam panis mendicat homo*

a *Nunquid*

¶Æterna.
egeſtas: & pauperies quaſi
a ¶Id eſt inuincibilis. b ¶Ad laborandum.
vir armatus. Si verò impi-
¶Indeficiens.
ger fueris, veniet ut fõs meſ
a ¶Satiabor cum ap. g. t.
ſis tua: & egeſtas lõngè fugi-
a ¶Talis impiger, ſed homo apoſtata. b ¶Schiſmaticus.
et à te. Homo † apoſtata, vir
inutilis, graditur ore peruerſo: annuit oculis, terit
pede, digito † loquitur, prauo corde machinatur ma-
a ¶Supradicta.
lum, & omni tempore iur-
a ¶Tali. ¶Sicut fur.
gia ſeminat. † Huic extemplo veniet perditio ſua, &
ſubitò contereτur: nec habe-
a ¶Erubeſcat Orige. b ¶Omni tempore iurgia ſeminat, quod teſtatur Deus.
bit vltrà medicinãm. Sex
ſunt quæ odit dominus, &
a ¶Quia peſſimum eſt.
ſeptimum deteſtatur ani-
a ¶Scilicet ſuperbiam.
ma eius. Oculos ſublimes,
¶In quolibet: alias in quoslibet.
linguam mendacem: manus effundẽtes ſanguinem
a ¶Hic peccatum. b ¶In proximum.
innoxium, cor machinans
cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum
¶Alia ſcelera.
in malum, proferentẽ mendacia, teſtem fallacem, &
a ¶Ad rumpendam vnitatem vel veritatem.
eum qui ſeminat inter fra-
a ¶Ne vnitatem corrumpas.
tres diſcordias. Conſerua
¶Dei.
fili mi præcepta patris tui,
a ¶Eccleſiæ.
& ne dimittas legẽ matris
a ¶Conſerua ſic. b ¶Ad cogitandum.
tuæ. Liga ea in corde tuo iu-
a ¶Ad loquendum. ¶Loquelam tuam horum dulcedine vndique munito, ne labaris in lingua.
giter, & circunda gutturi
tuo. Cũ ambulaueris † gra-
a ¶Inſtruendo. b ¶In morte.
diatur tecum: cùm dormie-
a ¶Ne rapiat hoſtis. b ¶In reſurrectione.
ris, cuſtodiant te: & euigi-
a ¶Expectando quæ promiſerant.
lans loquere cum eis. Quia
¶Minoribus.
mandatũ lucerna eſt & lex
a ¶Maioribus. ¶Incipientibus.
lux: & via vitę increpatio diſciplinæ, vt cuſtodiant te à
muliere mala, & à blanda
lingua extraneę. Non concupiſcat pulchritudinem
a ¶Auerte ante oculos tuos ne vi. vani.
eius cor tuum, ne capiaris
† nutibus illius. Pretium
enim ſcorti vix eſt vnius

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et pauperies. *Ita quòd tu non poteris contra eam te defendere.*

b Si uerò impi. fuc. *Iſte verſus non eſt in Hebræo patet tamen ſententia.*

c Homo apoſtata. *Hic deteſtatur apoſtaſiam à fide quæ ſolet ſequi ad negligentiam ſciendi ea quæ ſunt de neceſſitate credenda, cùm dicitur: Homo apoſta. vir inu. i. efficitur vir inutilis: tanta enim eſt grauitas huius peccati, quòd vix poteſt homo ad bonum reparari. Hoc modo loquitur Apoſtolus ad Hebr. 6. Impoſſibile eſt enim eos qui ſemel ſunt illuminati &c. ſ. per fidem & ſacramenta. Sequitur ibidem: Et prolapſi ſunt, ſcilicet per apoſtaſiam. Rurſus renouari ad penitentiam. Et accipitur ibi impoſſibile illud quod de difficili eſt impoſſibile. Hic eſt enim vnus modus impoſſibilis, vt habetur. 5. metaphyſices.*

d Graditur ore peruer. *Loquens mendacia.*

e Annuit ocu. *Oſtendens mulieribus impudicitiæ ſigna.*

f Terit pe. *Vagabundus per loca inhoneſta.*

g Digito lo. *id eſt cum ſuperbia. vnde Eſa. 58. c. Si deſieris digitum extendere & loqui quod non prodeſt, &c.*

h Prauo corde ma. ma. *Contra innocentes.*

i Et omni temo. iurgia ſe. *i. nititur ſeminare inter conciues.*

k Huic ex tem. *i. repente.*

l Veniet per. ſua. *in morte, ideo ſubditur:*

m Nec ha. ul. me. *Quia non eſt locus pęnitentiæ poſt mortem. Et quia in omni peccato mortali eſt quædam apoſtaſia à Deo & maximè in peccatis enormibus, ideo ſubditur:*

n Sex ſunt quæ o. do. *Tanquàm horrida.*

o Et ſeptimum deteſtatur anima e. *Tanquàm horribilius.*

p Oculos ſub. *Per ſigna ſuperbiæ manifeſta.*

p Lin. men. *ſ. mendacio pernitioſo aſſuetam.*

r Manus effun. innoxium ſan. *Voluntariè & ex electione.*

s Cor machinans co. *Contra illos quibus oſtendit amicitiæ ſigna.*

t Pedes ueloces ad currendum in ma. *Ex habitu vitioſo ad hoc inclinante.*

u Proferentem men. te. fal. *ſ. in iudicio: quia tũc non ſolùm peccat contra proximum, ſed etiam contra publicæ iuſtitiæ bonum.*

x Et eum qui ſe. inter fra. di. *Qui non ſolum debent eſſe amicitia coniuncti ex cohabitatione in vna terra vel ciuitate, ſed etiam ſanguinis propinquitate, vel etiam in vna religione, ſicut omnes Chriſtiani ſunt fratres generaliter, & religioſi eiuſdem religionis magis ſpecialiter.*

y Conſerua fili. *Hic conſequenter excludit laſciuiam quæ ſolet ſequi ad deſidiam, de qua prius locutus eſt. vnde dicit Poeta: Otia ſi tollas, periere Cupidinis artes. Et diuiditur in duas partes: quia primò retrahit à luxuria ex meretricis vilitate. Secundò ex eius inuerecundia, & importunitate. cap. 7. Prima in duas: quia primò retrahit à luxuria ex meretricis vilitate. Secundò ex criminis grauitate, ibi: Non grandis. Et quia talis luxuria per ſapientiam euitatur, ideo primò inuitat ad ipſam dicens: Conſerua fili mi præcepta patris tui, ſcilicet Dei.*

z Et ne di. *i. ſacræ ſcripturæ vel eccleſiæ.*

a Liga ea iugi. *Firmiter retinendo.*

b Et circunda gut. tuo. *De his loquendo.*

c Cum ambu. gra. te. *Quia obdormiendo in eorum meditatione obdormis in domino, & ſic es in eius protectione.*

e Et euigi. lo. *i. reſume meditationem de ipſis.*

f Quia mandatum. *ſ. diuinum.*

g Lucer. eſt. *ſ. minoribus, uel iunioribus: qa minus clarè intelligunt. Lucerna. n. eſt lumen in teſta.*

h Et lex lux. *Maioribus, qui capiunt clarius.*

i Et uia ui. *ex ignorãtia ſeu infirmitate peccãtib.*

K Vt cuſto. te. *ſ. prædicta.*

l A muliere mala. *i. fornicaria.*

m Et à blan. *i. adulteræ quæ à viro ſuo extrahat ſe, vel cum viro ſuo recipit extraneum.*

n Non concu. pul. *Quia habet vilitatem annexam. ideo ſubditur:*

o Pretium enim ſcorti. *In Hebræo habetur: Fruſtum panis, quod eſt modicum, & tamen accedens ad eam perdit maximum, ideo ſubditur:*

a Mulier



a *Nunquid poteſt ho.* Soli ei conceditur hæreticorum libros legere, qui adeò ſolidatus eſt in fide catholica, vt verborũ dulcedine vel aſtutia nequeat ab ea ſeparari.

b *Non gran.* Furtum non ex ſe, ſed ex comparatione peccati maioris, id eſt adulterij, non grandis eſſe culpæ perhibetur. Sic Ieruſalẽ grauius peccanti dicitur: Iuſtificata eſt Sodoma ex te: nõ quia Sodoma nulla vel pauca, ſed quia Ieruſalẽ plura commiſit.

c *Quia ze.* Et de domino intelligendum eſt: quia quód nunc parcit reprobis, non parcit in die mortis: nec acquieſcit precibus ſerò clamãtium ad ſe. Nec dona quorum non eſt ibi tempus vel facultas ſuſcipit. Zelatur enim ſi quis ſponſam ſuam, id eſt eccleſiam ſiue animam quamque fidelem corrumpere præſumit.

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. VII.

Fili mi. Hæc periocha eadem quæ ſuperior plenius explicat.

e *Et le. me.* Tam ſolerter ſerua quæ doceo, quaſi nil recti ſine his aſpicias.

f *Liga eam.* Alia tranſlatio: Deſcribe autem in latitudine cordis tui.

g *Dic ſa. ſoror.* Sapientiam eccleſiaſticæ doctrinæ ſororia tibi dilectione coniunge, vt hæc te à pollutione ſeruet hæretica, quæ à vera caſtitate eccleſiæ probatur extranea.

h *De feneſtra.* Patet iuxta literã: quia ſapientium aſpectus magiſtrorum & infirmorum actus ſedulò ſpeculatur & fortium. At æterna Dei ſapientia de cęlo proſpexit, & vidit omnes filios hominum. Apertè autem Salomon de feneſtra domus ſuæ ſe ꝑ cancellos proſpexiſſe dicit, vt paruulorũ geſta dijudicaret. Qui enim de feneſtra per cancellos perſpicit, ipſe quidem quæ foris aguntur plenè conſiderare ſufficit: nec tamen ipſum qui foris ſunt, intra degentem aſpiciũt. Hinc enim Apoſtolus: Spiritualis omnia iudicat, & ipſe à nemine iudicatur. Iuuenem vocat adulterũ, non propter virtutem, ſed propter inſtabilitatem, qui tranſit in platea, quia deſerit anguſtam viam, quæ ducit ad viam.

i *Iuxta an.* Quia deflectit à rectitudine, & prope viam domus illius graditur: quia à via veritatis declinauit. Meritò viæ domus meretricis vel hæretici appropiat.

a *In*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Mulier autem. *Tanquam laqueus diaboli. Dicitur autem anima pretioſa, quia ad imaginem Dei facta, & ad ſupernaturalem beatitudinem ordinata.*

b Nunquid po. homo ab. ignem. *q. d. Sicut impoſſibile eſt ignem in ſinu abſcondere, aut ſuper prunas ambulare abſque combuſtione veſtium & plantarum, ſic impoſſibile eſt, quòd adulter ſit ſine macula culpæ.*

c Non gran. eſt culpa. *Hic conſequenter retrahit ab adulterio ex grauitate criminis, quia multò grauius eſt furto, quãtò vxor eſt res magis dilecta & chara, in qua adulter facit iniuriam proximo, quàm res quæ ſubtrahitur furto. Item quia furtum frequenter committitur ex defectu rei neceſſariæ ad victum vel veſtitum, & hoc eſt quod dicitur: Non grandis eſt culpa. ſ. furtum reſpectu adulterij.*

d Furatur enim vt eſurientem impleat animam. *Id eſt vt ſibi prouideat de re neceſſaria ad victum vel veſtitum.*

e Deprehenſus quoque reddet ſeptuplũ *in Exo. dicitur, quòd de rebus inanimatis redditur duplum. de ouibus quatuor oues pro vna, & de bobus quinque pro vno: ita quòd in lege non ſcribitur quod debeat reddi ſeptuplum: Ideo dicendum, quòd propter incrementum furti fuit additum ad pęnam legis, vt homines à furto cohiberentur: Nec eſt contra legem, quę nõ inhibuit addere ad pęnam pro bono reipublicæ.* (Exo. 22. c)

f Et omnem ſub. domus ſuæ tra. *Pro ſua redẽptione, & ſi non ſufficeret, debebat vendi, & de pretio eius ſatisfieri.*

g Qui autem ad. eſt propter cor. inopiã. *Adulterium enim non committitur ad ſupplendum indigentiam victus vel veſtitus, ſicut dictum eſt de furto: ſed ex defectu rationis, quæ vocatur hic cor: quæ negligens eſt reprimere concupiſcibilem, quæ nata eſt ei ſubijci.*

h Perdet ani. ſuam. *Commiſſione culpæ.*

i Turpitudinem & ig. con. ſibi. *Quia vitia carnis ſunt maioris infamiæ.*

k Et op. illius non dele. *Interminabilis eſt enim pęna gehennæ, ad quam iudicabitur ſententia irretractabili in die iudicij. ideo ſubditur:*

l Quia zelus & furor vi. *i. Dei, qui dicitur hic vir: quia frequenter in veteri teſtamento legitur apparuiſſe in humana ſpecie. Et quia Chriſtus Deus & homo in forma humana, glorioſa tñ apparebit iudicio. Act. 1. Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à nobis in cęlũ ſic veniet. ſ. ad iudiciũ, quemadmodũ vidiſtis eum aſcendentem in cęlum in corpore glorioſo.*

† Nõ ſpernent furẽ, h furatus fuerit

* cum muliere

Act. 1. b ... cum zelotypia vre- tur, &

a ¶Sed tamen.
panis: mulier autem viri pretioſam
a ¶Ad imaginem Dei factam. ¶Fuge ergo. quia nunquid.
animãm capit. Nunquid poteſt ho
a ¶Meretricis, aut hæretici conſolationem.
mo abſcondere ignẽm in ſinu ſuo,
vt veſtimenta illius non ardeãt: aut
ambulare ſuper prunas, & nõ com-
¶Sicut illud non poteſt.
burantur plantę eius? Sic qui ingre-
a ¶Quod impium.
ditũr ad mulierem proximi ſui, nõ
a ¶Quia. b ¶Enim. c ¶Ad comparationem adulterij.
erit mũdus cũm tetigerit eã. † Non
grandis eſt culpa, cùm quis furatus
fuerit. Furatur enim ut eſurientem
a ¶Non grandis eſt . uod patet, quia depre.
impleat animã. Deprẽhenſus quo-
¶Inſuper.
que reddet ſeptuplum, & omnem
ſubſtantiam domus ſuæ tradet, &
liberabit ſe. Qui autẽ adulter eſt *
a ¶Quod contingit prop. cor. b ¶Inſipientiam. c ¶Non tamen ſua: ſed &c.
prõpter cordis inõpiam, perdet ani
a ¶In hoc. ¶In hac vita. b ¶In futuro.
mam ſuam. † Turpitũdinẽ & ignõ
miniam congregat ſibi, & oppro-
¶In morte.
briũ illius non delebitur: Quia † zelus & furor uiri, non parcet in die
a ¶Iudicij. b ¶Non aſpiciet me miſericorditer viſus hominis.
ũindictæ, nec acquĩeſcet cuiuſquã
a ¶Domine do. ape. no. b ¶Quia non tempus orandi, ſed remunerandi.
precibũs, nec ſuſcipiẽt pro redemptione dona plurima.

## CAP. VII.

¶Ne hæc contingant tibi fi. mi.
Filli mi, cuſtodi ſermones me-
a ¶In corde m. ab. e. r. vt non pec. ti. b ¶Ne rapiantur.
os, & præceptã mea recõnde tibi.
a ¶De tua ſubſtantia. b ¶Contra hoſtes.
Fili hõnora dominum, & vãlebis: prætẽr eum verò ne timueris
a ¶Nolite timere eos qui cor. occidunt.
a ¶Diabolum vel quemlibet. b ¶Hæc ſcilicet.
aliẽnum. Serua mãndata mea &
viues, & legem meam quaſi pu-
¶Diligenter.
pillam oculi tui. Liga eam in digi-
a ¶Actibus tuis. b ¶In latitudine cogitationis.
tis tũis, ſcribe illam in tabũlis cor-
a ¶Scribe in tabu cor. t. & ama vt ſororem, & hoc eſt: Dic ſapientię &c.
dis tũi. Dic ſapiẽntię, Soror mea es,
& prudẽtiam voca † amicam tuam,
a ¶Hæretica prauitate.
vt cuſtodiat te à mũliere extranea,
a ¶A caſtitate eccleſiæ. b ¶Vt decipiat.
& ab aliẽna quę verba ſua dulciã fa
a ¶Quaſi, quid ſcis. b ¶Spiritualis omnia iudicat, & ipſe à nemine iudicatur.
cit. De fenẽſtra. n. dõmus meæ per
a ¶De cęlo proſpexit dom.
cancellos proſpexi iuuenẽ: & video
¶Leuem.
† paruulos. Conſidero vecordem iu-
a ¶Declinans à rectitudine. b ¶Rectè ſecundum quod expoſuimus, & in platea, & iuxta angulum poſita eſt.
uenem qui trãnſit per plãteas iuxta

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. VII.

Filli mi cu. ſer. *Hic conſequenter retrahit à luxuria ex meretricis inuerecundia & importunitate: quia euitatur per ſapientiam: ideo primò inducit ad ſapientiæ amorem. Secundò, deſcribit periculum mulieris adulteræ, ibi: De feneſtra. Tertiò monet ipſam fugere, ibi: Nunc ergo. Circa primum dicitur: Fili mi. cu. opere adimplendo.* (Diuiſio)

n Et præ. mea re. *Sicut theſaurum pretioſum.*

o Fili ho. do. & va. *Iſte verſus non eſt in Hebræo, propter quod ipſum tranſeo, & quia patet eius ſententia.*

p Serua man. mea & vi. *Vita gratiæ in pręſenti, & gloriæ in futuro.*

q Et legem meam quaſi pupil. ocu. tui. *Id eſt valde diligenter & ſolicitè.*

r Liga eam in digitis tuis. *Opere adimplendo: quia manus eſt organum organorũ. 3. de Anima.* (Ariſt. 3. de Anima tex. com 38.)

s Scribe illam in tabulis cordis tui. *Indelebiliter retinendo.*

t Dic ſapientiæ, Soror mea es. *id eſt dilige eam chariſſimè.*

u Vt cuſtodiat te à mu. *id eſt adultera, quæ extraneum recipit cum marito.*

x Quæ ver. *Blanditijs & adulationibus hominem decipiendo.*

y De fene. *Hic conſequenter deſcribit mulieris adulteræ periculum ex ſua importunitate di. De fe. enim do. i. de ſecreto conſcientię meę conſideraui periculum mulieris malæ. Vel potuit eſſe ad literam, quòd Salomon de feneſtra domus ſuæ vidit iuuenes incontinentes ad domos meretricum declinantes, quæ ſolent manere prope domos magnatum, eò ꝙ plures eis ſeruientes ſubiecti ſunt vitio incontinentiæ: ſicut Dauid pater eius vidit mulierem ſe lauantem ex aduerſo domus ſuæ.* (2. Reg. 11. a)

z Et video par. *i. incontinentes, qui ſunt ſenſu paruuli.*

a Conſi. ue. iu. *id eſt habentem ve. in corde ex dominio carnalis concupiſcentiæ.*

b Qui tranſit per pla. iuxta an. *vt perueniat ad meretricis domum, quæ ſolet eſſe in locis angularibus.*

a In

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *In obſcuro aduesperaſcente.* Quia iam talis per cęcitatem cordis, ad tenebras feſtinat peccati & damnationis.
E
b *Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio.* Patent hæc cuncta de meretricis operibus iuxta literam. Verum doctrina hæretica quemcunque incautum reperit, & vecordē hunc decipere tētat. Ipſa enim ornatu meretricio apparet, & immunda refulget: eloquentia præparata eſt ad decipiendas animas & quoſcunque aſſociare poteſt, ſpirituali morte perimit:

* eius

c *Nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis.* Nulla eſt hæreſis quæ primis contenta ſit diſcipulis: hi enim ſunt domus eius ſed ſemper nouos quos decipiat quærit.

†anxia cor de tumultuoſa & peruerſa.

d *Apprehenſumq; deoſculatur iuuenem.* id eſt falſorum verborum blādimentis tentat inſtabilem.

e *Et procaci vultu blanditur dicens.* Iuxta literam patet, quia meretrix conuiuium ſe magnificum preparaſſe fatetur. At hæretici in cunctis quæ agūt, victimas ſe ſuæ ſalutis, Deo īmolare, vel autumant, vel autumare geſtiūt. Nam & dominus ad diſcipulos: Sed venit hora, vt omnis q̄ interficit vos, arbi. obſe. &c.

Io. 16. a

f *Intexui funibus lectulum meum: ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto.* Solent lecti q̄ ex funibus, vel iuxta aliam translationem inſtitis intexuntur, molliores fieri quàm ex ligno: vel ex qualibet alia materia. In lecto ergo de funibus meretrix mollicięm quietis deſignat. In tapetibus ergo pictis ex Ægypto etiā oculorum tentat illecebras, quibus nefando aſpectu irreticis facilius ad ſeducenda mentis arcana penetret. Quia vero nomine funium aliquādo ſolent diuina præcepta figurari, quæ
F
nos à vitijs coercendo religant, promittunt ſe hæretici, contextu verborum cæleſtium, ſalubre ſuis auditoribus quaſi ſtratum parate: in quo à vitiorū tumultibus libero corde quieſcant; ſed veraciter illis funibus peccatorum conſtruunt locum perditionis, vt ligatis manibus & pedibus damnentur. vnde: Ecce mitto eam in lectum, & qui mœchantur cum ea. In tapetibus verò pictis ex Ægypto, ornatus eloquentiæ & dialecticę artis verſutia quæ ab ethnicis originem ſumpſit, intelligitur per quam hæretica mens ſenſum doctrinæ peſtilentis quaſi meretrix thorum facinoris ſe texuiſſe gloriatur.

†amoribus

Apoc. 2. f

g *Aſperſi cubile meum.* Promittunt ſe tales odorem cęleſtium habere virtutum, quibus ſua ſuorumq; corda velut funibus cubilia venuſta, conſecrantur, quaſi Chriſti bonus odor ſumus Deo.

2. Cor. 2. d

h *Veni inebriemur.* Doctrinæ ſanctæ poculis ſe inuicem ſatiandos iactant hæretici, & virtutum gratia coniungendos, donec eorū geſta lux ſequatur æterna.

i *Sacculum pe.* Gloriam reſurrectionis, immortalitatis decus: quo illius patriæ ciues lætificaret & ditaret.

Qui decepti à mulieribus

K *Et fortiſſimi quique interfe. ſunt.* Vt ipſe Salomon ſapientiſſimus, Samſon fortiſſimus. Dauid māſuetiſſimus à mulieris decipula, vt Origenes ab hæretica, quem poſt Apoſtolos eccleſiæ magiſtrum fuiſſe quamdiu rectè ſapuit, qui negauerit, errat.

a *Viæ*

angulum: * & prope viam domus
a ¶Tenebris peccati.
illius graditur in obſcuro aduesperaſcente die, in noctis tenebris & caligine. Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio: †præparata ad capiendas animas. Garrula, & vaga, quietis impatiens: nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis. Nunc foris, nūc in plateis, nūc iuxta * angulos inſidians. Apprehēſumq; deoſculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens: †Victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum deſiderans te videre, & reperi. Intexui funibus † lectulum meū: ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto: aſperſi cubile meū myrrha & aloe & cinnamomo. Veni inebriemur †vberibus & fruamur †cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies. Non eſt enim uir i domo ſua: abijt via longiſſima: Sacculum pecuniæ ſecum tulit: †in die plenę lunæ reuerſurus eſt in domum ſuam. Irretiuit eū multis ſermonibus, & blanditijs labiorū protraxit illum. Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam: & quaſi agnus laſciuiens, & ignorās, & quòd ad vincula ſtultus trahatur: donec transfigat ſagittā iecur eius, velut ſi auis feſtinet ad laqueū: & neſcit quia de periculo animæ illius agitur. Nunc ergo fili audi me: & attende verbis oris mei. Ne abſtrahatur in vijs illius mens tua: neq; decipiaris ſemitis eius. Multos.n. vulneratos deiecit: & fortiſſimi quiq; iterfecti ſunt

Interlinear glosses: a ¶Qui male agit odit lucem. a ¶Eloquentia immunda. a ¶Laqueis mortis. b ¶Quietem eccleſiæ turbare deſiderans. a ¶In primis diſciplinis. b ¶Semper diſcurrit vt acquirat. a ¶Cum paganos rapit. b ¶Cum voluptuoſos. a ¶Cum alios hæreticos. ¶Sibi ſociat. ¶Leuem. a ¶In libris correctis, debui. a ¶Declina ergo ad me quia intexui. b ¶Quietis mollicięm deſignat. a ¶Vt viſu delectet. a ¶Vt odore capiat. ¶Ergo. ¶Cæleſti doctrina. a ¶Æternus. b ¶Inebriemur, quia non eſt. c ¶Chriſtus. ¶Corporaliter. d ¶Eccleſia. a ¶Cęlos aſcendit reſurgens a mortuis: nobiſq; miniſterium gubernandæ eccleſiæ ſuæ ſcilicet domus reliquit. a ¶In tempore quo electorum ſuorum numerum eccleſia compleuerit reuertetur ad iudicium. ¶Eccleſiam. a ¶Quaſi ſtultus neſciens ipſe ductus ad interitum. a ¶Sententia iudicis. b ¶Omnia interiora. a ¶Quaſi bos & velut auis. ¶Non corporis ſolum. ¶Ab inferioribus ne abſtrahatur in vijs illius. ¶Fac tibi periculum in alijs.

e *Vbi autem hu.* Abſcondiſti ea à ſapientibus & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis, ideſt humilibus. (An poſt iudiciũ aliqui liberentur Luc. 20. d)

F

f *Mor. homi.* Hoc Origenes neſciuit: qui poſt vltimũ iudicium vitam omnibus impijs dandam promiſit. vel, defuncti hominis iuſti, non peribit ſpes: gloria autem impiorũ peribit. Sciẽdum tñ q̃ & ipſis impijs ſpes veniæ non eſt poſt mortẽ. Sunt tñ qui de leuioribus peccatis, cum quibus defuncti ſunt, poſt mortem pñt abſolui: vel penis caſtigati, vel ſuorũ precibus & eleemoſynis, & miſſarum celebrationibus: ſed hoc & ante iudicium, & de leuioribus. Qui vero poſt iudicium ſe liberandos putant, falluntur: & ad eos fortaſſe pertinet quod ſequitur. (†perfectio rectorum) (†peruerſitas, defectio) (†perfecti)

g *Expe. ſo. peri.* Solicitudo bonorũ eſt, eſt, implere Dei præcepta. At malorũ ſcienter peccantium, q̃ æternam rapiẽtur ad pęnam. Ideoq; expectatio illorũ coronabitur, iſtorũ damnabitur, etiã ante iudiciũ, dãnante propria cõſcientia.

h *Simulator.* Hęreticus ſimulans catholicam doctrinam, decipit auditorem ſuum. Qui veritatem ſequuntur euangelij: liberabuntur ſapientia catholica ne decipula decipiantur hæretica.

i *Qui deſpi. &c.* Non eſt deſpiciẽdus qui non ſimpliciter amat: etſi quid ineptè agat. Qui enim hoc facit, indiget ſapientia. Prudens autem publicè tacet, occultè caſtigat: quod melius in ſequẽtibus aperitur.

a Qui

¶Catholicus.
oculis: ſic piger his qui miſerunt
¶Amicalis.
eum in via. Timor domini ap-
¶Æternos.
ponet dies, & anni impiorum
¶Cum hac luce perdent bona quæ amabant.
breuiabuntur. Expectatio iu-
¶Quamuis hic triſtitia. ¶Qua præſumunt ſe in futuro requieturos vel nihil futuros.
ſtorum lætitia: ſpes autem im-
piorũ peribit. Fortitudo ſimpli-
¶Quia certa ſunt mala quæ patientur.
cis via domini, & pauor his qui
operantur malum. Iuſtus in
æternum non commouebitur:
impij autem non habitabunt
¶Viuentium. ¶Alijs.
ſuper terram. Os iuſti parturiet
ſapientiam, lingua prauorum
peribit. Labia iuſti conſiderant
¶Nihil temere. ¶Ex induſtria loquitur peruerſa.
†placita: & os impiorum † per-
uerſa.

Cap. XI.

STatera doloſa abominatio eſt apud Deum, & pondus æquũ volũtas eius. Vbi fuerit ſupbia, ibi erit & cõtumelia: vbi autem humilitas, ibi & ſapientia. † Simplicitas iuſtorum
¶Duplicitas.
diriget eos: & †ſupplantatio peruerſorum vaſtabit illos. † Non
¶Diſtrictæ.
proderunt diuitiæ in die vltionis: iuſtitia autem liberabit à
¶Aeterna. ¶Qui iuſtus eſt iuſtitia augebitur.
morte. Iuſtitia †ſimplicis diri-
¶Vnde: Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.
get viam eius, & in impietate ſua corruet impius. Iuſtitia recto-
¶A morte.
rum liberabit eos, & †in inſidijs ſuis capientur iniqui. Mortuo homine impio, nulla erit vltra ſpes: & expectatio †ſolicitorum
¶Iacobus martyrio coronatus eſt, Petrus de carcere ſaluatus: & Herodes qui eos perſecutus eſt, à vermibus viſibiliter conſumptus, & inuiſibiliter raptus: vbi vermis non moritur: & ignis non extinguitur.
peribit. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt, & tradetur impius
¶Hæreticus.
pro eo. Simulator ore decipit amicũ ſuum: iuſti autem libera
¶Catholica. ¶Operibus.
buntur ſcientia. In bonis iuſto-
¶Alias: exultabit. ¶Ieruſalem.
rum exaltabitur ciuitas: & in
¶Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam.
perditione impiorum erit laudatio. Benedictione iuſtorũ exal
¶Hæreticorum.
tabitur ciuitas: & ore impiorũ
¶Pro voto eorum.
ſubuertetur. Qui deſpicit ami-

NIC. DE LY.

a Sic pi. ſ. nocet, his qui miſe. &c. *quia per hoc fruſtratur eorum negotium pro quo miſſus eſt.*

b Ti. do. ap. di. *ſicut patet de Ezechia: cui appoſiti fuerunt quindecim anni 4. Reg. 20.*

c Et an. impi. bre. *quia acquirunt ſibi multos inimicos, qui vitæ eorum inſidiantur.* (4. Reg. 20. b)

d Expectatio iu. læti. *i. beatitudo æterna, quæ habet annexam lætitiam.*

e Spes autem im. &c. *i. præſumptio, qua præſumunt habere beatitudinem ſine meritis, dicentes: Deus non fecit nos ad damnandum, ſed ad ſaluandum.*

f For. ſim. via domi. *i. eius iuſtitia ſimplices præmiando.*

g Et pauor his qui operantur &c. *impios puniendo.*

h Iuſtus in æte. non &c. *à ſtabilitate virtutis.*

i Impij autem non habitabunt ſuper terram. *ſcilicet viuentium.*

K Os iuſti par. ſapien. *alios docendo.*

l Lingua pra. peri. *vnde diues epulo in inferno exiſtens, magis cruciabatur in lingua quàm in alijs partibus.*

m Labia iuſti conſiderant placi. *Deo & hominibus bonis.*

n Et os impio. peruer. *blaſphemias contra Deum & iniurias contra proximum.*

NICO. DE LYRA.
CAP. XI.

STatera do. *In hoc cap. inducit Salomon ad actus iuſtitiæ dicens,*

o Statera. *qua vendentes decipiunt ementes.*

p Abo. eſt &c. *quia eſt furtum colore iuſtitiæ palliatum.*

q Pondus æquum vo. eius. *quia iniuſtitia cõmutatiua requiritur tale medium.*

r Vbi fue. ſuper. *in corde.*

s Ibi erit & contu. *in ore.*

t Vbi au. hu. *quia humilitas eſt debita diſpoſitio ad ſapiẽtiam diuinam: vt dictũ eſt ſup. ca. 9.*

u Simp. *in qua procedunt in factis ſuis ſine plica doloſitatis.*

x Diriget eos. *ad beatitudinem.*

y Et ſupplantatio peruer. *qua decipiunt ſimplices.*

z Vaſtabit eos. *in pœna inferni: aliquando etiam propter hoc deſtruũtur in vita præſenti.*

a Non proderunt diui. in diem ultio. *ideſt iudicij extremi.*

b Iuſtitia autem hunc li. à mor. *ſ. gehennæ.*

c Iuſtitia ſim. di. uiam eius. *ideſt opera eius ad beatitudinem.* H

d Et in impi. ſu. *i. pro impietate ſua.*

e Corruet impius. *in gehennam.*

f Iuſtitia rectorum. *ideſt iudicium.*

g Liberabit eos. *à culpa & pęna.*

h Et in inſidijs ſuis capie. iniqui. *ſicut iniqui iudices inſidiantes Suſannæ fuerunt adiudicati morti.*

i Mortuo homine impio nulla erit &c. *ſuæ ſalutis: quia in inferno nulla eſt redemptio. Hoc non intellexit Origenes dicens, q̃ poſt longum tempus damnati & dæmones ſaluabũtur.*

K Et expe. ſo. *ideſt illorum qui ſolicitè ſeruiebant impio, ſperantes ab eo promoueri.*

l Peribit. *quia non poterunt ab eo vltra adiuuari.*

m Iuſtus de an. liber. eſt. *quod patet de Dauid iuſto: qui fuit in regno reſtitutus, & impius Abſalon occiſus.*

n Simulator. *ideſt hypocrita, qui ſimulat ſanctitatem.*

o Ore decipit amicum ſuum. *ideſt illum à quo ſperat promoueri. cui ſcilicet adulatur.*

p *Iuſti autem liberabuntur &c. ab iſta deceptione.*

o Scientia. *qua diſcernitur inter ſanctitatem veram & fictam.*

r In bonis iuſtorum exaltabitur ciuitas &c. *quia iuſti bona ſua expendunt pro bono reipublicæ.*

s Et in perditione impiorum erit laudatio. *quia turbant bonum commune.*

t Benedictione iuſtorum. *ideſt oratione eorum quæ eſt exaudibilis.*

u Exaltabitur ciuitas à Deo. *ſicut ſanctus Baſilius oratione ſaluauit ſuam ciuitatem à perfido Iuliano apoſtata, & Ezechias Ieruſalem à Sennacherib.*

x Et ore impiorum ſubuertetur. *quia ſunt proditores ciuitatis.*

y Qui deſpicit amicum ſuum. *ipſum deridendo, & defectus eius publicando.*







a *Qui ambulat &c.* Qui autem fidelis, cęlat amici con. Et in euangelio: Si peccauerit in te frater tuus, cor. eum inter te & ipſum ſolum &c. vnde & rectè additur:

A

b *Vbi non eſt gubernator &c.* Ne enim putares, ſi corrigere nõ potes, vltra celare debere: rectè dicit populum ſine gubernatore corruere: ſaluari aũt vbi ſunt multa conſilia, vt oſtendat q̃ ſi ſolus emendare nõ potes, pluribus eſſe reuelandũ vt à pluribus corrigatur.

c *Affligetur.* Ad literam patet: *Alleg.* ſed eſt à ſorte ſanctorum extraneus qui peccata ſua nõ corrigit. Sed quicunq; talibus, vel communionis gratiam concedit, vel vitam promittit æternam: quia fidem facit pro extraneo, ſeipſum ante diſtricti iudicis oculos vltione dignum reddet.

d *Qui au. ca. la. ſec. erit.* Securus erit in futuro, qui nunc bene formidoloſus & ſua peccata per pęnitentiam curat, & ab impœnitentium ſocietate ſe immunem ſeruat.

e *Manus in manu.* Qui manum iungit in manu, nihil inique operatur: ſed manus in manu non erit inno. ma. quia etſi ab iniqua actione manus ad horam ſubtrahit: cordis tamen innocentiam malus habere non poteſt. Vnde præmiſſum eſt: Abominabile domino cor prauum.

f *Semen au. iu. ſal.* Hoc ſupra. Seminanti autem iuſtitiam merces fidelis. Vnde ſemen iuſtorũ ſaluabitur: qa qui præcedentium iuſtorum exempla ſectantur, horum quoq; veſtigia ad recipienda æterne ſalutis præmia ſequentur. Vnde Iſa. Omnes qui viderint eos, cognoſcẽt eos: quia iſti ſunt ſemen cui benedixit dominus.

g *Circulus aureus in nari &c.* Si ſuis naribus circulum auri fixeris: nihilominus ille naſo terram verrit, luto ſe immergit. Ita mulier fatua ſi pulchritudinem vultus vel habitus acceperit, faciem ſuam tamen ad infima declinare: ſuam ſpecioſitatem ad verrendos vbique caſtitatis floſculos circũferre: ſe cœno voluptatis diligit inquinare. Aliter: Qui doctrinam hæreticam nitore videt eloquentię ſplẽdere, nec tamen ſapientiæ apto intellectu congruere. Circulus aureus in nari. ideſt pulchra & circunflexa locutio in ſenſibus ſtultę mentis, cui ex eloquio aurum ſplendet: ſed tamen ex terrenæ intentionis pondere more ſuis ad ſuperiora non reſpicit. Quod exponit ſic: mulier pulchra & fatua, ideſt doctrina hæretica: pulchra verbo, fatua intellectu. Circulus aureus &c. Qui ornamentum diuini eloquij meditando cõſequitur, ſed hoc male viuẽdo inſequitur circulũ aureum habet in naribus ſuis. Sed more ſuis terram verrit: qa quæ odore notitiæ percepit immunda actione ſordidauit: ideo mulier pulchra per ſcientiam, & fatua per actionem: quia carnalibus deditus.

B

h *Bene conſurgit diluculo &c.* ideſt ad vitam conſurgit in tempore reſurrectionis, quia nunc bona agit in tempore operationis. Qui autem mala quæ dicat vel agat inquirit, eorum pondere ab altioribus retardatur.

i *Iuſti autem &c.* Q. Qui ſpe futurorum præmiorum bona faciunt in præſenti, iuſtè quod ſperãt accipiũt. Virens quippe in arbore folium, fructus quos nondum oſtendit ſignat affuturos, & iuſti quaſi virẽs folium germinãt: q ſpe ſalui facti in fidei ac virtutũ gratia proficere non ceſſant.

a Qui

cum ſuum: indigens corde eſt, vir
¶In publico occultè caſtigat.
autem prudens tacebit. †Qui am-
¶Proximi.
bulat fraudulenter, reuelat arcana:
¶Corripe eum inter te & ipſum.
qui autem fidelis eſt, cælat amici
¶Tamen.
commiſſum. Vbi non † eſt gubernator populus corruet: ſalus autem vbi multa conſilia. Affligetur malo qui fidem facit pro extraneo. qui autem † cauet laqueos, ſecurus
¶Eccleſia. ¶Plena ſpirituſancto. ¶Aeternam.
erit. Mulier gratioſa inueniet glo-
¶Virtutibus. ¶Aeternas.
riam, & robuſti habebunt diuitias.
¶Iudicium ſine miſericordia ei qui non facit mi.
†Benefacit animę ſuę vir miſericors: q aũt crudelis eſt propinquos
¶Quod peribit.
abijcit. Impius facit opus inſtabile:
¶Retributio æterna.
ſeminanti autem iuſtitiam, merces
¶Pietas. ¶Aeternam.
fidelis. †Clemẽtia præparat vitam,
¶Non ſecutio quę ex infirmitate.
& ſectatio malorũ mortem. Abominabile domino cor prauum: & voluntas eius in his qui ſimpliciter
¶Ambulate dum lu. ha. ¶Abominatio domino cor prauum: quia manus in manu.
ambulant. † Manus in manu non
¶Corde.
erit innocens †malus: ſemen autem
¶Pulchra & circunflexa, alias circumplexa locutio.
iuſtorum ſaluabitur. Circulus au-
¶Senſibus ſtultæ mentis. ¶Verbo.
reus in naribꝰ ſuis: mulier pulchra
¶Intellectu. ¶Iuſtitiam vbique regnare.
& fatua. deſiderium iuſtorũ omne
¶Ita enim per ſilentium clauſa magis aſtuat. ¶Cum à prauo opere quieſcunt vim furoris inferre tẽdunt. ¶Manus in manu non erit innocens malus, quia.
bonum eſt, præſtolatio impiorum
¶Diſperſit de.p. ¶Non aliena. ¶Centuplum accipiunt in hoc tempore: & in futuro vitam ęternam.
furor. Alij diuidũt propria & ditio
¶In futuro: nec gutta aquæ dabitur ad refrigerandum: & hic: vbi ſemper auarus eget.
res fiunt: alij rapiunt nõ ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Anima quę †benedicit impinguabitur, & qui ine-
¶Exterius prædicando. ¶Intus augmenta pinguedinem recipit. ¶Auditores diuino eloquio.
briat, ipſe quoq; inebriabitur. Qui
¶Potu multiplicis muneris. ¶Seruus malus & piger qui talentum abſcondit.
¶Prædicationis. ¶Qui pro multis quos corrigere potuit damnatur.
abſcondit frumenta, maledicetur
¶Euge ſerue bone & fi. quia in p. fu.
in populis: benedictio autem ſu-
¶Verbum pretio fidei & confeſſionis. ¶Negociamini dum venio. ¶Conſurgit ad bonum opus accinctus.
per caput vendentium. Bene con-
¶Accreſcente luce iuſtitiæ. ¶Quæ faciat quibus ad cœleſtia perueniat.
ſurgit diluculo qui quærit bona: qui autem inueſtigator malorum eſt, ab eis opprimetur. Qui
¶Non attendens futura bona.
¶A vita æterna.
confidit in diuitijs ſuis, corruet: iuſti autem quaſi virens folium

NICOL. DE LYRA.

a Indigens corde eſt. *quia habet cor defectuoſum.* C

b Vir autem pru. ta. *celabit defectus amici ſui quantum exigit correctio fraterna.*

c Qui am. frau. re. ar. *væ fidelitati commiſſa.*

d Qui autem fi. eſt celat am. commiſ. *id eſt ſecretũ ſui amici cõmiſſum ſuæ fidelitati.*

e Vbi non eſt gu. po. co. *ſicut nauis carens gubernatore periclitatur.* (†5. q. 5. c. q. bulat.)

f Salus autem. *ſcilicet populi.*

g Vbi mul. con. *per quæ cauentur mala & obtinentur bona.*

h Affli. malo &c. *quia timet ne ille deficiat, & ipſe debitum incurrat.*

i Qui autem cauet la. *talis obligationis.* († fuerint conſilia)

K Securus erit. *ab incurſione debiti.*

l Mulier gra. *ideſt honeſta & pudorata.*

m Inueniet gloriam. *ideſt famam bonam, vt patet de Iudith & Eſter.*

n Et robuſti ha. di. *quæ p robur mentis & corporis acquirunt, & acquiſitę poſſidentur.*

o Benefa. animæ ſuæ vir. *quia ſola miſericordia comes eſt defunctorũ, ſecundũ Aug.* (Auguſtinus)

p Qui. *ſubtrahendo eis debitum conſilium & auxilium.*

q Impius facit opus. *aggregans ſibi bona tẽporalia q̃ ſunt trãſitoria & corruptibilia.*

r Sem, autem iu. *verbo & facto.*

s Merces fidel. *ideſt retributio æterna, quæ non eſt aliqualiter defectiua.*

t Clementia præ. vi. *Eſt autem clementia propriè per quam relaxantur vel mitigantur pœnæ: & ſic præparat vitam corporalem illis quibus relaxatur vel mitigatur pœna mortis, & vitam ſpiritualem relaxanti ſi bene hoc faciat.*

u Et ſec. malorum. *ſcilicet pœnæ.*

x Mortem. *ſ. corporalẽ illis quibus imponitur malũ cui pœna mortis debetur: & mortẽ ſpiritualẽ imponenti ſi iniuſte imponatur.*

y Abo. do. cor pra. *qđ eſt malitiæ aſſuetũ.*

z Et volun, &c. *i. ſine plica malitiæ et doli.* D

a Manus in ma. non eſt inn. *homo malus etſi nihil operetur extra, ſed teneat vnã manum in alia ſicut ocioſus, non eſt innocens: quia cogitat mala interius.* († Mox nõ erit impunitus)

b Semen au. iu. ſal. *i. filij eorũ in bono dirigentur, quia ſic à patribus eorum docentur.*

c Cirrulum au. in &c. *Sus.n. ſi habeat circulum aureum circa roſtrum ſuum ponit ipſum intra lutum: ſic mulier fatua ſiue incontinens ornamentũ pulchritudinis à Deo ſibi datum ponit intra luxuriæ lutum.*

d Deſide. iu. *quia deſiderant Deum in quo eſt eminenter omne bonum.*

e Præſta. imp. ſ. *Dei in die iudicij.*

f Alij. *Propria pauperibus largiendo.*

g Et d. *quia Deus eorum bona multiplicat vt continuare valeant opera pietatis.*

h Alij rapiunt. *vt tyranni.*

i Et ſem. in ege. *quia inutiliter expendunt.*

K An, q̃. or. *ãdo Deũ & inſtruẽdo pximũ.*

l Impinguabitur. *pinguedine gratiæ.*

m Et q in. *i. proximũ reficit bona doctrina.*

n Ipſe quo. *quia docendo ſua ſapiẽtia augmentabitur.*

o Qui ab. *ſ. tempore quo debent exponi venditioni propter quod aliqui libri habent additum in tempore: ſed non de textu, ſubintelligitur tamen pp qđ fuit poſitũ in glo. interl. & poſtea per ſcriptores inſertum textui.*

p Male. in po. *qui fame afflicti maledicunt ſibi, & vendentibus benedicunt.*

q Bene cõ. *opus.n. bonũ eſt cito inchoandũ.*

r Qui autem in. *ſicut Saul quærens Phytoniſſam audiuit ibi mortis ſuæ ſententiam, de quo conſternatus cecidit in terram.* (1. Reg. 28.)

s Qui confidit. *magis quam in Deo.*

t Cor. *iuſto Dei iudicio, exemplum de illo qui dixit: Anima mea habes multa bona repoſita in annos multos, quieſce, bibe, epulare. Dixit autem ad illum dominus: Stulte hac nocte repe. a. t. a. &c.* (Luc. 12. c)

u Iuſti autem &c. ger. *i. proficient de bono in melius.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Qui ſtultus eſt.* Impius viuit pio, ille damnatur, iſte accipit
A brauium pro quo certabat.

Sup.3.c b *Fructus iuſti &c.* Viſio Chriſti, qui ſapientia. De quo: Lignum vitę eſt amplectentibus eam. Et in Apoc. Qui vicerit
Apoc.2.b dabo ei edere de ligno vitæ quod eſt in paradiſo. d.m. Et hunc fructum iuſti expectant: dum quaſi virens folium germinant.

c *Qui ſuſcipit.* Qui animarum curã pro domino ſuſcipit, vt vel errãtes doceat, vel conſoletur mœſtos vel temporalibus bonis ſuſtentet, vel renuẽtes ad remedia ſalutis protrahat, vel paſtore deſtitutos gubernet, vt ſecũ plures ad dñm perducat, ſapiens eſt: qa ſibi vt ſu-
* corde bimius cũ domino regnet procurat.

d *Si iuſtus.* Si martyres tanta patiũtur iniuſtè: quanta tormenta manent eorum tortores? Si Iob & Tobias, & alij
¶1.Pet.4.d Dei electi, tanta in hac vita paſſi ſunt: quid miramur ſi nos longè inferiores aliqua tangit afflictio. Etſi.n. impij nõ
1.Ioh.1.d ſumus, certè ſi peccatores nos eſſe negamus, noſipſos ſeducimus & veritas in nobis non eſt.

## GLO. ORD. CAP. XII.

Q*Vi diligit &c.* Sequitur: Quib. &c. Horũ verſiculorũ connexio talis eſt. Qui bonus eſt non confidit in cogitationibus ſuis: ſed dñi gratiã q̃rit, ac per illã piè viuit. Qui aũt in cogitationibus ſuis cõfidit, bonus eſſe nequit: q.n. gratiam Dei non curat quærere, in praua actione perdurat.

f *Mulier.* Ad literã. Mulier bona & caſta viro ſuo p̃bet honorẽ in oĩb⁹: eiuſq; virtutibus ipſa domũ bene regẽs quaſi gratiã addit coronã. At vero adultera: etſi foris ſpecioſa intus ſtercore coinquinata eſt luxuriæ. Verũ ſpiritualiter: eccleſia coronã. ſ. ſeipſam Chriſto offert. Qui.n. in circuitu eius ſunt oẽs
B offerunt munera. Et filius Syrach de
Pſal.79.b magno ſacerdote. Ipſe ſtans iuxta a-
Eccl.50. ram & corona fratrũ iuxta illũ. At oſſa.i. virtutes quas hæretici vñr habere putredo praui dogmatis corrumpit.

(Margin: * ſibi; † & virum malas habentẽ cogitationes cõdemnabit; † erit ſtabilis)

g *Cogitationes.* Iuſti ſua facta, ſi dño placeant ſedula meditatione diiudicant, ne ipſis minus ſolicitis ſupernus iudex contra eos inuiſibiliter aduerſa diſpo-
1.Cor.11.f nat: iuxta illud: Si noſmetipſos diiudicaremus: non vtique iudicaremur. At contra reprobi de fraude conſiliantur obliti timoris domini.

h *Verte im.* i. impietatẽ in eis: & nõ erũt
† 5.q.c.ſi. .ſ. impij, perit.n. memoria impietatis. Alia translatio: Quocunq; ſe vertit ſceleratus exterminabitur. Et contra de ſanctis: Diligentibus Deũ oĩa coope.
Rom.8.e in bo. Aliter: Multa impietas in dijs Gẽtiũ, multa in ſectis hæreticorũ, & in p̃ſtigijs Magorũ, & in perſecutionibus paganorũ. Sed in his à Deo ſubuerſis: ſubuerſa eſt & memoria impietatis, &
†permanebit iam ipſa dogmata igne cremata, vt in Epheſo tpe Apoſt. Domus aũt iuſtorũ
†cognoſcetur permanebit: quia ſancta eccleſia nunquã abſcondi vel auferri potuit: nec ei⁹ aliquã ſcripturã nõ fidẽ tpis lõgitudo potuit auferre. Domus.i. eccleſia q̃ par-
†Eccl.10.d tim peregrinat̃ in terris, partim regnat in cœlis: nunquam deficit, ſed quæcũque membra hinc illuc perueniunt: quæ ſperabant gaudia inueniunt.

i *Nouit.* i. compatitur hebetudini ac fragilitati proximorũ ſibi cõmiſſorum.

k *Viſcera.* qui non ſolum non compa-
Luc.12.f tiuntur ſubditis: ſed ſicut dñs ait: Percutiunt pueros & ancillas dicentes:
† vel cor Moram facit dominus meus venire.

a *Deſide-*

## NICO. DE LYRA.

†inf.28.c ¶ a Qui contur. domum ſuam. *cognationem ſuam quæ frequenter dicitur domus in ſcriptura: & maxime ve.te. pſal.134.d. Domus Leui be. domino.*

C

b Poſſidebit ven. *quia eiectus à cognatis exponitur ventis.*

c Et qui ſtul. eſt ſer. *ille enim debet ſeruire & ſapiens dominari, vt habetur pri. Polit.*

---

a ¶Opera bona. b ¶Tumultibus cogitationum.
germinabunt. Qui conturbat
a ¶Mentem. b ¶A perit eam flatibus malignorum ſpirituum qu bus ebruatur.
domum ſuam poſſidebit ventos: & qui ſtultus eſt ſeruiet ſa-
a ¶Cum dominari videatur. ¶Probationem facit perſequendo.
a ¶Merces.
pienti*. Fructus iuſti lignum
a ¶Quaſi patronus. b Quia fructum percipiet.
vitæ, & qui ſuſcipit animas ſa-
a ¶Iudicium.
piens eſt. † Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?
a ¶Si iuſtus vix ſaluabitur: impius & peccator vbi parebit? Quam translationem Petrus in epiſtola ſua ſequitur.

## CAP. XII.

QVi diligit diſciplinam, diligit ſcientiam: qui autem odit increpationes, inſipiens eſt. Qui bonus eſt,
a ¶Iuſtificabitur adhuc. ¶Habenti dabitur, & abunda.
hauriet ſibi à domino gratiam,
a ¶Q.i non habet hoc quod habet au.ab eo.
† qui autem confidit in cogitationibus ſuis, impiè agit. Non † roborabitur homo ex
a ¶Charitas nunquam excidit.
impietate, & radix iuſtorum
a ¶Eccleſia.
non commouebitur. Mulier
a ¶Studioſè operans. b ¶Omnes qui in circuitu eius ſunt o.m.
diligẽs corona eſt viro ſuo, &
a ¶Praux doctrinæ. b ¶Virtutibus.
putredo in oſſibus eius, quæ
a ¶Erubeſcam cum coram p.m.
confuſione res dignas gerit.
¶Scilicet.
Cogitationes iuſtorum iudicia, & conſilia impiorum frau-
a ¶Non ſolum mens.
dulenta. † Verba impiorum inſidiantur ſanguini, os iuſto-
¶De hac vita.
rum liberabit eos. † Verte im-
a ¶Quod fuerant: quia poſt mortem non quod ſperabãt inueniunt. ſpe enim fruſtrati pro præmij, tormenta recipiunt.
pios, & non erunt: domus autẽ
a ¶Bene docens & implens.
iuſtorum † permanebunt. Do-
a ¶Eſſe. ¶Virtuoſus.
ctrina ſua † noſcitur vir: qui au-
a ¶Sine ſapientia. b ¶Quia virilis animi fortitudinem contempſit.
tem vanus & excors eſt, patebit contemptui. † Melior eſt
a ¶Doctrina ſua noſcetur: ſed tamen Melior eſt.
a ¶Idiota, ſimplex frater quæ nouit faciem: promerens vitam in cœlis.
pauper & ſufficiens ſibi, quã glo-
a ¶In ſcripturis ſacris clarus: vel doctoris functus officio. b ¶Dilectionis: de cuius parte quæ ad proximum ſubdit Nouit iu.ani.
rioſus & indigens pane. Nouit iuſtus animas iumentorum ſuorum: † viſcera autẽ impiorũ cru-
a ¶Non compatiuntur. b ¶Exercet in ſpiritualibus ſtudijs. c ¶Animam.
delia. † Qui operatur terrã ſuã:

---

d Fru. in lign. v. *i. opus iuſti deducit ad eſum ligni vitæ, qui eſt Chriſtus in beata fruitione.*

e Qui ſu. animas. *ideſt curam animarum.*

f Sapi. eſt. *i. debet eſſe: quia ſicut dicit Greg. in paſtorali. Ars artium eſt regimen animarum, vel aliter: Sapiens eſt: quia elegit bonum ſi ſit ad hoc ſufficiẽs. Apoſt. Qui epiſcopatum deſiderat.*

g Si iuſtus in ter. re. *à Deo flagella ſicut patet de ſancto Iob.*

h Quanto ma. impi. & pec. *ſ. flagellabuntur à Deo in futuro.*

## NIC. DE LY. CAP. XII.

QVi diligit. *ſup. 10. cap. induxit Salomon ad amorem ſapientiæ, & in 11. ad actus iuſtitiæ ad quæ diſponit maximè bona diſciplina, ideo ad eam inducit in hoc cap. dicens:*

i Qui dili. *quia per diſciplinam ſuſcipitur à doctore.*

k Qui autem odit &c. *Similis enim eſt furioſo qui refugit medicinam ſalubrem.*

l Qui bo. eſt. *bene vtendo gratia Dei ſibi data à Deo.*

m Haur. ſibi gra. *quę meretur augeri vt aucta mereatur & perfici.*

n Qui autem &c. *de ſenſu ſuo præſumendo.*

o Impiè agit. *quia iuſtè à Deo dimittitur, & ſic cadit.*

p Non robo. ho. *ſicut Saul impiè occidens ſacerdotes, & perſequens Dauid non fuit roboratus in regno: quod tamen quærebat.*

q Radix iu. *hoc eſt ſtabilitas in virtute & honore, vnde Dauid fuit ſtabilitus in regno pro ſe & ſua poſteritate.*

r Mulier. *in bono regimine ſui & domus ſuę.*

s Corona eſt. *ideſt cauſa honoris.*

D

t Et pu. in oſſi. eius. *ideſt mulieris.*

u Quæ con. res di. *i. quæ adulteratur, vnde in Nu. dicitur, de muliere ſuſpecta à viro de adulterio, q adducta ad ſacerdotem bibebat aquas, quæ, ſi erat verum crimen ei impoſitum à viro, cauſabant tumorem in eius interioribus & putrefactionem, & tandem mortem.*

x Cogi. iu. *cogitant enim cum proximo ſeruare æquitatem iuſtitiæ.*

y Et conſi. *quia decipiunt proximum ſub ſani conſilij ſpecie.*

z Verba imp. *quia teſtificantur cõtra iuſtum in cauſa criminali: ſicut patet de falſis teſtibus contra Naboth.*

a Os iu. lib. eos. *ſicut os Danielis liberauit Suſannam ad mortem iniuſtè condemnatam.*

b Verte imp. *i. conuerte ad bonum.*

c Et non erunt. *ſ. impij. vel aliter: Verte impios & non erunt. i. ad modicam mutationem deficiet eorũ proſperitas: & huic ſententiæ magis cõcordat litera ſequẽs: cũ dr̃ p oppoſitũ. d.*

d Domus autem iu. &c. *in virtute. ſ. cũ hoc eſſet frequenter in proſperitate temporali.*

e Doctrina ſua. *ſcilicet bona.*

f Noſcitur. *i. apparet ei virtus.*

g Qui au. *i. ſcientia & virtute vacuus.*

h Et excors &c. *i. ſine bonitate cordis.*

i Patebit contemptui. *aliorum.*

K Melior. *hic eſt de infimo ſtatu.*

l Et ſuf. *in victu & veſtitu ſecundũ ſtatũ ſuũ.*

m Quã glo. *i. bona ſua expẽdens in vanitatib.*

n Et in. pa. *i. victu ſufficiẽti ſecundũ ſtatũ ſuũ.*

o Nouit. *i. ſeruorũ ſuorũ qui ſunt eius inſtrumẽta in operibus ſuis, et iõ dñr hic iumẽta quaſi iuuamenta. Dñs.n. iuſtus cõſiderat diligẽter laborẽ ſeruorũ ſuorũ, & fidelitatẽ, vt ſic eis modo iuſto recõpẽſet. Põt ẽt hoc exponi ad literã de iumẽtis: Iudæi.n. erãt crudeles: & iõ lex nõ tm̃ edocet eos ad pietatẽ circa hoĩes, ſed ẽt circa bruta aĩalia q̃ p̃cepit qeſcere in die ſabbati, vt ſic eſſent magis miſericordes erga hoĩes. igit ſecundũ hoc dr̃: Nouit iu. an. i. cõſiderare cõſueuit ne iumẽta ſua exceſſiuis laborib. affligãt.*

p Viſcera au. imp. *erga ſeruos ſuos et iumẽta.*

q Qui op. ter. ſu. *eam debitè colendo.*

¶ a Satiabi-



a *Deſiderium.* Deſiderat impius præcedentes malos imitari,
A & de illorũ vita & actibus loqui. Vel monumentũ peſſimorũ: quia animæ eius deſideriũ eo tendit, quãuis neſciat: vt cũ prauibus iniuſtis æternæ mortis carcere claudatur. Verum quia tales exitũ, quẽ minimè credunt, vel prætendent, incurrunt: dicit econtra de bonis.

b *Radix au. iu. pro.* fides, ſpes, charitas: quibus in Chriſto ſunt radicati non eos fallunt: ſed plus quam ſperant in futuro percipient.

c *Fatuus &c.* Qui in præſenti deſiderat vlciſci fatuus eſt, qui autem pro domino contemnit, ſapiens eſt.

d *Qui au. diſſi.* nõ ſic vult occultari vt duret ſed omnino deleatur: eſt enim natura iræ vt prolata magis feruescat: occultata langueſcat.

e *Lingua &c.* quia & bona quæ promittunt ipſi perficiendo ad vitã puenĩũt & alijs quæ ſequant̃ demõſtrãt.

f *Labium ve. &c.* Fides catholica ſp̃ p̃manebit: q aũt repẽte noua dogmata inſerit: mendacij miniſter eſt.

g *Homo ver.* Sapiens & prudens: qui aliquando celat ſcientiam, vel nõ valẽs loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, vel nolens dare ſanctũ canibus, vel margaritas ante porcos proijcere, vel mittere.

h *Cor inſi. pro.* Vel qñ plus appetunt ſapere quã oportet ſapere, & in cogitationibus euaneſcendo, pro ſapientia ſtultitiã habent & tenẽt. Vel, alijs q̃ nequeunt capere ingerentes, quaſi infirmis oculis lumẽ ſolis. i. ſapientiæ, quã habere videbãtur, auferunt.

i *Manus for.* Perfecti non ſolũ vitiorũ bella ſuperãt, ſed & electis fratribus maiore virtutum gratia principãtur.

K *Quæ au. re.* q diſſoluti aĩo peccatis implicari nõ metuũt, peſſimo exacto-
B ri diabolo tributũ vitiorũ quotidie ſoluunt: & niſi viuentes eius dominium euaſerint, pœnitẽdo poſt mortẽ traditi eidẽ in carcere mittent̃ pœnarũ. Non.n. de talibus deſperandũ eſt, cum adiungit: Mœror iuſti &c.

l *Mœror in corde &c.* qa neceſſe eſt vt prius peccatorẽ mœror pœnitentiæ ſalubriter humiliet: & poſt per iudicium ſacerdotis datæ reconciliationis ſermo lætificet, vel reficiat.

m *Qui ne. dam.* Si hoc ad literã accipitur, quãto magis corona dignus eſt iuſtitiæ qui pp Deũ, qui dixit: Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his, q occidunt corpus, vel vendens omnia dat pauperibus, vel rapinam bonorum ſuorum cum gaudio patitur, vel ipſam carnem morti tradit?

n *Non inue. &c.* Fraude nãque acquiſita pecunia, aĩę damnũ, non lucrum addit: Immo plus dãni eſt in anima quã lucri in arca: & qui pro dño ſubſtantiam diſpenſat pro terrenis cœleſtia

## NIC. DE LY.

¶ a Satiabitur. *i. habet victum & veſtitum conuenientem.*

b Qui au. eſt &c. *quia per hoc incurrit defectum bonorum temporalium & ſpiritualium, ſecundum quod dicitur in Eccl. Multã malitiam docuit otioſitas.*

c Qui ſu. &c. *Iſte verſus nõ eſt in Hebręo: patet tamen eius ſententia, quia ille qui ſuauis eſt per manſuetudinem moderatus eſt in verbis & factis: propter quod monẽdo alios non vtitur verbis contumelioſis.*

d Deſide. im. mo. &c. *Ex abundantia.n. cor. os lo. & ideo impius non reducit ad memoriam niſi mala.*

e Radix au. iu. *i. ſtabilitas eorum in virtute.*

f Proficiet. *de bono in melius procedendo.*

g Propter pec. labio. &c. *quia per peccatum oris ruit homo in peccatum*

---

a ¶Et nunc virtutum: & tandem præmiorum.
† ſatiabitur panibus, qui autem
a ¶Pro ſalute laborare negligens, inter ſtultos numerabitur, etſi nunc vel mundana vel diuina ſapientia glorioſus videatur.
ſectatur ociũ, ſtultiſſimus eſt. Qui
¶Benignus.
ſuauis eſt, viuit in moderationibus:
a ¶Non contumelioſe monens.
in ſuis monitionibus relinquit cõtumeliam. Deſiderium impij † monimentum eſt peſſimorum, radix
a ¶Mors & vita in manibus linguæ.
autem iuſtorum proficiet. Propter
a ¶Aeterna. b ¶Conſequitur ſeris pœna eius pedibus.
peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autem iuſtus de † anguſtia. † De fructu oris ſui vnuſquiſque
a ¶Sermone bono. Qui enim male loquitur non ore fructum generat, ſed damnum.
a ¶Aeternis, ſi tamen faciat quod dicit, hoc eſt enim quod addit: & iuxta ope. ma. ſu. retri.
replebitur bonis, & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei.
a ¶Opera, conſilia. b ¶Non aliorum.
Via ſtulti recta in oculis eius, q autem
a ¶Audies ſapiens ſa erit. b ¶Alia translatio: Stultus eadem hora pronunciat iram ſuam: occultat autem ignominiam ſuam aſtutus.
ſapiens eſt audit conſilia. Fatuus indicat ſtatim iram ſuã, qui autem diſſimulat iniuriã, callidus eſt. Qui † quod nouit loquitur † iudex iuſtitiæ eſt, qui autem mentitur, teſtis
a ¶Se obedire veritati.
eſt fraudulentus. Eſt qui promittit,
a ¶Dum deficit tempore tentationis. b ¶Promiſſi.
& quaſi gladio pungitur conſcientiæ, lingua autem ſapientium eſt ſanitas. † Labium veritatis firmum erit in perpetuum, qui autem teſtis eſt repentinus, concinnat linguam mendacij. Dolus in corde cogitantium mala, qui autem pacis † ineũt cõſilia, ſequitur eos gaudium. Non
a ¶Iuſtus vt leo confidit.
cõtriſtabit iuſtum quicquid ei ac-
a ¶Quia illico contriſtabuntur.
ciderit, impij autem replebuntur malo. Abominatio eſt domino la-
¶Veraciter.
bia mendacia: qui autem fideliter † agunt, placent ei. Homo verſutus celat ſcientiam, & cor inſipiẽtium † prouocat ſtultitiam. † Manus † fortium dominabitur, quæ aũt remiſſa eſt tributis ſeruiet. Mœror in corde † viri humiliabit eũ, & ſermone bono lętificabit. Qui negligit dam-
a ¶Chriſtum. ¶Vos amici mei eſtis. ¶Dum vel ſua retinere, vel aliena rapere gaudent. Vnde ſubdit: Non inueniet.
nũ propter amicum, iuſtus eſt, iter autem impiorum decipiet eos. Nõ inueniet fraudulentus lucrũ, & ſubſtantia hominis erit auri precium.

---

*tum operis, & ſic incurrit malum culpæ & pœnæ.*

C

h Effug. au. &c. *quia euadit remorſum conſcientiæ & pœnã gehennæ.*

i De fructu oris ſui. *ideſt de bona ſua doctrina.*

K Vnuſquiſq; re. bonis. *quia profectus diſcipuli redundat in meritum magiſtri: propter quod doctores ſacri non ſolum habebunt auream in cœlo, ſed etiam aureolam.*

(Margin: Aureã in cœlo doctores habebunt.)

l Via ſtul. recta &c. *ſicut habenti oculos humore ſanguineo repletos oĩa videntur rubea.*

m Fatuus indi. ſta. &c. *quia ſequitur paſſionem, & non rationem.*

1.Reg.10.e n Qui au. diſſi. iniu. &c. *ſicut Saul diſſimulauit ſe audire verba iniurioſa illorum, qui contemnebant ipſum electum in regem.*

o Qui quod nouit. *ſ. eſſe verũ loquitur, vnde in Hebręo hr̃: Loquẽs veritatẽ iudex iuſtitię eſt, qa p̃fert veritatẽ maxime in iudicio.*

p Qui autem men. *in iudicio.*

(Margin: † repromittit, vel inſpiratur malum)

q Teſtis eſt frau. *quia per hoc proximus defraudatur.*

r Eſt qui pro. &c. *& ſupple non ſoluit.*

s Quaſi gla. pung. &c. *quia conſcientia dictat ſibi q teneatur adimplere promiſſum.*

† anguſtijs

t Lingua au. ſap. &c. *quia ſicut promittit ita adimplet: & ſic eſt ibi quædam æqualitas verborum & factorum, ſicut ſanitas eſt adæquatio humorum.*

u Labiũ &c. *qa nõ variat̃ de vno in aliud.*

x Qui au. te. eſt re. &c. *quia ſtatim quod teſtificatus eſt inconſideratè nititur mendacijs tanquam verum colorare.*

y Dolus in cor. cog. &c. *quia tales quod non poſſunt adimplere poteſtate, cogitant adimplere doloſitate.*

z Qui au. p. ineunt con. *eis acquieſcendo.*

a Sequitur eos gau. *quod ſequitur ad pacem, ſicut triſtitia ad turbationem.*

b Non con. iu. *triſtitia deijciẽte à virtute.*

c Quicquid ei acciderit. *quia fortunã aduerſam patienter tolerabit.*

† iudex

d Impij autem. *impatientia fracti.*

e Reple. ma. *quia malo pœnæ ſuperueniet malũ culpæ, & poſtea gehẽnæ ſi perſeuerat.*

D

f Abominatio eſt do. la. *quia ipſe eſt veritatis regula.*

g Qui au. fi. ag. &c. *quia in hoc ei aſſimilantur. Aſſimilatio vero eſt cauſa dilectionis:*
Eccl.13.c *iuxta illud Eccle. Omne animal diligit ſibi ſimile.*

h Homo verſu. *ideſt aſtutus.*

i Celat ſci. *animum ſuum vſque ad tempus opportunum.*

K Et cor. in. pro. ſtul. *ſ. alienam contra ſe, quia ſtatim manifeſtat ſe per contumeliam.*

† inueniũt

l Manus for. do. *hoc patet in ſcripturis veteris no. Teſtamenti, q reges fortes alios ſubiecerunt ſibi: & remiſſi ſeruierunt alijs ſub tributo. Põt ẽt exponi de fortitudine mẽtis ſeu rationis quæ ſibi ſubijcit vires ſenſitiuas: ſi autem fuerit remiſſa, ſenſualitas ei dominabitur.*

m Mœror &c. *de aliqua offenſa Dei, quia nullus quantumcunque iuſtus de communi lege tranſit vitam præſentem ſine aliqua offenſa culpæ.*

n Humiliabit eum. *coram Deo per contritionem.*

† Sup.10.a miniſtrorum

o Et ſer. bo. *qui eſt in fideli confeſſione.*

p Lętificabitur. *quia ad talem confeſſionẽ ſequitur alleuiatio mentis & quędã lętitia.*

q Qui negligit damnum. *temporale.*

r Propter ami. *ideſt propter ſubleuationem amici.*

s Iuſtus eſt. *quia amicus eſt magis diligendus, quam lucrum temporale, ſed lucrum ſpirituale eſt magis diligendum, quam amicus.*

t Iter autem im. *qui dimittit amicum propter temporale lucrum.*

u Decipiet eos. *quia perdunt maius bonum pro minori, ſcilicet amicum pro lucro temporali: & frequenter etiam illo lucro defraudantur, ideo ſubditur:*

x Non inue. fra. &c. *ſicut ille qui nunciauit Dauid mortem Saulis ſperans inde reportare premium: reportauit autem mortis ſupplicium.*
2.Reg.1.e

y Et ſubſtan. hominis. *ideſt eius vita.*

z Erit auri precium. *ideſt precioſior auro.*

¶ a In ſemita

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lestia recipiet. Aliter nõ inueniet frau.ſu.&c. Qui fraudulenter ſimulat ſe eſſe bonũ: malè viuens in occulto nõ inueniet æterna bona. Qui aũt ſubſtantiã virtutũ veraciter acquirit: ex ea mercabitur claritatẽ regni perennis quod apertius ſubiungit: In ſemita iuſtitiæ vita. Semitam.i.ſubſtantiam acquirit virtutum: quibus æternę vitæ claritas auro pretioſior emitur.

e Qui autem il. *bonæ doctrinæ.*
f Non au.cum arg. *aure mentis: nec etiam aure corporis: vt frequẽter.*
g De fru.oris ſui ho.ſa.&c. *exponatur ſicut cap. præce.*
h Anima au.&c. *quia auertitur à Deo & iniquè agit contra proximũ.*
i Qui cu.os ſuum. *ab indiſcreta locutione.*

in ſemita iuſtitiæ vita: iter autem deuiũ ducit ad mortem.

## GLO. ORD. CAP. XIII.

Filius ſapi. Tantũ diſtat inter ſapientẽ & ſtultũ vt hic aliquando profectu eruditionis ad eũ, qui ſe docuerat docẽdũ perueniat, ille ne cũ arguit audiat.
b *Vult &c.* Vult regnare cũ dño & non pati pro eo: delectãt præmia cũ pollicẽtur, terrẽt certamina cũ iubent: de quo Iacob. Vir duplici aio inconſtans eſt in oĩbus v.ſu. Et Ieſus filius Sirach: Vę peccatori terram duabus vijs ingre.
c *Anima au.ope.* iuſſa dñica. impinguabitur. quia perfecta supernorũ dulcedine reficietur vnde: Sicut adipe & pingue.re.&c. Vel q pijs pro dño laboribus inſudãt: immarceſſibili corona donabũt.
d *Eſt quaſi di.* nõ verè: vt q induebat purpura & byſſo. Sed qa Deũ non habuit, cõperit in fine nihil eſſe qđ habuit. De quibus dr̃: Dormierũt ſomnũ ſu. & ni. in ve.viri.d.in ma. ¶ Pauper ecõtra videbat Lazarus q iacebat ad ianuã eius vlce.ple. Sed in multis erat diuitijs q virtutẽ habuit humilitatis: q cõditorẽ oĩm diuitiarũ.i. Deum corde geſtabat. Quid autem veræ diuitiæ valeant, quid vera paupertas agat, ſubditur: Redemptio animæ viri diuitiæ ſuæ.
e *Redem.anim.* Qui animã ſuã vult redimere a futura ira: cõgreget diuitias bonorũ operũ. Qui.n. his eget increpationẽ diſtricti iudicis ſuſtinere nõ valet: de qua: Dñe ne in fu.tuo arg.me: neq; &c. Alioquin pauperes nõ ibi increpãtur à dño: ſed benedictionẽ accipiunt à dño.
f *Subſtantia fe.mi.* Qui volũt diuites fieri, incidunt in tentationẽ, neq; ipſas diuitias quas acquirunt perpetuo poſſidẽt. Qui aũt pro accipienda ſubſtantia premiorum cœleſtiũ iuſtis inſiſtit laboribus: multiplicia supernæ beatitudinis munera percipiet: de quo: Spes quę differtur affligit animam.
g *Spes quæ di. &c.* Quia nimirũ quãdiu differtur ſpes æternorũ, affligitur aĩa fideliũ, vel ꝑdilatione bonorũ, vel illatione malorũ. At vbi venerit qđ deſiderat: facile obliuiſcitur qđ ſuſtinuerat: qa in æternũ viuere incipit cũ ſuo redẽptore: qđ tota intentione quærebat. Ipſe eſt enim lignum vitæ amplectentibus ſe.
h *Qui de.* Aliter is q malè rei detrahit ipſe ſe in futurũ obli. non vt pro tali detractione pœnas luat: ſed vt poſt detractionẽ cautius agat: qa qđ in alijs iuſtè reprehendit impunè non admittit, vnde: Qui predicas non furãdũ, fura. &c. Qui autẽ ti.pce.in pa. ver. Melius eſt ergo quẽq; ſibi timere ne Dei imperium preuaricetur: quàm aliorũ errata ſtulto ore lacerare. vnde: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto &c.

a Lex

†95.diſt.c. eſto.in ſi. — † i. audit eruditionẽ patris — †inf.12.b — Pſal.26.b — Luc.16.d — Pſal.75.a — Luc.16.e — † adducit in peccatũ — Iſa.6.a — 1.Tim.6.b — Rom.2.c — Gal.6.a

## NIC. DE LYRA.

a In ſe. *ſcilicet gratiæ & poſtea gloriæ.*
b Iter autem. *à rectitudine iuſtitiæ.*
c Ducit ad mor. *ſcilicet culpæ primo: & poſtea ad mortem gehennæ.*

## NIC. DE LY. CAP. XIII.

Filius ſapien. *In cap. præcedenti inducit Salomon ad ſuſceptionem diſciplinæ, & quia hæc ſuſceptio efficit ſapientẽ, ideo in hoc capite conſequẽter oſtẽdit diſciplinati ſapientiã, dicẽs:*
d Filius ſapiens &c. *quia in eo manifeſtè relucet.*

## CAP. XIII.

Filius ſapiens † doctrina patris: qui autem illuſor eſt, non audit cum arguitur. † De fructu oris ſui homo ſatiabitur bonis: anima aũt prę uaricatorũ iniqua. † Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuã: qui autem inconſideratus eſt ad loquendũ, ſentiet mala. † Vult & nõ vult piger: anima autem operantium impinguabitur. Verbum mendax iuſtus deteſtabitur, impius aũtẽ confundit & confundetur. Iuſtitia cuſtodit innocẽtis viam, impietas autem † peccatorũ ſupplantat. Eſt quaſi diues cũ nihil habeat, & eſt quaſi pauper cũ in multis diuitijs ſit. Redemptio animę viri diuitię ſuę: qui autẽ pauper eſt increpationem non ſuſtinet. Lux iuſtorum lętificat: lucerna autem impiorũ extinguetur. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: qui autem agunt omnia cũ conſilio, reguntur ſapiẽntia. Subſtãtia † feſtinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Spes quę differtur affligit animam: lignum vitæ deſideriũ veniẽs. Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat: qui autẽ timet pręceptum in pace verſabitur. Animę doloſę errant in peccatis: Iuſti autẽ miſericordes ſunt & miſerantur.

k Cuſto. animam ſuam. *ab aduerſariorũ inſidiatione: qui quęrunt aliquid rapere de ore hominis, vnde poſſint eum accuſare: ſic enim quærebant Phariſæi aliquid rapere de ore Chriſti. Et per oppoſitum ſubditur:*
l Qui au.incon.eſt &c. *& patet.*
m Vult & non vult pi. *quia bene vult obtinere bonum vtile vel honorabile: ſed laborem qui ad hoc exigitur non vult ſuſtinere, & ſic non vult efficaciter: ideo ſimilis eſt catto qui vellet piſces comedere: refugit tamen pedes in aqua ponere.*
n Anima au.ope. *adiecta pigritia*
o Impingua. *i. replebitur bonis ſpiritualibus, & etiam frequenter temporalibus.*
p Verbum men.iu.de. *tanquam diſſonum ab habitu iuſtitiæ quem habet in mente.*
q Impius au. &c. *proximum per mendacia ſua.*
r Et con. *quando de mendacio manifeſtè arguetur, quod frequenter contingit.*
s Iuſtitia cuſto. inno. viam &c. *hoc patet de Ioſeph vendito à fratribus ſuis, ne dominaretur eis, & propter innocentiam ſuam fuit cuſtoditus à domino, & factus eſt dominus ſuper fratres ſuos.*
t Eſt qua.di. cum ni. ha. *quando illud modicum quod habet: quod quaſi nihil eſt reputandum, ſufficit ſibi.*
u Et eſt quaſi pau.cum in mul.di. ſit. *hic eſt auarus cui nihil ſufficit: propter hoc dicit Hiero. antiquè dictum eſt: Auaro deeſt tam, quod habet, quàm quod non habet: quia propter auaritiam ſuam bonis habitis non vtitur.*
x Redemptio ani.vi.&c. *Vnde dixit Daniel Nabuchodonoſor: Peccata tua eleemoſynis redime & iniquitates tuas miſericordijs pauperũ.*
y Qui autem pau.eſt, incre.non ſuſti. *In Hebræo habetur: Qui tenuis eſt, ſcilicet in notitia diuinæ legis: vt exponit Ra.Sa. Increpationem non ſuſtinet propter defectum ſapientiæ: ſicut homo freneticus nõ ſuſtinet emplaſtrum fractus per impatientiam.*
z Lux iuſtorum. *i. proſperitas eorum quę per lucem deſignatur ſicut aduerſitas per tenebrã.*
a Lætificat po. *quia proſperitate ſua bene vtitur erga ipſum.*
b Lucerna autem impiorum. *i. proſperitas eorum.*
c Extinguetur. *in morte: vel extinguetur per infamiam: quia abutitur ſua proſperitate.*
d Inter ſu.ſemper iur.ſunt. *quia quilibet eorum nititur indebitè alium excellere.*
e Qui autem agunt omnia cum conſilio. *bonorum.*
f Reguntur ſa. *& non voluntate propria.*
g Subſtan.fe. *i. feſtinanter acquiſita: vt per rapinam vel vſuram.*
h Minuetur. *Dei iudicio quia malè acquiritur.*
i Quæ autem pau.col. ma. *ideſt debito modo acquiritur.*
K Multiplica. *propter iuſtam acquiſitionem.*
l Spes quæ differtur. *ideſt dilatio boni ſperati.*
m Affligit animam. *ipſius ſperantis vel expectantis.*
n Lignum vi.de.ue. *i. completio deſiderij eſt cauſa delectationis & gaudij quæ ſunt de bono præſenti.*
o Qui de.ali.rei. *eam vituperando.*
p Ipſe ſe in futu.&c. *ad non commendandum eam: quia ſic inboneſtè veniret contra verbum ſuum.*
q Qui autem ti.præce. *i. tranſgreſſionem pręcepti diuini.*
r In pace. *ſ. triplici: In pace interna, quantum ad conſcientiam: & fraterna, quia cum proximo facit iuſtitiam: & ſuperna, quia finaliter venit ad gloriam.*
s Animę doloſæ errant &c. *Hic verſus non eſt in Hebræo: ideo pertranſeo, & patet ſententia.*

e Qui — a Lex



a *Lex ſapi.* Ex quo homo ſapere incipit, vtitur hac lege, vt mortem vitet & vitam acquirat.
b *Conſilio.* maximè diuino quod eſt in ſcripturis. Fatuus.n. eſt qui extra hoc conſilium viuit: quamuis naturaliter prudens videatur, de quo rectè: Nuncius im.ca.in ma.
c *Qui cum ſa.* Quilibet ſimplex aut ruſticus qui arcana ſapientiæ cõprehẽdere nequit, ſi tamen exẽpla ſapientum viuendo ſectatur, iure inter ſapientes numerabitur.
d *Ami.ſtul.* Qui ſtultos, non quia homines ſunt, ſed ꝑꝑ ſtultitiã, quia mimi ſunt vel hiſtriones, vel huiuſmodi, non vt inſtruendo corrigat, amat: ſed vt fauendo deteriores efficiat: licet ſapiens videatur, ſtultorum damnatione tenebitur.
e *Bonus etc.* ſępe boni ſine filijs obeũt, & maiora præmia audimus promitti his q virginitatẽ nuptijs prepoſuerunt. Sed & ſubſtantiã iuſtorũ à peccatoribus tolli. Et Apoſto. glorificat eos, q rapinã bonorũ ſuorũ cũ gaudio ſuſceperũt. Vnde ſpiritualiter accipiendũ, qa bonus & iuſtus dñs eſt, q aſcẽdẽs celos, reliquit hæredes ſuæ doctrinæ Apoſtolos, & ſucceſſores eorũ, ad cuius fidẽ conuerſa eſt multitudo Gentiũ, q̃ erat ſubſtantia diaboli vñ: Cũ fortis armatus cu.atriũ.ſ. in pa.ſunt om.q̃ po. ſi aũt fortior illo ſuperue. oĩa aufert ei in quibus cõfidebat. Aliter. Iuſto cuſtoditur ſubſtãtia peccatoris: qñ ablatũ à Iudæis regnum Dei, & datum Gen.f.fr.e.
f *Multi ci.* Alius translator: Viri iuſti diuitijs annis multis fruentur: iniqui aũt peribũt breuiter. Nõ rectè facit q diuitias ſedulo cõgregat: & nõ pro redemptione animæ diſpenſat: ſed alijs diſpenſanda reſeruat. Vnde ſupra: Cuſtoditur iuſto ſubſtantia. *Alleg.* Multi ſunt cibi alimoniæ cęleſtis in dictis & exẽplis patrũ. Et nõ rõnabiliter facit qui legẽdis, meditandis, & exponendis inſtans nõ ſuæ ſaluti ſed aliorũ potius ſeruit. Talis.n. in noualibus.i. in operibus ſiue ſermonib⁹ patrũ optima inſtitutione excultis, nõ ſibi ſed alijs ſubſidiũ acqrit. Vtrique aũt ſenſui congruit qđ ſubdit.
g *Qui par. &c.* Nam & bonus pater filium, & diſcipulum magiſter catholicus, ne ad iniquitatem deflectat, ſolicitus erudit.

## GLO. ORD. CAP. XIIII.

Sapiens &c. *Deſtru.ma.* viuendo, & aliquãdo apertè repugnãdo. Quare autem ſapientiũ actus ſtulti lacerant, oſtendit cum dicit: Ambulans rec. &c. Abominatio eſt peccatoribus, bonorum religio: ſtultũq; videt incredulis, cũ fideles ꝑꝑ Dei amorẽ aduerſa ſuſtinẽt mũdi: & tormenta deridẽt eorũ q occidũt corpus, de q̃bus apertè ſubdit: In ore ſtul. &c.
i *In ore.* quia ſtulti per vaniloquium humiles quos deſpiciunt affligunt, ſed per doctrinam ſapientium ne decipiantur ſe muniunt.

a Vbi

## NICOL. DE LYRA.

a Lex ſapien.&c. *Lex ſapientis dupliciter dicitur: Vno modo, quia data eſt à ſapiente & ſic lex diuina quæ data eſt à Deo immediate, cuius ſapientiæ non eſt numerus: & quælibet lex alia iuſta quæ datur à Deo mediante tamen legiſlatore creato eſt fons vitæ, quia in ea hauritur debitus viuendi modus: ideo ſubditur:*
b Vt decli. *ideſt declinare faciat.*
c A ruina mor. *culpæ & gehennæ. Alio modo dicitur lex ſapientis: quia obſeruatur à ſapiente: & hoc etiam modo lex diuina, & quælibet alia iuſta dicitur fons vitæ: quia ſapiens ibi haurit debitum modum viuendi: & per hoc declinat à ruina mortis culpæ & gehennæ.*
d Doctri.bo. *docti & audienti, quibus dat gratiã diuinã & humanã.*
e In itinere contemptorum. *bonæ doctrinæ.*
f Vorago. *quia ruunt de peccato in peccatum vſque ad profundum. vnde dr̃ infrà. Impius cum in profundum peccatorũ venerit, contemnit.* Infra 18.a

Lex ſapientis fons vitæ, & vt declinet à † ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiam: † in itinere contemptorum vorago. Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autẽ fatuus eſt aperit ſtultitiam. Nuncius † impij cadet in malũ. Legatus fidelis ſanitas. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam, qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur. Deſiderium ſi compleatur delectat animam: deteſtantur ſtulti eos qui fugiũt mala. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit, amicus ſtultorum † ſimilis efficietur. Peccatores perſequitur malum: & iuſtis retribuentur bona. Bonus relinquet hæredes, filios, & nepotes: & cuſtoditur iuſto ſubſtãntia peccatoris. Multi cibi in † noualibus patrum, † & alijs congregantur abſque iudicio. † Qui parcit virgæ, odit filium ſuum, qui autem diligit illum, inſtanter erudit. Iuſtus comedit & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſaturabilis.

## CAP. XIIII.

Sapiens mulier ædificat domũ ſuam: inſipiens extructã quoq; deſtruet manibus. Ambulãs recto itinere, & timẽs Deũ, deſpicitur ab eo qui infami graditur via. In ore ſtulti virga ſuperbiæ, labia ſapien-

g Aſtutus. *in pecdi euaſione.*
h Omnia agit cũ cõ. *& nihil præcipitãter.*
i Qui au.&c. *præcipitanter agendo.*
K Aperiet ſtul. *fatuitatẽ ſuã manifeſtãdo.*
l Nuncius impij. *i. ab homine impio miſſus: & pro negocio impio.*
m Cadet in ma. *ſcilicet culpę & pœnæ.*
n Lega. *i. à fideli miſſus & ꝓ negocio fideli.*
o Sanitas. *quia reddit bonam diſpoſitionem inter homines: ſicut ſanitas in corpore.*
p Egeſtas. *loco boni vtilis.*
q Et igno. *loco boni honorabilis.*
r Et qui de.di. *quia per obſeruationem diſciplinæ bonũ vtile et honorabile acquirunt.* † impius alter
s Qui autem &c. *ſe humiliter corrigendo.*
t Glorifi. *ideſt honorificabitur coram multis in præſenti & in futuro.*
u Deſiderium. *quia ſicut deſideriũ eſt boni non habiti, ita delectatio eſt boni adepti.*
x Deteſtantur. *quia non reputant niſi bona ſenſibilia quæ tamen vt communiter ſunt mala, & ideo fugam verè malorum, iudicãt fugam vere bonorum.*
y Qui cum ſa.&c. *ſe eis conformando.*
z Sapiens erit. *Et ſimiliter conformans ſe ſtultis ſimilis efficietur.*
a Peccato.perſequi. ma. *ſ. pœnæ quod eos finaliter comprehendet: ſicut retributio bonorum reſeruatur iuſtis.*
b Bonus homo reli.hære.&c. *vnde de patribus ſanctis frequenter dicitur in veteri teſtamento, ꝙ viderũt filios ſuos & filiorum ſuorum in tertiam & quartam progeniem quos reliquerunt in mũdo poſt mortẽ ſuam.*
c Et cuſto.ſubſtan. &c. *ſicut bona Nabal impij fuerunt cuſtodita ipſi Dauid accipienti Abigail in vxorem.* 1.Reg.25.g
d Mul.ci.in no.pa. *quod poteſt exponi dupliciter. Vno modo de cibis corporalibus: qa patres antiqui ſuis laboribus coluerunt terras prius incultas: quæ dicuntur noualia: & ſic multiplicati fuerunt cibi corporales in ſuſtentatione ſequentium: ideo ſubditur:*
e Et alijs congre.&c. *abſq; eo labore ſuo: quia non conſequuntur talia quaſi mercede ſui laboris in quo eſt quædam executio iuſtitiæ: quæ propriè iudicium. Alio modo exponitur de cibis mentis, quia antiqui patres & multi philoſophi multum laborauerunt in inuentione ſcientiarum & artium quibus poſteri vtiuntur abſque tali labore.* † inf.23.b Eccl.30.a
f Qui par.vir.&c. *quantum ad animã ſubtrahendo ei debita diſciplina: licet eum diligat quantum ad corpus inordinatè.*
g Iuſtus co.& re.&c. *quia ſufficit ſibi quod apponitur.*
h Venter au.impi.inſa. *quia non ſufficiunt eis quę apponuntur, ſed ſemper quęrunt lautiora & magis delicata.*

## NIC. DE LY. CAP. XIIII.

Sapiens mulier. *Superius Salomon commendauit ſapientiam in ſexu virili: hic in principio huius capituli commendat eam in ſexu muliebri dicens:*
i Sapiens mu.ædi. do. ſuam. *i. ſaluat eam & ampliat: ſicut Abigail domum ſuam ſaluauit, refrenando iram Dauid.* 1.Reg.25.d
K Inſipiens ex. quoq; de.ma. *i. operibus ſuis malis quę per manus deſignantur: ſicut Iezabel inducens virum ſuum Achab, & prolem ſuam ad idololatriam: propter quod tota domus illa per Iehu fuit deſtructa.* 3.Reg.9.g
l Ambulans recto iti. *per viam virtutis.*
m Et timens Deum. *timore filiali.*
¶ Quæ non amat requiem ſibi in hoc exilio.

ducunt ad mortẽ. Anima † laborantis laborat ſibi: quia compu-

¶ Vnde: Vt inique agerent laborauerunt.

lit eum os ſuum. Vir † inſipiens fodit malum: & in labijs eius * ignis ardeſcit. Homo † peruerſus

¶ Diſcordiam ſeminando.

ſuſcitat lites, & † verboſus ſeparat principes. Vir iniquus lactat amicum ſuũ: & ducit eum per viam non bonam. Qui † attonitis oculis cogitat † praua: mordens labia ſua perficit malum.

¶ Maturitas mentis.

Corona dignitatis ſenectus: quæ

¶ Maius eſt ſe à ſe ſuperari quã ea q̃ extra ſe ſunt.

in vijs iuſtitiæ reperietur. Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbiũ. Sortes mittuntur in ſinum, ſed à domino † tẽperantur

K Dulcedo animæ ſanitas oſſium. *id eſt bona diſpoſitio & robur corporis, quibus exiſtentibus anima dulciter viuit in corpore. Poteſt etiam hoc exponi de robore ſpirituali, quod conſiſtit in virtutibus intellectualibus & moralibus, in quibus anima delectatur tanquam in ſuis perfectionibus.*

l Eſt uia quæ uidetur homini recta, & no. *Exponatur vt ſuprà 14.* — *ſupra 14.c*

m Anima laborantis. *id eſt homo laborans, eo modo loquendi quo totum denominatur à parte digniori.*

n Laborat ſibi. *id eſt propter neceſſaria vitæ ſuæ & familiæ.*

o Quia compu. eum. *ſ. ad laborandum.*

p Os ſuum. *Eo enim ipſo quod oportet eum comedere, oportet eum laborare. propter quod dicit Apoſtolus. Qui non vult operari, non manducet.* — *2. Theſſal. 3.*

q Vir inſipiens fodit malum. *i. quærit cum diligentia, ſicut fodiens theſaurum inclinatus ad hoc ex habitu malo.*

r Et in labiis eius ignis ardeſcit. *ſ. ignis iracundiæ & ſuperbiæ.*

s Homo peruerſus ſuſcitat lites. *Exemplum de Siba filio Bochri.* — 2. Regum. 20.a

t Et uerboſus ſeparat princi. *Sicut Doeg ſeparauit Saul à Dauid genero ſuo.* — *1. Reg. 21.b*

u Vir iniquus la. ami. ſuum. *Ei adulando.*

x Et ducit eum. *Per talem adulationem.*

y Quia attonitis oculis. *Hic ponit duo ſigna hominis cogitantis mala. vnum eſt quod habet oculos attonitos ex intenſa cogitatione ad malum, & ſic obſcuratur viſus exterior: quia motus maiores expellunt minores, ſecundũ Philoſophum. Secundum eſt quod mordet labia ſua. ex imaginatione enim perficiendi malum mouentur dentes ad talem actum, ideo dicitur:*

z Mordens la. ſua perfi. ma. *id eſt imaginatur perficere.*

a Corona digni. ſenec. *i. debetur ſenectuti non cuicunque ſed bonæ, ideo ſubditur:*

b Quæ in uiis iuſti. repe. *ſ. proceſſiſſe.*

c Melior eſt patiens uiro forti. *Fortitudine corporali, quantò melior eſt anima corpore. Patientia enim propriè eſt fortitudo animæ, per quam æquanimiter tolerat aduerſa.*

d Et qui dominatur animo ſuo. *Per repreſſionem concupiſcentiarum.*

e Expugnatore urbium. *Propter quod Diogenes Philoſophus dixit Alexandro magno, qui multas urbes expugnauerat, quòd erat ſeruus ſerui ſui: quia Diogenes per rationem dominabatur ſuo ſenſitiuo appetitui: Alexander verò magis ſeruiebat ſuo appetitui ſenſitiuo.*

f Sor. mittuntur in ſinum. *i. in aliquo loco occulto, vt inde recipiantur fortuitu, vel ſine prouiſione humana.*

g Sed à domino temperantur. *Ex diuina enim prouidentia prouenit quod talis ſors cadat ſuper talem. Ad maiorem huius autoritatis intelligentiam quæritur hic, vtrum vti ſortibus ſit licitum? Ad quod dicendum, quòd vti ſortibus eſt ex uario euentu ſeu diſpoſitione alicuius rei ſenſibilis propoſitæ, determinare aliquod dubium vel incertum: ſicut ex feſtucis propoſitis per hoc quod aliquis accipit breuiorem vel longiorem, ſeu in proiectione taxillorum ex hoc quod aliquis proijcit plura vel pauciora puncta, vel ex conſimilibus aliquod dubium inter homines determinatur, etſi hoc fiat ad alicuius rei diuiſionem inter homines, vt per hoc determinetur quis quam partem accipiat, vocatur ſors diuiſoria. Si autem hoc fiat ad aliquid determinatè agendum, vocatur ſors conſultoria. Igitur ſi diſpoſitio vel euentus ſortium expectetur à fortuna tantum, nullum eſt vitium: vt ſi mittãtur ſortes ad determinandum inter homines, quis quã partem accipiat alicuius rei, & ex hoc cõi conſenſu committitur fortunæ. Cauſa tñ motiua poteſt eſſe peccatum, vt ſi propter cupiditatẽ propriam vel aliud vitium non poſſint concorditer alio modo diuidere. Si autem diſpoſitio ſortium vel euentus non expectetur ſolum à fortuna, ſed ab alia cauſa, hoc eſt dupliciter. Vno modo à cauſa corporali, vt à diſpoſitione ſtellarum: & ſic cum actus ſtellarum ad hoc ſe non extendat, ſuperſtitioſum eſt & illicitum, & non caret occulto pacto dæmonum. Alio modo quia expectatur euentus & diſpoſitio ſortium à cauſa ſpirituali dirigente. & hoc eſt dupliciter. Vno modo à dæmone, & hoc eſt illicitũ: quia includit familiaritatem & pactum cũ dæmonibus. Alio modo à Deo expectatur immediatè vel mediantibus ſanctis Angelis: & hoc non eſt illicitum ſecundum ſe, ſi fiat cum debita reuerentia: vnde dr hic: Sortes mittũtur in ſinũ, ſed à dño tẽperantur. Põt tñ in hoc quadrupli-*

Margin: † eſt intelligentia domini ſui. — † eius — † ad ficta, ſtupuli moleſta eſt. — † impius hel. — * velut † volubilis † ſuſurro — D — † annuit oculis ſuis. — † mala — † eſt omne iudiciũ eorum. — An vti ſortibus ſit licitum.

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Melius eſt hu. *Propter quod dicit in pſ. Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.*

b Qui ſa. eſt cor. *Abſque tamen doctrina aliorum appellabitur prudens, id eſt denominari poteſt ab habitu ipſum perficiente.*

c Et qui dulcis eſt eloquio. *ita quod cum ſapientiæ habitu exercetur in doctrinæ actu.*

d Maiora reperiet. *Quoniam non ſolùm habebit auream, ſed etiam aureolam, quæ debetur actui docendi, ideo ſubditur:*

e Fons vitæ eruditio poſſidentis. *i. erudire potentis per ſapientiam ſuam & eloquentiam. Sicut enim riuuli deriuantur à fonte, ſic aquæ ſapientiæ deriuantur ad alios à tali doctore.*

f Doctrina ſtul. *Quia de ſacco non exijt niſi quod intus habetur.*

g Cor ſapientis erudiet os eius. *Dirigens ipſum in loquendo.*

h Et labiis illius addet gratiam. *Quia eloquentia per ſapientiam directa efficitur magis gratioſa.*

i Fauus mellis uerba compoſita. *Quia ſunt dulcia auri, ſicut fauus mellis ori.*

K Dul-



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

A ¶ drupliciter peccato incidere. Primò ſi abſque vlla neceſſitate ad ſortes recurratur: hoc enim videtur ad Dei tentationem pertinere, vnde dicit Amb. ſuper Lu. Qui ſorte eligitur, humano iudicio non comprehenditur. Secundò ſi aliquis etiam in neceſſitate abſque reuerentia debita ſortibus vtatur, vnde ſuper Act. Apoſtolorũ dicit Beda. Si qui neceſſitate aliqua compulſi Deum putant ſortibus Apoſtolorum exemplo eſſe conſulendum: videant hoc ipſos Apoſtolos non niſi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuſis egiſſe. Tertiò ſi diuina oracula ad terrena negotia conuertantur, vt dicit Aug. ad inquiſitiones Ianuarij: His qui de paginis Euangelicis ſortes legunt, etſi optandum ſit vt hoc potius faciãt quàm ad dæmonia conſulenda concurrant: tamen mihi diſplicet iſta conſuetudo ad negotia ſecularia & ad vitæ huius vanitatem diuina oracula velle conuertere. Quartò ſi in electionibus eccleſiaſticis quæ ex ſpiritusſancti inſpiratione fieri debent aliqui vtantur ſortibus. vnde dicit Beda ſuper Actus Apoſtolorum: Matthias ante Pentecoſtem ordinãdus ſorte quæritur, quia ſ. nondum erat plenitudo ſpiritusſancti in eccleſia effuſa. Septẽ autem diaconi poſtea non ſorte, ſed electione diſcipulorum ſunt ordinati. Secus autem eſt in tẽpalibus dignitatibus: quæ ordinantur ad terrena diſponẽda, & ideò in electione illarũ pñt homines vti ſortibus, ſicut & in diuiſione rerũ tẽpaliũ, vt pdictũ eſt. Si verò aliqua neceſſitas alia ab electione dignitatis eccleſiaſticæ immineat, licitũ eſt cũ debita reuerentia ſortibus diuinũ auxiliũ implorare, vnde dicit Aug. in epiſt. ad Honoratũ: Si inter Dei miniſtros ſit diſceptatio, q eorũ tẽpe perſecutionis maneant, ne fuga oĩum & qui eorũ fugiãt, ne morte oĩum deſeratur eccleſia: ſi hæc diſceptatio aliter non poterit terminari quantum mihi videtur qui maneant & qui fugiant, ſorte eligendi ſunt. Et hoc modo vſi ſunt ſortibus viri ſancti qui in ve. ac. no. teſt. vſi fuiſſe ſortibus leguntur, ſicut Ioſue iudicio ſortium puniuit Acham, Ioſue 7. & Saul deprehendit Ionatham filium ſuum mel comediſſe. 1. Reg. 14. & Zacharias ſorte exijt vt incenſum poneret, Luc. 1. & ſic patet reſponſio ad quæſtionem. C

Ambr. ſuper Lucam.
Beda ſuper Actus Apoſtolorum.
Aug. ad inquiſitiones Ianuarij.
Apoſtoli quõ & quando ſorte vſi fuerint.
Beda vbi ſu.

## GLOS. ORDIN. CAP. XVII.

MElior eſt buc. Melius eſt parua bona cum charitate facere ſine ſcientia prædicandi: hoc eſt enim ſiccam buccellam eſſe, quàm magis effulgere virtutibus cum admiſtione diſcordiæ.

b *Corona ſe.* Senes, patriarchæ, prophetæ qui à filijs filiorum. i. ſucceſſoribus Apoſtolorum digna laude celebrantur, & gloria eſt prædicatorũ noui teſtamenti, qui veterũ patrum filij eſſe meruerunt.

c *Gemma.* Qui præmia futura fideliter expectat, & quaſi gemmæ ſplendidiſſimæ poſſeſſione lętatur: pro cuius acquiſitione ſapiens negotiator omnia uendidit. Hic ſiue pſpera ſiue aduerſa contigerint, à ſua intẽtione non flectitur, prudenter intelligens. Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

† Deus Rom. 8.

d *Semper iur.* Angelus crudelis: immundus ſpiritus, qui à domino contra peccatores mittitur, ut in præſenti affligat vt Ægyptios: vnde: Miſit in eos iram indignationis ſuæ, vſq; per Angelos malos. Vel etiam poſt mortem ad interitum rapiat ęternum. Econtra: Immittit Angelum dominus, in circu. &c.

Pſ. 77. a
Pſ. 33. b
B

e *Expedit ma. vr.* Facilius erat ſanctis doctoribus furori Gentilitatis occurrere, raptis ad ſe populis aliquibus, & à beſtiali eius ſęuitia, ad fidei pietatẽ prædicando conuerſis, q̃ in hæretico confidenti in ſui perfidia dogmatis, quia ibi contra exteros, hic contra viſcera ſua certamen agebant. Poteſt in vrſa hoſtis antiqui malitia intelligi, ſcui fętus rapimus, cũ eos qui filij ſui erant, catechizando, baptizando Dei filijs adiungimus, & hoc ſępe facilius fit q̃ hæreticũ ad fidem rectam reuocare, vel catholicum prauè agẽtem ad bonum opus reducere.

† Vt lapis pretioſus eſt munus in oculis domini ei⁹ ad omnẽ locum ad quẽ ſe verterit pſperabitur.

f *Qui dimittit.* Aquam dimittere eſt linguam in fluxa eloquia relaxare: Quod contra in bonam partem dr̃: Aqua pfunda verba, ex ore viri. Qui ergo dimittit aquã, caput eſt iurgiorum, qa qui linguam non refrenat, concor-

## Caput XVII.

MElior eſt buccella ſicca cũ † gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. Seruus ſapiens dominabitur

a ¶Vel partem inter eos accipiendo vel vnicuiq; ſicut arbiter aſſignando.

filijs ſtultis: & inter fratres hęreditatẽ diuidet. Sicut igne † probatur argentum, & aurũ camino: ita corda probat † dominus. Malus † obedit linguę iniquę: & fallax obtemperat labijs mẽdacibus. † Qui deſpicit pauperẽ, exprobrat factori eius: & qui in ruina lętatur alterius, non erit impunitus. Corona ſenum filij filiorum, & gloria filiorũ patres eorum. Nõ decẽt ſtultum verba compoſita: nec principem labium † mẽ-

a ¶Expectatio vitæ æternæ quaſi gemmæ poſſeſſio lætificat expectantem.

tiens. † Gẽmma gratiſſima expectatio præſtolantis: quocũq; ſe vertit,

a ¶Primus ſermo eſt cum fit delictum, alter cum manifeſtatur.

prudenter intelligit. Qui celat delictum, quærit amicitias: q altero ſer-

¶Alias alto.
a ¶Scilicet delictum.

mone repetit, ſeparat † fęderatos. Plus proficit correctio apud prudẽtem, quàm cẽtum plagę apud ſtultum. Semper iurgia quærit malus:

¶Diabolus.

Angelus autẽ crudelis mittetur cõtra eum. Expedit magis vrſę occur-

a ¶Gentilitate vel diabolo.
a ¶Conuerſis ad fidem. b ¶Hæretico.

rere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua. Qui

a ¶Doctrina ſua praua.
¶Retributio quam Deus neſcit.

reddit mala pro bonis, non recedet malũ de domo eius. † Qui dimittit

¶Corpore vel familia. ¶Non refrenat linguam ſuam.

parte, & frequenter illis qui prudenter ſeruiunt patri.

g Et inter fra. hæ. di. *i. habet hæreditatem cum fratribus. Alio modo exponitur de Ioſue miniſtro Moyſi, qui ſucceſſit ei in ducatu populi Iſrael, & non filij Moyſi. Diuiſit etiam hæreditatem duodecim tribubus, ut patet libro Num. & Ioſue.*

h Sicut igne probatur. *Quia ſicut aurum magis examinatur quam argentum, ita dominus maiori tribulatione examinat corda magis fortium quàm minus: vnde dicit Apoſtolus. Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, & ſecundum hoc dixit beatus Sixtus ad ſanctum Laurentium: Nos quaſi ſenes leuioris pugnæ curſum recipimus, te autem quaſi iuuenem glorioſior de tyranno expectat triumphus.*

i Malus obedet lin. iniquæ. *id eſt tyranno præcipienti iniqua.*

K Et fallax obtem. *Quia ſecundum iudicem populi, & ſic miniſtri eius.*

l Qui deſpicit pauperem. *Exponatur vt ſuprà 14.*

m Et qui in rui. lę. alte. *Per ſe & directè.*

n Non erit im. *Quia in hoc peccat. Secus eſt autem ſi lętatur in ruina alicuius per accidens, vtpote, quia ille eſt malus homo turbãs aliorum pacem, & ſic ceſſat hoc malum. Lætari autem per ſe de pace reddita populo, & per accidens de ruina perturbantis eam, eſt licitum.* D

o Corona ſenum. *i. honor eorum.*

p Filij fi. *Vnde ad gloriã plurium patrũ ve. teſta. dr̃, quod viderunt filios & filias filiorũ vſque in tertiam & quartam generationem.*

q Gloria filiorum patres eo. *In hoc enim gloriantur, quòd de bonis patribus & nobilibus ſunt orti.*

r Non de. ſtul. *Hoc eſt dictum, nõ eſt decẽs, quod ſtulto imponatur aliqua ambaſiata, in qua oportet habere verba compoſita.*

s Nec prin. *Quia debet eſſe regula aliorũ, ad quod requiritur ueritas labiorum.*

t Gemma gratiſſima expe. præ. *i. res expectata à deſiderante, eſt quaſi lapis pretioſus in oculis eius.*

u Quo. ſe ver. *i. in quocunque negotio.*

x Prudenter intelligit. *i. diligentiam apponit, vt prudenter agat ne ſuo deſiderio defraudetur. Aliter exponitur de expectatione regni cęleſtis, quod dicitur pratioſa margarita, Mat. & talis in omni tẽpore ſtudet prudenter agere ne fraudetur ſua expectatione.*

y Qui celat delictum. *Alterius.*

z Quærit amici. *Illius.*

Qui altero ſermone repetit. *Sine cauſa iſta publicando.*

b Separat fęderatos. *Quia rumpit fędus inter ſe & illum.*

c Plus profi. corre. *ſ. fraterna.*

d Apud pru. *Qui eam recipit.*

e Quam centum plagæ apud ſtultum. *Qui non emendatur verbo vel verbere.*

f Semper iur. *Ad hoc inclinatus ex complexione vel aſſuefactione.*

g Angelus autem crudelis. *id eſt nuntius iudicis.*

h Mittetur con. e. *Ad eum incarcerandum uel occidendum tanquam ſeditioſum.*

i Expedit ma. *Quia homo deſtitutus à lege & iuſtitia qui dicitur hic ſtultus eſt peſſimum animalium, vt dicitur. 1. Polit.*

K Qui red. ma. pro. *Quia iſta eſt ingratitudo mala & maximũ vitium.*

l Qui dimittit aquam. *Bibens vinum nimis forte.*

## NIC. DE LY. CAP. XVII.

- confidẽti ſibi.

MElior eſt buc. *Superius Salomon repreſſit irę impetum, hic reprimit triplicem eius effectum in tribus cap. ſequentibus: tñ ſicut dixi ſuprà, iſta diuiſio & conſimiles accipiuntur ſecundũ principia cap. & non ſecundum proſecutionem eorum. Primus autem iræ effectus eſt iurgium, de quo dicit:*

a Melior eſt buc. *id eſt paruum fruſtum panis.*

b Sicca. *i. ſine pulmento.*

c Cum gaudio. *i. hilariter data.*

d Quam domus plena victi. *i. magnis epulis.*

e Cum iur. *vnde dicit Poeta: Super omnia vultus Acceſſere boni.*

Ouidius 8. Metamor.

f Seruus ſapiens. *Hoc videtur impletum Pariſijs & in pluribus ciuitatibus alijs: quia filij ſtulti vendunt hæreditatem paternam ſaltem in parte,*

¶ a Caput



concordiam diſſipat vnde contrà: Qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat. A

a *Quid prodeſt.* Quid prodeſt populo Iudæorum infideli habere diuitias ſcripturarũ, cum in his intelligere Chriſtum non poſſit? Quid hæretico eiſdem abundare diuitijs, cum vnitatem fidei in eis diſcernere nequeat? Quid malo catholico expedit diuitias habere rectę fidei, cum ſapientiam pię actionis habere neglexerit?

b *Omni tempore.* Qui Deum verè amat, omni tempore eius cuſtodit amorem, neque in anguſtia paſſionis deſerit, quem in pacis tranquillitate confeſſus eſt.

c *Homo ſtul.* Stultus eſt, qui cum fratris ſui animam ſuſcipiat regendam, de ſuis gloriatur actibus, & non potius ei humili cõpaſſione quicquid poteſt, auxilij ſalutaris impendit.

d *Animus gaudens.* Qui interna ſanctiſpiritus conſolatione lętatur, etiã bonæ actionis flore decoratur: & fructum cęleſtis præmij expectat: qui verò triſtitia ſeculi (quæ mortem operatur) angit, pinguedinẽ diuinæ charitatis i robore virtutũ quas exercere videtur, habere nullatenus valet: ſed quaſi oſſibus, exiccatis marceſcit, quia in bonis quæ facit gloriam dilectionis amiſit.

e *In fa. pru.* In facie Chri lucebat ſapiẽtia deitatis vel diuinitatis, qa in carne apparẽs, virtutem & doctrinæ teſtimoniũ oſtẽdebat: ſed oculi Iudęorũ terrenis poti⁹ quã eius monitis intẽdebãt. Generaliter. Sępe prudẽtes grauitatẽ ſenſus ĩ ipſo frontis hoſpitio pmõſtrant, nec tñ ſtulti ad imitandũ oculos attollũt, ſed qualiter ad finẽ voluptatum pertingant, tota intentione pquirunt.

B f *Non eſt bo.* Et de ipſo iudice ac principe ſeculorũ qui p noſtra ſalute pcuti voluit, accipi põt, & de oĩbus rectoribus eccleſiæ, q vel facultatibus nudati ab ĩpijs, vel ipſa ſunt morte conſumpti.

aquam, caput eſt iurgiorum: & antequam

a ¶Diſcretionis.

† patiatur contumeliam, iudicium deſerit.

a ¶Non miſerearis pauperis in iudicio. b ¶Barrabam.

Et qui iuſtificat impium, & qui cõdemnat

a ¶Chriſtum. b ¶Etſi non apud ſe.

iuſtum: abominabilis eſt vterq; apud † deũ.

a ¶Scripturarum vel rectę fidei.
b ¶Iudæo vel hæretico vel malo catholico.

† Quid prodeſt habere diuitias ſtulto: cùm

a ¶Chriſtum vel vnitatem vel actiones.
b Qui ſe exaltat, humiliabitur.

ſapiẽntiam emere non poſſit? Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinam, & qui

¶Non horanẽ.

euitat diſcere, incidit in mala. Omni tempo

a ¶Deum. b ¶Qui facit voluntatem pa. &c. c ¶Paſſionis.

rẽ diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtijs comprobatur. Homo ſtultus † plaudet

a ¶De hono. ẽ.
a ¶Deo. b ¶Cuius animam ſuſcipit regendam.

manibus, cùm ſpoponderit pro amico

a ¶Diſperdat dominus vni. la. do. & lin. mag.

ſuo. Qui meditatur diſcordias, diligit rixas, & qui exaltat os ſuum, quærit ruinam.

a ¶Ex quo debet procedere vita.

Qui peruerſi cordis eſt, non inueniet bo-

a ¶Qui bilinguis eſt. ¶Nigrum in candida vertit. b ¶Gehennæ.

num: & qui vertit linguam, incidet in malum.

a ¶Peccator.

† Natus eſt ſtultus in ignominia ſua:

a ¶Deus vel prædicator.

ſed nec pater in † fatuo lætabitur. Animus

a ¶Conſolatione ſpiritusſancti. b ¶Actiones vnde fructus celeſtis.
c ¶Seculi triſtitia, quæ operatur mortem.

gaudens ętatem floridam facit: ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Munera de ſinũ impius

a ¶A pinguedine charitatis. b ¶Virtutes. c ¶Occulte.
¶Iudex aliquis.

accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. In facie prudentis lucet ſapiẽntia: oculi ſtulto-

a ¶Chriſti. b ¶Diuinitatis.
a ¶Iudæorum. b ¶Terrenis. c ¶Dolor. d ¶Dei vel prædicatoris.

rum in finibus terræ. Ira patris filius ſtultus, & dolor matris quæ genuit eum. Non

a ¶Eccleſiæ. ¶In fide.
a ¶Mortis vel facultatis. b ¶Chriſto vel ſanctis.

eſt bonum damnum inferre iuſto: nec percutere principẽ qui recta iudicat. Qui mo-

¶Chriſtum vel rectorem eccleſiæ. ¶Prohibe linguam tuam à malo.

deratur ſermones ſuos, doctus & prudens

¶Eſt.

eſt: & pretioſi ſpiritus uir eruditus. Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur, & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens.

f Qui altam fa. do. *Iſte verſus non eſt in Hebr. ideo pertranſeo, quia ſententia ſatis patet.* C

g Omni temp. di. *ſ. tẽpore aduerſitatis, ſicut & tempore proſperitatis.*

h Qui ami. eſt. *Verus & certus.*

i Et frater in anguſtijs. *Succurrendo fratri in magnis anguſtijs, ſicut Ioſeph ſuccurrit fratribus ſuis fame afflictis.*

Gen. 42. a

K Homo ſtultus plau. *Quaſi gaudens, & non curans.*

l Cum ſpo. pro ami. ſuo. *In Heb. habetur: pro ſocio ſuo, periculosè obligans ſe pro eo: & tamen deberet ſollicitari de liberatione ſua & amici ſui, ſicut etiam dictum eſt ſuprà. 6. cap. Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo &c.*

† dominũ
Supr. 6. a

m Qui me diſcor. *Seminare.*

n Dili. ri. *Quia ſequitur ad diſcordias.*

o Et qui exal. *Se iactando & alios contemnendo.*

- Qui altã &c. hic verſus non eſt in Heb.

p Quærit rui. *Licet præter intentionem ſuam, quia talis exaltatio eſt inimicorum acquiſitio.*

q Qui per. cor. eſt. *Quia alijs efficitur odioſus, & quia in ſemetipſo eſt diuiſus pp ſynderesim recalcitrantem malo & ſenſualitatem ad malum inclinantem. propter quod dicit Philoſophus. 8. Ethic. quod malus non habet amicitiam ad alterum, neque ad ſeipſum.*

† eſt cui de Extimanos (vadẽ te obruit) & ſponſio fit pro proximo ſuo.

r Et qui uer. lin. *In præſentia adulando, & in abſentia diffamando.*

Ariſt. 8. Moral. ad Nicomach.

s Incidet in ma. *Culpæ & penæ.*

t Natus eſt ſtultus. *Quia ab alijs deſpicitur: vnde patri occaſio triſtitiæ tribuitur.*

u Animus gau. æta. flo. fa. *Quia vitã producit vſque ad caniciem.*

x Spi. tri. *Et ſic abbreuiat vitam, qa triſtitia eſt paſſio mortificatina.*

y Mune. de ſi. *i. in occulto tradita.*

z Impius ac. *ſ. iudex.*

a In fa. pru. *Per maturitatem & honeſtatem, quia diſpoſitio cordis magis apparet in facie, in qua ſunt omnes ſenſus, quàm in partibus alijs.* D

b Oculi ſtul. in fi. ter. *i. habent vagos aſpectus, ſicut cor varios cogitatus.*

c Ira pa. fi. ſtu. *Quia pater repręſentatur in filio, & ſic ſtultitia eius redũdat in patrem ſimiliter & in matrem.*

d Non eſt bo. &c. iuſto. *Cui debetur honor & bonum.*

e Nec per prin. *i. occidere. ſicut Iſmahel peſſimus interfecit Godoliam, qui rectè iudicabat populum.*

Iere. 41. a

f Qui mode. ſer. ſu. *Ita quod nihil eſt ibi ſuperfluum nec diminutum.*

g Doctus & pru. eſt. *qa hoc eſt valde difficile: circa qđ eſt magna virtus.*

h Et pretioſi ſpi. *i. animæ.*

i Vir erud. *in ſcientia & moribus: ex quibus pretioſitas animæ attenditur.*

K Stul. quoq; ſi ta. *inter ſapientes.*

l Sapiens repu. *Ab ignorantibus ipſum, credentibus hãc taciturnitatẽ pcedere ex ſapientis maturitate: qui ſolet eſſe tardus ad loquendum.*

m Et ſi compreſ. la. *Ab inclinatione loquendi.*

n Intelligens. *ſ. proprium defectum, ex quo comprimit la. ſua, ne prorumpat in aliquod.*

## NICOLAVS DE LY.

¶ a Ca. eſt i. *Quæ oriunt ex ebrietate.*

b Et anteq. pa. con. *à proximo.*

c Iudicium deſerit. *Lędendo proximum ſine cauſa. In Hebr. habetur: Qui aperit aquam, principium eſt iurgiorum &c. quod exponens Ra. Sa. dicit, q ille qui in alueo fluminis facit aperturã vt aqua inde decurrat, & ille qui incipit iurgia, faciunt ſimilia: quia in principio apertura eſt parua, ſed procedendo dilatatur, ſicut iurgium eſt in principio paruum, procedendo fit magnum malum.*

d Et qui iu. impi. & q cond. iu. *Quia vterque facit contra iuſtitiam.*

e Quid pro. ha. diui. ſtul. *q. d. nihil: quia eis non vtitur ad bonum, ſed ad malum, nec per eas poteſt acquirere ſapientiam.*

f Qui

## GLOS. ORDIN. CAP. XVIII.

OCcaſiones quærit &c. *Impius cum in profundum.* Qui longis peccatorum tenebris inuolutus ſemel de luce deſperat: ex deſpe-

## NICOLAVS DE LY. CAP. XVIII.

OCcaſiones. *Hic conſequenter reprobat effectum iræ, ſecundũ, qui eſt recedere ab amico fideli, quod frequenter facit ira. Dicit igitur.*

o Occa,

## Caput XVIII.

a ¶Calumnias. b ¶Iudæus. c ¶Non cogitur.

O † Ccaſiones quærit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis.

a ¶Chriſto.

Non recipit ſtultus verba

¶Quæ placeant.

prudentiæ: niſi ea † dixerit quæ verſantur in corde eius. Impius cùm in profundum

¶Peccare.

venerit peccatorum, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium.

a ¶Futuræ damnationis.

o Occa. quę. *allegando nõ cãm p cã.*

p Qui vult re. *Sine rationabili cauſa.*

q Omni tempore. *Quia corrumpit & falſat amicitiam, qđ eſt peius quàm falſare pecuniam. quãtò pretioſior res eſt amicitia q̃ pecunia, ſecundum quod dicit Philoſophus. 8. Ethico,*

Ariſt. 8. Moral. ad Nicomach.

r Non recipit. *Quia ſibi deſipiunt propter habitum contrarium.*

s Impius cum in pro. *Per obſtinationem mentis.*

t Contemnit. *Omnem correctionem & penæ comminationem.*

u Sed ſequitur eum igno. & oppro. *Sempiternum in gehenna.*

 ¶ Aqua

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

¶Sacramenta vtriuſque teſta. ¶Ad verus. ¶Chriſti & Apoſtolorum.
Aqua profunda verba ex ore ui-
¶Quo ad bonum.
ri, & torrens redundans fons ſa-
¶Non eſt perſonarum acceptio apud Deum.
pientiæ. † Accipere perſonam
impij non eſt bonum: † vt de-
clines à veritate iudicij. Labia
ſtulti miſcent ſe rixis: & os eius
¶Vita & mors in manibus linguæ.
iurgia prouocat. Os ſtulti contri-
¶Expoſitio.
tio eius: & labia ipſius † ruina ani
mæ eius. Verba † bilinguis quaſi
ſimplicia, & ipſa perueniunt vſ-
¶Vſque ad viſcera. ¶Non eſt.
que ad interiora ventris. Pigrum
¶A bono opere. ¶Ne poſſit. ¶Debilium.
deijcit timor: animæ autem effę-
¶De textu.
minatorum eſurient. Qui mollis
& diſſolutus eſt in opere ſuo, fra-
¶Similis. ¶Deſtruentis. ¶Domine refugium factus es nob.
ter eſt † ſua opera diſſipantis. Tur
ris fortiſſima nomen domini:
¶Vel m. ¶Expeditè. ¶Inde.
ad ipſum currit iuſtus & exaltabi
¶Virtutes. ¶Intranſitiuè.
tur. † Subſtantia diuitis vrbs ro-
boris eius: & quaſi murus vali-
¶Ab inſidijs.
dus circundans eum. Antequam
¶In futuro. ¶In hoc ſeculo.
conteratur, exaltatur cor homi-
¶In futuro. ¶In hoc ſeculo. ¶Humilitas præcedit gloriam.
nis, & antequam glorificetur, hu-
¶Quaſi magiſter.
miliatur. † Qui prius reſpondet,
¶Vt diſcipulus.
quàm audiat: ſtultum ſe eſſe de-
monſtrat, & cõfuſione dignum.
¶Chriſti vel ſancti cuiuslibet. ¶Carnis.
Spiritus uiri ſuſtentat imbecilli-
tatem ſuam: ſpiritũ verò † ad ira-
¶Qui ad iram facilis eſt nec ſeipſum poteſt ſuſtinere.
ſcendum facilem, quis poterit ſu
¶Tamen. ¶Vt poſſit ſuſtinere.
ſtinere? Cor prudentis poſſidebit
ſcientiam: & auris ſapientium
¶Virtutum vel quod Chriſtus attulit. ¶Fidelis vel Chriſti.
quærit doctrinam. Donum hõ-
¶In operibus: vel per vniuerſum orbem.
minis dilatat viam eius: & ante
¶Eccleſiæ vel mundi.
principes ſpatium ei facit. Iuſtus
¶Quam alterius. ¶Chriſtus.
prior eſt accuſator ſui: venit ami-
¶Cognoſcet facta eius.
cus eius, & inueſtigabit eũ. Con-
¶Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam. ¶Iudicij.
tradictiones comprimit ſors: &
inter potentes quoque diiudi-
¶Iudans. ¶Gentili.
cat. Frater qui adiuuatur à fra-
¶Eccleſia. ¶Vtriuſque teſtamenti.
tre, quaſi ciuitas firma: & iudicia
quaſi vectes vrbium. De fructu
oris viri replebitur venter eius:

A deſperatione ſibi peccandi frena relaxat, ſed opprobrium futuræ damnationis nulla ratione euadit, quem nulla diuini timoris memoria cohibuit.

a *Aqua profunda.* Quia dominus & Apoſtoli palam vtriuſq; teſta. ſacramenta mundo reſerabant: de quibus ſubdit: Et torrens redundans fons ſapientiæ. Aqua profunda, i. verba ſapientium lauant mẽtes & rigant, ne peccatorum ſorde deformes remaneant, aut vt ariditate deficiant. Et quia quædam myſtica latent, quædam aperta ſunt, rectè hic aquam profundam & torrentem redundantem eſſe dicit. †Inf. 14. c

b *Qui mol.* Qui acepta bona diſtrictè non exequitur, diſſolutione negligentiæ manum deſtruentis imitatur.

c *Subſtan. di.* Subſtantia terrena non ſemper defendere poteſt, imò pleriq; per eam pereunt: vnde Eccleſ. Diuitiæ conſeruatæ in malum domini ſui, pereunt enim in afflictione peſſima. Ergo de ſubſtantia virtutum dicit: quę cum abũdat quaſi inexpugnabili muro cunctas hoſtium arcet inſidias. Eccl. 5. c

d *Qui prius re.* Qui prius magiſter eſſe deſiderat q̃ diſcat, ſtultitiæ noxã non declinat. Qui iudicare proximorũ facta prius quam vtriuſque plenè cauſam nouerit, inordinatè feſtinat, ſe dignum confuſione monſtrat.

e *Spiritus viri ſu.* Et ipſe autem vir ait: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Poteſt & de quolibet ſancto viro accipi, qui carnis imbecillitatem ne in tentationes incidat, mentis fortitudine ſuſtentat. Mar. 14. e

f *Spiritum verò ad ira.* Dicit n. ſępe iratus ea, quæ placatus: qa dixit pęniteat, & plerũq; an dixerit, ignoret: cuius tamẽ veſania per ſapientium modeſtiam facillimè ſuffertur atque ſopitur. † ſup. 10. b

B

g *Donum hominis.* Donum charitatis ſiue aliarum virtutum quas fideles accipiũt, dilatat viam actionis eorum: quò enim magis gratia ſpiritusſancti intus replẽtur, eo latius foris bonorum operum greſſus multiplicant, atque inter magnos eccleſiæ rectores ĩ futuro culmen ſortiuntur honoris. Aliter: Donũ ſpirituale ſaluatoris quod mundo attulit, dilatauit viam eius, ꝙ ad plurimas orbis nationes per fidei & dilectionis ſuæ præſentiam veniret, nec ſolum populos, ſed ipſos dominos concupiſcentijs renuntiare ac ſibi libẽter obtemperare faceret. †Eccl. 11. a

h *Iuſtus prior.* Omnis q verè iuſtus eſt, vbi peccantium errata conſpicit, primo ſeipſum inſpicit, dũq; ſolicitus ſe accuſauerit, alios benignè corrigit. Et qui dixit: Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunq; au. a patre meo, nota feci vobis. Venit in cor eius p põtenti ĩ diuinæ ꝯtẽplationis: & cũ mundũ à ſorde iniquitatis cognoſcit, eius humilitatẽ digna mercede remunerat. Ioh. 15. b

i *Frater qui ad.* Cum populus Iudæorum & gentium fraterna ſibi in Chriſto charitate conſentit, vnam catholicę eccleſiæ ciuitatem cõſtituit, & ſicut vectes vrbium portas muniũt, ita dogmata vtriuſq; teſtamenti eccleſias per orbem

## NICOLAVS DE LYRA.

a Aqua profunda. *vt dicit Rab. Sa. hic accipitur vir perfectus in ſcientia & virtute, cuius verba continent profundam ſcientiam, ad quam quilibet non poteſt de facili attingere, ſicut nec ad profundum aquæ profundæ.*

b Et tor. re. *In alios per bonam doctrinam.*

c Fons ſa. *In mente ſapientis: à quo fonte ad alios deriuatur aqua ſapientiæ.*

d Accip. per. *Siue diues ſit ſiue pauper.*

e Non eſt bo. *Minus dicit & plus ſignat: quia hoc eſt malum, cum ſit contra iuſtitiæ veritatem.*

f Labia ſtul. miſce. *ſ. aliorum adinuicem rixantium.*

g Et os eius iur. pro. *Quia rixantes ad maiora iurgia incitat: ſicut ille qui canes incitat ad mordendum ſe inuicem.*

h Os ſtul. con. e. *Quia propter verba ſua frequenter punitur in corpore, & cũ hoc peccat in mente. iõ ſequitur: Et la. imp. rui. animæ e.*

i Ver. bilin. *Qui in præſentia adulatur & in abſentia detrahit.*

K Quaſi ſim. *i. ſine plica doloſitatis videntur quando in præſentia loquitur.*

l Et ipſa per. &c. ven. *i. vſque ad cor quod eſt in medio ventris, hoc eſt dictum, ſunt valde nociua.*

m Pigrum de. *Iſte verſus non eſt in Heb. poteſt tamẽ ſic exponi: Pigrum deijcit ab aggreſſu boni operis.*

n Timor. *Laboris.*

o Animæ autem eſſe. *i. homines vt fęminæ molles ad bene operandum.*

p Eſu. *qa nõ laborãt ad neceſſaria acquirẽda.*

q Qui m. & diſ. eſt. *à virtute operandi.*

r Frater eſt ſua o. diſ. *i. ſimilis eſt illi. Non tñ in toto, quia peior eſt diſſipãs opera ſua quàm mollis & remiſſus in ſuis operibus inchoatis.*

s Turris forti. *i. protectio firma.*

t Nomen domini. *i. eius potentia.*

u Ad ipſum cur. iu. *inuocando diuinam potentiam in ſuis neceſſitatibus.*

x Subſtantia di. *i. eius diuitiæ.*

y Vrbs ro. e. *quia in ipſis confidit ſicut in murata vrbe: licet frequenter in hoc decipiatur.*

z Antequam conte. exal. *Sicut dictum eſt ſuprà de Abſalom & de Antiocho illuſtri.*

a Et antequam glori. *Sicut Ioſeph humiliatus fuit in carcere, antequam præficeretur Aegypti prouinciæ, & Dauid in perſecutione Saulis antequam ſublimaretur in regnum.*

b Qui prius reſpondet. *Hoc dupliciter exponitur. Vno modo de illo qui ad quæſtionem reſpondet antequam perfectè audiat eius propoſitionem, & iſte frequenter oſtendit ſe eſſe ſtultum & confuſibilem: quia non reſpondet ad intellectum quærentis. Alio modo de illo qui tanquam doctor reſpondet diſcipulis, qui tamen non audiuit diſcendo ab alijs, & iſte eſt ſtultus & confuſione dignus: quia accipit formam doctoris cùm nondum fuerit diſcipulus.* D

c Spiritus uiri. *id eſt bonitas cordis.*

d Suſtentat imbecillitatem ſuam. *Ex parte corporis: quia plus aliquando facit quàm habens corpus forte, & cor debile. vnde dicit Gregor. hom. 12. Vires quas imperitia denegat, charitas ſubminiſtrat.*

e Spiritum uero ad ira. *q. d. nullus, niſi valde patiens & manſuetus.*

f Cor pru. poſſi. ſcien. *Tanquam rem chariſſimam, & quia non poteſt auferri ab eo violenter, ſicut poſſunt bona exteriora.*

g Et auris ſa. quæ. do. *Ab alijs libenter audiendo propter quod dicitur ſuprà ca. 1. Audiens ſapiens ſapientior erit &c.*

h Donum hominis dila. uiam eius. *Hoc patet in curijs principum & prælatorum: quia qui dat oſtiarijs & mediatoribus, procedit vltrà vſque ad præſentiam eorum.*

i Iuſtus prior eſt accu. ſui. *Reuelando delictum ſuum amico antequã ab alijs accuſetur.*

K Venit amicus eius. *Sis compatiendo.*

l Et inue. e. *Quærens viam liberationis ſuę.*

m Contradi. con. ſ. & inter p. quoque diiu. *Cum enim in diuiſione alicuius rei non inuenitur alius modus quàm ſors, tunc viſus ſortiũ diſcindit inter eos litigiũ, quia quilibet eſt contentus portione ſibi per ſortem obueniente.*

n Frater qui adiuuatur à fra. *i. congregatio hominum & potiſſimè religioſorum adinuicem concordantium & ſupportantium.*

o Quaſi ciuitas firma. *Quia ſi ab alijs inuadatur, bene defenditur.*

p Et iudicia. *à talibus data.*

q Quaſi ve. ur. *quia ſunt firma & immobilia.*

r De fructu oris uiri. *i. de doctrina virtuoſi.*

s Reple. uen. e. *i. augmẽtabitur ſciẽtia eius eo modo loquẽdi quo dr̃ de parũ ſciẽte aut ignorante,*



& † genimina labiorum ipſius ſatura-
bunt eum. Mors & vita in † manibus
linguæ: q diligunt eã, comedẽt fructus
¶Bonos vel malos mortem vel vitam. ¶Carnem rationi ſubditam, vel ſenſualitatem.
eius. Qui inuenit mulierẽ bonã, inue-
¶Pro operibus eius. ¶Aeternam.
nit bonũ, & hauriet iucũditatẽ à dño.
¶Nemo carnem ſuam odio habuit. ¶Vim animæ circa terrena bene diſponenda. ¶Non eſt.
Qui expellit mulierẽ bonã, expellit bo
¶Non corrigit.
nũ: † qui aũt tenet adulterã, ſtultus eſt
& inſipiens. Cum obſecrationibus lo-
¶Ad Deum. ¶Spiritu. ¶Superbus. ¶Merita iactans.
quetur pauper, & diues effabitur rigi-
¶Gentilis conuerſus. ¶Eccleſiæ.
dè. Vir † amicabilis ad ſocietatem: ma-
¶Iudæus infidelis.
gis amicus erit quàm frater.

A orbem quæ vnam catholicam faciunt, ab infidelium incurſione defendunt.

a *Cum ob. lo. pau.* Humiles ſpiritu, humiliter dominum adorant, vt Publicanus. ſuperbi ſua merita iactãt, vt Phariſæus.

b *Vir amicabilis.* Gentilis conuerſus magis amatur à domino, quàm Iudæus infidelis perdurans: de quo ſecundum carnem natus eſt. Poteſt & de apoſtolis de Iudæa natis intelligi, quia magis amarent credentes ex gentibus, quàm ſuæ gentis incredulos.

## NICO. DE LYRA.

rante, *quòd parum aut nihil habet in ventre: ex actu enim docendi augmentabitur ſcientia doctoris.*

a Erge. *i. germina vel generationes, & dicuntur à gigno.*

b Labio. eius. *ideſt doctrina ipſius. Et eſt repetitio eiuſdem ſententiæ ad maiorem repreſſionem.* C

c Mors & ui. *In abuſu n. ipſius eſt mors culpæ & in bono vſu vita gratiæ.*

d Qui di. eam. *quia diligentes bonam linguam reportant bonum fructum: & diligentes malam, malum.*

e Qui in. mu. bo. *ideſt ſacræ ſcripturę notitiam, vt exponit Ra. Salo. Poteſt etiam intelligi de muliere ad literam, quia vir et vxor ſunt vna caro: & ideo ſi ſit bona, eſt ad bonum viri: ideo dicitur in Gen. Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Gen. 2. c

f Et hau. iu. *quia gaudium cauſatur ex adeptione boni.*

g Qui ex. mu. bo. *Iſte verſus non eſt in Hebræo, propter quod pertranſeo, & quia ſatis patet ſententia ex prædictis.*

h Cum ob. lo. pa. *quia indiget, et non põt aliter ſupplere ſuam indigentiam.*

i Et di. ef. ri. *quia nõ eſt in tali neceſſitate.*

K Vir ami. ad ſo. *ideſt delectabilis alteri in conuictu.*

l Magis amicus erit quàm frater. *ideſt quàm conſanguineus in conuictu malè portabilis & durus.*

## GLOS. ORDIN. CAP. XIX.

Melior eſt pa. Melior eſt ſimplex auditor verbi Dei: ſi ea q̃ in ſcripturis intelligit, operando pficit, quã eruditus, ſi in his quę cautè intellexerit, ad hęreſim prædicandam labia detorquet.

b *Vbi non &c.* Aĩę humanæ ſcientia vitę cęleſtis neceſſaria eſt, qa ſine ea beata eẽ nõ põt. Attñ q eſtrenatis ſẽſibus mentis p'us appetit ſape q̃ decet pleriq; offenſionẽ hꝛ̃ticę ſtultitię temerarijs tractatib. icurrit. Qđ ĩ primis parẽtibus myſticè ſignatũ eſt, q dñ appetitũ ſciẽtiæ maioris ve t. tũ cõtingere properabant, à ſtatu beatitudinis in pœnam miſeriæ & mortalitatis inciderunt.

c *Stulti. &c.* Stulti cũ viã veritatis deſerũt, nõ ſe erraſſe fatent, ſed culpã ſuã in cõditorẽ referũt, quaſi occaſionẽ ipſe peccãdi tribuerit, ꝙ vł hominẽ fragilẽ fecerit, vel ad tentãdũ hoſtẽ verſutũ admiſerit. vñ Adam poſt pctm̃ increpatus à dño, ſe excuſauit, dicẽs: Mulier q̃ dediſti mihi ſociã, dedit mihi de ligno, & comedi. Et mulier: Serpẽs, inqt, decepit me. Ambo culpã in creatorẽ retulerũt: Ille, ꝙ mulierẽ ſociã dederat: illa, ꝙ ſerpentẽ in paradiſo poſuerat. Contra qđ ſapiẽs: Ne declines cor meũ ĩ verba ma. ad ex. ex. ĩ pec. Hic quoq; cõtra dñm feruet aĩo, qui diuina imperia p ſuam inertiã contẽnens ipſum dñm quaſi importabilia onera impoſuerit, mẽte rephendit inſana. B

d *Diui. ad.* Diuitiæ regni cęleſtis, quę p ſanctos doctores fidelibus tribuẽdæ pdicant, multos amicos & eiſdẽ pdicatoribus & earũ largitori Deo aſciſcũt. A pphetis aũt qa nihil certæ beatitudinis promittunt, & hi quos hñt ſeparanł, cõuerſi ad certiſſimam dñicæ fidei promiſſionem.

e *Teſtis fal.* Redarguerat eũ qui tãtũ verba ſectabał, nũc illũ redarguit q verba dñicę autoritatis malè interpretãdo corrũpit. Qđ multa ſępius iteranł, ꝯfirmatio ẽ, vt Ioſeph ait: eò ꝙ ſermo ſit Dei, & velociꝰ cõpleał.

f *Non de. ſtul.* Nõ decẽt hꝛ̃ticũ delicię ſcripturarũ, qa his bñ vti nõ nouit: neq; illũ q adhuc ſeruus eſt pcti præferri decet iuſtis in regimine eccłiæ.

g *Doctri. vi.* Doctrina eccleſiaſtica p patien-

## CAP. XIX.

¶Idiota. ¶Operando.
Melior eſt pauper qui ambu-
¶Senſus.
lat ĩ ſimplicitate ſua, quàm di-
¶Doctus. ¶Ad hæreſim.
ues torquens labia ſua & * inſipiẽs. Vbi
¶Cęleſtis. ¶Aeternum. ¶Per ſimilitudinem.
non eſt † ſciẽtiã animæ, nõ eſt bonum:
¶Hæreſibus.
& qui feſtinus eſt pedibus, offendit.
¶Excuſandi.
Stultitia hominis ſupplantat greſſus
¶Quaſi importabilia onera hominibus impoſuerit. ¶Vt inſanus.
eius, & contra Deum † feruet animo
¶Cęli. ¶Deo & prædicatoribus eius.
ſuo. Diuitiæ addunt amicos pluri-
¶Philoſopho.
mos: à paupere autem & hi quos ha-
¶Iſidorus. Falſus teſtis tres offendit: Deum, cuius veritatem annihilat, iudicem ...
buit ſeparantur. Teſtis falſus non erit
impunitus, & qui mendacia loquitur,
¶Non honores vultum potentis.
non effugiet. Multi colunt perſonam
potentis, & * amici ſũt * dona tribuẽ-
¶Fratres mei elongauerunt à me. ¶Ego ſum paup & dolẽs
tis. Fratres hominis pauperis ode-
¶Apoſtoli. ¶Fugerunt.
runt eum: inſuper & amici procul re-
¶Chriſto. ¶Inde Apoſtolus: Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores.
ceſſerunt ab eo. Qui tantùm verba ſe-
ctatur, nihil habebit: qui autem poſ-
¶Ne vagetur. ¶Intelligentiæ.
ſeſſor eſt mentis, diligit animam
¶Tam hîc, quàm in futuro.
ſuã, & cuſtos prudentiæ inueniet bo-
¶Interpres diuini verbi.
na. Falſus teſtis non erit impunitus:
¶Perdes omnes qui loquuntur mendacium.
& qui loquitur mẽdacia, peribit. Non
¶Hæreticum. ¶Scripturarum deliciæ. ¶Peccati.
decent ſtultum † diuitiæ: nec ſeruũ do-
¶Iuſtis.
minari principibus. Doctrina viri per

a Melior eſt pau. qui am. in ſim. ſua. *non ſe efferendo, ſed alios venerando.*

b Quam di. tor. *alios contemnendo, non ſolum in corde interius, ſed etiam in ſigno exterius faciendo alijs violentiam.*

c Et in. *ideſt alius inſipidus.*

d Vbi non eſt. *ideſt de ſalute animæ.*

e Non eſt bo. *quia bona corporalia ad bonum animæ finaliter ordinantur ſicut corpus eſt propter animam remoto autem fine remouentur ea quæ ad finem ordinantur.*

f Et qui fe. eſt pe. *ideſt præcipitatè agẽs in ſuis operibus.*

g Offen. *quia de contingentibus omittit.*

h Stulti. ho. *quia facit eum ab alijs deſpici & conculcari.*

i Et cõ. Deum fer. *quia ex impatientia prorumpit in blaſphemiam Dei.*

K Diuitię ad ami. plu. *quia multitudo hominũ ſequitur bonũ vtile: quod habere põt à diuite, & non a paupere, ideo ſubditur:* D

l A pau. *cùm adhuc diues fuit.*

m Separan. *quando depauperatur.*

n Teſtis fal. non erit im. *in futuro & aliquando in præſenti, ſicut patet de ſenibus falſum teſtimonium contra Suſannam dantibus: quia deprehenſi fuerunt occiſi.* Dan. 13. g

o Et qui men. lo. *diuinum iudicium, in quo de omni verbo otioſo oportebit reddere rationem Deo, Matth. & multò fortius de verbo mendoſo.* Matt. 12. c

p Multi co. per. *ideſt venerantur & honorant: quia bonum vile ab eo coſequi ſperant, ad quod prona eſt populi multitudo, vt prædictum eſt.*

q Et ami. ſunt. *ſaltem apparenter.*

r Fratres. *ideſt conſanguinei.*

ſ Hois pa. *quia vt frequenter verecundantur de eius præſentia: & quia timẽt ne petat ab eis releuari à ſua indigentia.*

t Inſuper &c. *i. familiares ei ante quam depauperaretur.*

u Qui tm̃ ver. *hoc exponitur dupliciter. Vno mõ de diſcipulo qui magis diligit ornatum verborũ quàm bonam ſcientiam: & ille nihil reportat veritatis à doctore: aut ita parũ, ꝙ p nihilo eſt cõputãdũ. Alio mõ de doctore qui hẽt bona verba & mala facta: & iſte nihil premij reportabit à Deo, & huic conſonat litera ſequens, cum dicit:*

x Qui au. p. eſt m. *per virtutes morales, qbus vires ſẽſitiuæ ſunt in obediẽtia rõnis.*

y Dili. a. ſu. *quia vult ei uerum bonũ, quod eſt bonum virtutis.*

z Et cu. p. *quæ dirigit virtutes morales.*

a Inue. *gr̃a in pñti, & gloria in futuro.*

b Fal. *exponatur vt ſuprà.*

## NICO. DE LY. CAP. XIX.

Melior eſt pau. *Hic conſequenter reprobat tertium iræ effectũ qui eſt alterius, cui aliquis iraſcitur contemptus, ideo dicitur:*

a Melior

c Nõ de. ſtul. *ſed magis auſteritates, vt ſic eius ſtultitia reprimatur.*

d Nec ſer. *qa nihil aſperius ſeruo qui conſurgit in dñm, de cõi curſu.*

e Doctri. *vnde & antiqui Philoſophi, vt Socrates et plato, alij fuerũt in patiẽtia valde pfecti. Põt etiam hoc propriè exponi de doctrina apoſtolorum &*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E patientiam doctorũ q̃ ſi perfecta monſtrat: qa dum magis afflictionibus ac morti corpus ſubiicere, q̃ à docendo ceſſare voluerũt, oſtẽdebant qtũ eſſet ſalutaris, quã tanta cõſtantia detentare curabant. Aliter. Doctrina viri p patientiã noſcit, qa tãto q̃ſq; minus oſtẽdit̃ doctus, qtò minus patiens. Neq; enĩ põt veraciter bona docẽdo impẽdere, ſi viuẽdo neſcit aduerſa æquanimiter tolerare. Rectè autem ſubdit:

a *Et glo.eius. eſt iniqua præ.* Perfectio eſt.n. doctoris, ſic aliorũ improbitatẽ patiẽter ſufferre, vt ſe nouerit ab iniqs patienter obſeruare. Neque enim propria munditia ſine tolerãtia ſufficit, neque tolerantia ſine munditia.

b *Dolor pa.* Deus in natura ſemp impaſſibilis, dolere tñ nrõ more dr: cũ homines quos ad ſe credẽdum, laturãdumq; creauit, diabolo ſeruire cõſpicit. Vnde pœnituit eũ q hoiem feciſſet ſup terram, & tactus dolore cordis intrinſecus: Delebo, inquit, hominem quem creaui à facie terræ.

c *Tecta iugi.* Sicut tecta pſtillãtia pluuiã qdẽ ſuſcipiunt, nec ad utilitatẽ, ſed ad moleſtiã inhabitãtiũ: ſic eccleſia hæ̃ticorum diuina verba nõ ad ſalutẽ aĩarũ, ſed ad vſũ ſuæ neqtię malè interp̃tando, & ꝯ catholicos litigãdo conuertit. Tecta.n. mũdas pluuiæ guttas accipiũt, ſed ſub tectis ĩ domo ſordidas reddũt: & hæ̃ticus limpidiſſima cęleſtis oraculi verba ſuſcipit, & ſorde mixta auditoribus reddit.

d *Pigredo im.ſo.* Piger dr̃ q rectè ſciendo vigilat, ſed nihil operando torpeſcit, ſed pigredo immittit ſoporẽ: quia paulatĩ rectè ſẽtiẽdi vigilãtia amittit, dũ ab opẽ ceſſat. Rectè autem ſubdit:

e *Et aĩa diſ.eſu.* Nã qa ſe ad ſuperiora ſtringẽdo nõ dirigit, neglectã ſe inferius p deſideria expãdit: & dũ ſtudiorũ ſubtiliũ vigore nõ cõſtringit, cupiditatis infimę fame ſauciat: vt quò p diſciplinã ligari diſſimulat, eò eſuriẽs p voluptatum deſideria ſe ſpargat.

f *Erudi fi.* Subiectũ tibi ſi errare cõſpicis, diligẽter caſtiga, q. ſi caſtigari renuerit, ita cautè erga illum age, ne quid in tuis verbis vel opibus, vnde amplius peccet, inueniat. Huic concordat quod ſequitur:

g *Qui enim.eſt ſu.dam.& cum ra.* Si.n. p duritia ꝯdicẽtis fratris in impatiẽtiæ vitiũ labaris, tuæ virtutis dãnũ patieris: & cũ illi ſpẽ pniæ ſalutiſq; quã forſitã habuerat, durius icrepãdo rapueris, rõnem p fratre quẽ ſcandalizaſti diſtricto iudici reddes. Ad literam patet. Qui.n. p impatiẽtiã inopiæ fur eſt aut raptor, damnat aĩam ſuã, & cum pximo rẽ tollit, & ſi nõ homini, Deo iudici rõnem reddet: vñ alij: Malè cogitãs hõ, multo damno affligitur: & ſi pnicioſus fuerit, & aĩam ſuã apponet. Cũ.n. pecuniam violentus abſtulerit, pro hac animam inuitus dabit.

h *Melior eſt pau.* q̃ qui ſe per excellẽtiam virtutum viri nomine dignum dicẽs, fallitur neſcius, dum ſuperbiendo perdidit bona quæ geſſit.

i *Abſcondit piger ma.ſuã.* Nemo ita piger eſt, vt vel comedẽdo manũ ad os ducere laborẽ putet, ſed pigro labor eſt manum ad os porrigere, quia deſidioſus prędicator nõ hoc vult operari quod dicit: Manum.n. ad os porrigere, eſt voci opere concordare.

Margin: * catuli; propriè; Gen. 6.a; † remiſſa, otioſa; † morietur; † retributionem; in ęternũ; † Decorat hoiem bñficentia ſua; † ſaturus; Inf. 26.c; † in fine; † Deriſorẽ; † aſtutior

a patientiam noſcitur, & gloria eius eſt iniqua prætergredi. Sicut fre- ¶Dei. ¶Iniuſtis. mitus*leonis, ita & regis ira, & ſi- ¶In iudicio iuſtis. cut ros ſup herbã, ita & hilãritas ei⁹. b Dolor p̃ris fili⁹ ſtultus, & recta iugi- ¶Hæreticorum eccleſia. ter pſtillantia litigioſa mulier. Do- ¶Scripturæ. mus & diuitiæ dant à parẽtibus: † à ¶Eccleſia. Dño aũt propriè vxor prudens. Pi- ¶Operandi. ¶Intelligendi. gredo immittit ſoporẽ, & aia † diſſolu- ¶Voluptates. ta eſuriet. Qui cuſtodit mãdatũ, cu- ¶Mandatum ſcilicet. ſtodit aĩam ſuã: q ãt negligit † viam ¶In anima. ſuam, † mortificabitur. † Fœne- ¶Cum mutuum accepturus. ¶Quam feciſtis vni ex minimis his, & mihi feciſti. ¶In paupere. ratur Domino qui miſeretur pau- ¶Aliàs, pauperi. ¶Remunerando. peris, & † viciſſitudinem ſuam red- ¶Subditum. ¶Aliàs, & non. det ei. Erudi filium tuum, † ne de- ¶Occaſionem peccandi. ¶Animę. ſperes: ad interfectionẽ aũt eius ne ¶Fratris contradicentis. ponas aĩam tuã. † Qui enim impã- ¶Virtutis. ¶Spem pœnitentiæ. tiẽs eſt, ſuſtinebit dãmnũ, & cùm ra- ¶Rationem Deo pro perdito. ¶Hoc. puerit, aliud apponet. Audi cõſiliũ, ¶Spiritu ſapientiæ. & ſuſcipe diſciplinã, vt ſis ſapiens ĩ ¶Saltem. ¶In morte. ¶Variæ. nouiſſimis tuis. Multæ cogitationes in corde viri: † voluntas au- ¶Inuariabilis. tem Domini in æternum perma- ¶Humilis qui ſe veris bonis indigere recolit. ¶Vt miſericordiam conſequatur. de quo adiungit, melior. net. † Homo indigens miſericors ¶Non fidens in ſe. eſt, & melior eſt pauper iuſtus, quàm vir mendax. Timor Domi- ¶Ducit. ¶Beatitudinis ſanctorum. ¶Faciet commorari. ni ad vitam, & in plenitudine com- ¶Nihil ibi reperiet inimicus. ¶Diaboli. morabitur abſq; viſitatione peſſi- ¶Deſidioſus prædicator. mi. † Abſcondit piger manum ¶Vt quæ dicat faciat. ſuã † ſub aſcella: nec ad os ſuum ap- plicat eam. † Peſtilente flagellato, ¶Correctus. ſtultus † ſapientior erit: ſi autem ¶Correctionem. corripueris ſapientem, intelliget ¶Aliàs diſciplinam. ¶Deum uel prædicatorem. ſapientiam. Qui affligit patrem,

b Eſt ini.præ.*i.mala non inferre, ſed magis pati.*
c Sicut fre.leo.*id eſt rugitus eſt valde terribilis alijs beſtijs.*
d Ita & re.*terribilis eſt ſuis ſubditis: vnde & leo dicitur rex beſtiarum.*
e Et ſi.ros.*eſt conſolatiuus.*
f Ita & hi.eius.*ſ.regis eſt conſolabilis ſubditis.*
g Dolor pa.fi.*quia filius repreſentat p̃rem, & ideo ſtultitia filij dat ei doloris materiam.*
h Et tecta iu.per.*ita quòd pluuia cadẽs per illa inquietat domum.*
i Litigioſa mu.*quia quaſi continuè ſuis litigijs conturbat virum & familiam.*
K Domus &c.*Filijs qui emancipant ab eis.*
l A Dño aũt uxor.*Datur eis, quia prudẽtia non poteſt dari à parentibus & amicis.*
m Pigredo im.ſop.*mentis & corporis. Piger.n. videtur ſemper dormitare.*
n Et ani.di.*à vinculo legis & iuſtitiæ.*
o Eſuriet.*patiendo bonorum ſpiritualiũ defectum, & frequenter corporalium.*
p Qui cu.man.*Dei & ſuperioris ſui.*
q Cuſto.ani.ſuam.*à tranſgreſſione culpæ, & per conſequens ab obligatione pęnæ.*
r Qui autem ne.*ideſt obſeruationes mandatorum.*
s Mortifica.*morte culpæ & gehennę.*
t Fœneratur Do.qui mi.&c.*dando ei eleemoſynam: quia Dñs reddit ei centuplum in præſenti, & vitam æternam in futuro.*
u Erudi fi.*in ſcientia, & moribus.*
x Ne deſpe.*de eius eruditione, ſi parum aut nihil accipiat in principio: quia frequenter contingit, quòd aliqui tales finaliter ſunt benè eruditi.*
y Ad inter.*corporalem vel ſpiritualem.*
z Ne po.ani.*Sicut aliqui patres occultè procurant corporalẽ mortem filiorum malè corrigibiliũ veneno, vel alio mõ, ne publica iuſtitia ſuſpendãtur, & aliq patres interficiũt eos ſpũaliter ſubtrahendo correptionẽ, & deſperãtes de eorũ correctione, eò q ſunt malè corrigibiles, qđ tamen non eſt deſperandũ, quandiu ſunt in vita pñti, in qua poſſunt per liberum arbitrium ad bonum reuerti.*
a Qui enim im. eſt ſu. *ſ. patientiæ quam perdit.*
b Et cum ra.*rem alienam ex impatientia.*
c Aliud ap.*ſ.damnum innocẽtiæ cum damno patientiæ.*
d Audi con.*de bonis agendis in futuro.*
e Et ſu.di.*de malis præteritis te corrigendo.*
f Vt ſis.*quãuis in iuuentute inſipiẽs fueris.*
g Multæ co.in cor.vi. *quia quaſi continuè variatur de vna in aliam.*
h Volun.au. Do. in æt. per.*ſ.immutabilis, quia vnico actu volendi vult ſe, & alia.*
i Homo indi.mi.*quia experientiæ ſuæ miſeria mouet eum ad miſerandum alijs in affectu, licet non valeat in effectu.*
K Et melior eſt pauper iuſtus. *qui non declinat à veritate iuſtitiæ.*
l Quam vir mendax.*ſcilicet potens qui declinat ab ea per mendacia.*
m Timor Dñi.*ſ.filialis, qui cauet offenſam.*
n Ad uitã. *ducit beatam. Ideo ſubditur.*
o Et in pleni.*ſcilicet beatitudinis.*
p Commorabitur.*perpetuè.*
q Abſq; uiſitatione peſſimi.*i.diaboli, qui nullo modo poteſt accedere ibi.*
r Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella. *ideſt tempore frigido interrumpit comeſtionem propter manuum calefactionem. vnde in Hebræo habetur: Abſcondit piger manum ſuam, ideſt manus ſuas, accipiẽdo ſingulare pro plurali, ſicut in Exodo. Venit muſca grauiſſima, id eſt, multitudo muſcarum. Sub caldaria, porrigendo manus ad ignem, ſub caldaria exiſtentem.*
s Peſtilente flagellato.*Publicè.*
t Stultus ſapientior erit. *id eſt minus ſtultus, quia in aliquo corriget ſe timens ne contingat ſibi ſimile.*
u Si autem corripuerit.*aliquis.*
x Sapientem. *In aliquo delinquentem: quia vita præſens ſine delicto omnino non tranſigitur.*
y Intelliget diſciplinam. *Se emẽdando ab illo delicto.*
z Qui affligit patrem.*Sicut fecit Abſalom.*

a *Deuorat.*

## NICOLAVS DE LYRA.

*ſtolorum & aliorum doctorũ in primitiua eccleſia, cuius veritas apparebat per patientiam: quia non reformidabant mori pro ipſa.*
a E. glo.eius.*ſ.viri patientis.*

b Eſt ini.

a Et fugi:



a *Deuorat.* Vt famelicus cibos, iniquitatem patrare ardenter exquirit.

## NIC. DE LYRA.

a Et fugit ma.*ſubtrahendo ei debitum obſequium.*
b Ignominio.in præſenti.
c Et in.*in futuro.*
d Non ceſſes au. fili. do. *quia quantumcunque homo ſit in ſcientia perfectus, tamen audiendo ſemper poteſt proficere vlterius, vt dictum eſt ſuprà. Audiens ſapiẽs ſapientior erit &c.*
e Nec igno. ſer. ſci. *quos addiſceres audiendo.*
f Teſtis ini.de iu.*ideſt deludit iuſtam ſententiam, quia ſuo falſo teſtimonio errare facit iudicem.*

g Et os

Margin: † fugat; † Ceſſa fili audire traditionẽ quæ te abducit à ſermonibus ſcientiæ; ...cap.1.a; † ſtrenuſſio

¶Eccleſiam. ¶Hic. & matrem † fugit: ignominioſus erit ¶In futuro. & infelix. † Non ceſſes fili audire doctrinam: nec ignores ſermones ſcien- ¶De quo dicitur: Non dices falſum teſtimonium: vel contrarium. de quo dicitur: Teſtis falſus non erit impunitus: & qui loquitur mendacia peribit. tiæ. Teſtis iniquus deridet iudicium, & os impiorum deuorat iniqui- ¶Diuini præcepti vel comminationis futuri iudicii. ¶Damnationis. tatem. Parata ſunt deriſoribus iudi- ¶Vt quaſi ferrũ candẽs, in incude gehennę ſine fine verberẽt. cia, & † mallei percutientes ſtultorum corporibus.

g Et os im.*i.teſtium iniquorum.*
h Deuorat ini.*i.auidè tranſglutit, ſicut guloſus cibum, & bene dicit deuorat, & non maſticat: quia ſi per deliberationem maſticaret, amaritudinem culpæ & pęnæ ſentiret, & ſic non tranſglutiret.*
i Parata ſunt deri. *legis diuinæ & humanæ.*
K Iudicia.*i.iuſtæ ſententiæ, quæ determinantur in vtraque lege.*
l Et mallei percutien.*i.pęnæ graues.*
m Stultorum.*i.tranſgreſſorum.*
n Corporibus.*quia aliqui ſuſpenduntur, & aliqui decapitantur, & aliqui comburuntur: & alijs pęnis corporalibus puniantur ſecundum diuerſa flagitia ab eis commiſſa, & hoc ad terrorem aliorum.*

## GLOS. ORDIN. CAP. XX.

L *Vxurioſa res.* Sequitur:

b *Aeſtate.* Regnum Dei ęſtati comparatur, quia tũc męroris noſtri nubila tranſient, & vitæ dies æterni ſolis claritate fulgebunt.

c *Beatos poſt ſe fi.* Non ad literã: ſed exempla eius ſequentes. Vnde omnes electi, filij Abrahæ quibus non præſens, ſed futura beatitudo promittitur. vnde. Rex qui ſe.

d *Rex qui ſe.in ſo.iu.* Etſi in hac vita electi mala patiãtur reproborũ, vbi iudiciũ venerit, oĩa mala diſſipant: & coronatis cũ dño iuſtis, ſoli punientur iniuſti: qđ & nunc agit cũ aliquis ſanctus exit de ſeculo, & qui eũ tribulabat, digna factis recipit.

e *Quis po.di.* Non dicit, quis habet, quia dr̃: Beati mũdo corde. Et, Innocẽs manibus & mundo corde. Sed quis põt dicere: Quia temerariũ eſt ſe laudare, & qa ſunt qui ſua quaſi fortia laudent, pximorũ quaſi vilia deſpiciunt, ſubdit:

f *Pondus & pon.* Diuerſum pondus, & diuerſam menſurã habet in domo ſua, vt aliter ſibi q̃ proximo metiatur: qui in ſuis ſemp actibus quę laudẽtur, in pximo quę vituperent. q̃rit: & talẽ abominat̃ dñs: qa quãtũ ſibi meritis placet, tñ ſuperno inſpectori diſplicet. Sed qa periculoſum eſt de aliena cõſciẽtia iudicare, dat cõſiliũ qbus indicijs iudiciũ noſtri cordis erga proximum dirigere debeamus.

g *Ex ſtu.ſuis in.* Quemcunq;.n. virtutibus, cũ modeſtia continẽtiæ iudicio ſapiẽtiũ, obſeruãtiæ mãdatorũ Dei, & maximè ſimplicitati & humilitati ſtudere videris, huius munda & recta opera intellige. Si autẽ his cõtrariũ, corrige. Aut ſi hoc nõ potes, deuita ne ab eo corrũparis: Nec eſt contrariũ, q ſtudioſi pueri nũc mũda & recta opera teſtat. Et ſuprà ait: Quis põt dicere: mũdũ eſt cor meũ? In hoc n. rectitudinẽ viuendi qualis in hac vita eſſe iuſtorũ põt, docet eſſe habendã. In illo ſubtilitatẽ diuini examinis, qua hoĩm facta & ĩtẽtiones dijudicat, monet ante oculos ſemp habẽdã. Vñ illũ locũ quidã ita tranſtulerunt: Cũ ſederit rex in ſolio iudicij, qs gloriabit̃ caſtum ſe habere cor: aut qs gloriabit̃ mũdũ ſe eſſe à peccato. Qui & hoc manifeſtius poſuerũt. Iuuenis q cũ iuſto eſt, directa erit via illius. Qui enim cum ſapientibus graditur, ſapiens erit: ſicut econtra: Amicus ſtultorum ſimilis efficitur.

*mero æſtuans, citò ſpumat in libidinem. vnde et Lot per vini potum commiſit cum filiabus ſuis inceſtum.*
b Et tumultuoſa res.*ſcilicet eſt.*
c Ebrietas.*Quia tunc homines loquuntur effrenatè & clamosè.*
d Quicunque his delectatur.*ſ.ebrietate & luxuria.*

Margin: Gen. 19.e

## CAP. XX.

¶Sine Cerere & Bacco, friget genus.
L † Vxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas. Quicũque his delectatur non erit ſapiens. Sicut ¶Timendus eſt. ¶Dei. rugitus leonis, ita & terror regis: q prouocat eũ, peccat ĩ aĩam ſuã. Honor eſt hoĩ, † qui ſeparat ſe à cõtẽtionibus: oẽs aũt ſtulti † miſcentur contumelijs. Pro- ¶Deſidiæ. ¶Deo ſeruire. pter frigus piger arare noluit, mendi- ¶Die iudicij. ¶Quæcunque ſeminauerit homo hæc & metet. cabit ergo æſtate, & non dabitur ei. Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri, ſed homo ſapiens exhauriet illud. Multi homines miſericor- ¶Apud homines. des vocantur: virũ autem fidelẽ quis inueniet? Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios de- ¶Qui iudicat æquitatem. relinquet. Rex qui ſedet in ſolio iudi- ¶Etiam hic. ¶Reſpexit Dominus Petrum. cij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. † Quis poteſt dicere, mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato? † Pondus & pondus, mẽſura & menſura: vtrunque abominabile eſt apud Deum. † Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer, ſi mũda & recta ſunt opera eius.

e Non erit ſapiens.*Quia vtrũque abſorbet rõnem, & cauſat mẽtis hebetudinem.*
f Sicut rugitus leonis. *eſt terribilis alijs animalibus.*
g Ita & terror regis.*malis hominibus.*
h Qui prouocat eum.*ad iram.*
i Peccat in animam ſuam.*i.in vitã ſuã, ſicut patet de Semei. & de Ioab prouocantibus regem Dauid ad iram, pp quod fuerunt occiſi de mandato eius per Salomonẽ filium ſuum.*
K Honor eſt ho.*quia per hoc oſtendit ſe pacificum & manſuetũ eſſe, qđ eſt honorificum, quia honor eſt pręmium virtutis.*
l Omnes autem ſtulti. *ſequentes impetum paſſionis iræ.*
m Miſcentur contumelijs.*ad hoc inclinati ex impulſu paſſionis.*
n Propter frigus piger ararenoluit.*tempore ad hoc debito.*
o Mẽdicabit ergo æſtate. *collectione fructuum carendo.*
p Et non dabitur illi. *propter demeritũ ſuæ pigritiæ.*
q Sicut aqua profunda. *in qua latent ea quæ ſunt inferius.*
r Sic conſilium.*ideſt ſecretum.*
s In corde viri.*ſapientis & aſtuti.*
t Sed ho.ſapiens.*i.diſcipulus diligens.*
u Exhauriet illud.*ſolicitè q̃rẽdo ab ipſo.*
x Multi ho.miſer.vocan.*qui tamen non ſunt ſcđm veritatẽ, ſed magis puſillanimes impunita vitia dimittentes. ideo ſubditur:*
y Virũ autem fi. *in correctione vitiorum ſecundum officium ſibi impoſitum,*
z Quis inue.*q.d. rarò ĩuenitur: Propter quod dicit Luc. Filius hominis veniens putas inueniet fidẽ in terra. i. fidelem hoĩem, timore humano poſtpoſito, & fauore iuſtitiam facientem.*
a Iuſtus qui ambu. in ſimplicitate ſua, *ideſt ſine falſitatis plica.*
b Beatos poſt ſe filios dere.*inſtructos doctrina ſua: vnde frequenter contingit, quòd propter bonitatem patrum defunctorum imprecantur bona filijs eorum.*
c Rex qui ſedet in ſolio iudicij.*i.ad iuſtitiam exequendam.*
d Diſſipat om.malum.*ſcilicet culpæ, quod debet diſſipare.*
e Intuitu ſuo.*quia mali talem principem formidant videre.*
f Quis poteſt dicere, mun.eſt cor meum. *quaſi diceret, nullus, niſi ex ſpeciali gratia diuina. Propter quod dicit Iohannes in prima canonica. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus.*
g Pondus.*maius in emendo.*
h Et pondus. *Minus in vendendo, & ſimiliter de menſura.*
i Vtrunq; abho.eſt apud Deum. *quia furtum eſt colore iuſtitiæ palliatum. Propter quod dicit Hieronymus: Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas.*
K Ex ſtudiis ſuis intelligitur puer, ſi munda & recta ſunt. *Si enim ſit bonæ indolis, ex hoc coniecturatur, quòd futurus ſit virtuoſus in ætate adulta: propter quod dicit Philoſophus primo Ethicorum, quòd pueros beatificamus in ſpe.*

Margin: † Deriſorẽ efficit; 2. Regum.; 3. Reg. 1.a & 2.; † quieſcit; Luc. 18.b; 1. Ioh. 1.e; Hieronym.; Ari. 1. Moral. ad Nicomach.

a *Dominus*

## NICOLAVS DE LYRA.

L Vxurioſa res vinum. *Superius Salomõ repreſſit rationabilem partem & iraſcibilem, hic reprimit concupiſcibilem. Et primò, quantum ad potum, ſcđò quantũ ad cibum xxiij. Prima in tres ſcđm tria cap. ita q in primo facit propoſitum. in ſecundò remouet dubium. in tertiò, ponit dicta repreſſionis effectum. Circa primum dicitur:*
a Luxurioſa res.*ſupple eſt vinum, ſ. effectiuè. vnde dicit Hiero. Venter mero*

a Aurem

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Dominus fecit vtrunque.* Nemo ad prędicandum idoneus fratrem ſimplicem deſpiciat, quia ſi minus idoneus ad docendū, prōptus tñ ad dicēdū & adimplēdū. Sed recolat, quia Deus, qui ei maiorem ſcientiæ gratiam dedit, ipſe fratri qui hēt ſpiritualia dona tribuit, non propter ſe tantum, ſed propter fratrē, dans vnicuique ſecundum menſuram donationis ſuæ.

b *Malum eſt.* qui æterna pmia in cęlis præparare deſiderat, malū eſt, quod in pñti debet ſuſtinere, vt cū receſſerit de mundo glorietur apertè pſpiciens: quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad fu. g. quę re. in nobis. Rom. 8. d

c *Eſt au. & mul.* Hæc eſt gloriatio ſapientis emptoris, qui quādiu emerit, malū eſſe dicit quod ſecū agit: cū aūt receſſerit, lætabitur ſe ſapienter emiſſe. Sic & cęli emptor, vbi hinc receſſerit, exultabit, cōperiens labia ſciētiæ. i. doctrinæ ſpiritualis, qua vſus eſt in comparatione cęleſtium auro gemmis & vaſis eſſe aſſimilanda pretioſis.

† Inf. 27. b

† p p extraneū i quia pro extraneo fideiuſſit, accipe ab eo pignus.

d *Suauis eſt homi, &c.* In quocunque membro quis amplius peccauerit, in eo plus patietur, vnde: Qui in lingua magis delinquit, ī ea plus arſurus eſſe phibetur, dum os eius calculo qui eſt lapis ignitus, implendum dicit: Quod accidit diuiti qui epulabatur quotidie ſplendidè, cum in inferno ardēs linguę refrigeriū petebat, quæ in verbis ſuperfluis in epulando deſfluxerat. Luc. 16. d

† conſilijs

e *Hæreditas.* Qui per auaritię nequitiam in hac vita multiplicari appetunt, in futuro ab æterno patrocinio exhæredes fiūt. Aliter: Qui gradum regiminis priuſquā ſubeſſe didicerit, præpoſterus accipit: in nouiſſimo mercede retributionis, quę bonis rectorib° debet, carebit. Qui ad miniſteriū altaris indoctus & temerarius acceſſit, in nouiſſimo gratiam remunerationis, quæ bene miniſtrantibus promittit, perdet. Poteſt & ita accipi. Qui ſuas vult. & hic vindicare iniurias, corona patiētiæ in futuro carebit. Cui conuenit quod ſequit; Ne dicas: malum reddā &c. Abominatio eſt apud Deū.

† Exo. 21. b Leui. 20. b

† dominū

F

† Sup. 16. b 46. diſt. ca. hi in fi.

f *Abominatio eſt apud Deum pon. &c.* Duplex pōdus, & ſtaterā doloſam habet in corde ſuo, qui dū peccauerit, ipſe veniam petit à Domino, & homini peccanti in ſe, ac pęnitēti, dimittere nō vult. Deū vult flectere precibus, & ipſe hō non flectit, qui iure quaſi iniquus pōderator abominatur à Dño: quia ſuas iniurias grauiores quàm Domini mēſurat, vt nolens indulgere ei qui vxorem ſuam polluit & petens indulgeri ſibi, cùm fortè, deſponſatam Chriſti virginem polluerit, vel animam ſuam Deo in baptiſmo conſecratam.

† deuorare

† tractare

† affert rotā ſup eos.

g *Ruina eſt homini deuotare ſanctos, & poſt vota retractare.* Si peccatum eſt cuilibet nocere, quantò magis ſanctos, quaſi vile mancipium pro libitu tractare? Quomodo quadraginta viri in Actibus Apoſtolorum deuouerunt ſe, nec manducaturos nec bibituros, donec interficerent Paulum. Et pagani ſæpe deuouerunt dijs ſanguinem Chriſtianorum. Antiqua translatio. Alio ſenſu. Muſcipula eſt viro citato, aliquid de ſuis conſecrare, poſtea antequam votum fecit penitentiam agit. Et quia vtroſque, & eos videlicet qui ſua vota cōtemnunt, & eos qui vt ſua vota compleant ſanctos perſequuntur, damnatio manet æterna, Ideo ſubdit: Act. 23. c

h *Diſſipat impios rex ſapiens, & incuruat ſuper eos fornicem. Lucerna Domini ſpiraculum hominis &c.* Mos fuit antiquis, vt adepta de hoſte victoria, fornices ſibi erigerent, in quibus viriū ſuarum laudes deſcriberent, vt in Saulis opere legimus. Dñs ergo rex noſter non ſolùm impiorum in fine deſtruit malitiā, ſed & magnam cum electis ſuis eiuſdem triumphi gloriam perpetuò celebrat. Antiqua translatio. Ventilator impiorū rex ſapien- 1. Reg. 15. c

---

a ¶Auditorem obedientem. b ¶Doctorem eruditum.

Aurem audientem, & oculum viden-

a ¶Ne ſibi tribuat aliquis.

te: dominus fecit vtrunq;. Noli dilige-

a ¶Peccati ignorantiæ, inertiæ. de quo: Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. b ¶Futura, quando nec ſitienti gutta aquæ dabitur.

re ſomnum, ne te egeſtas opprimat. A-

a ¶Cordis. ¶Ad ſanctas vigilias: viuendo ſaturitatem b ¶ Conquire bene cęleſtium gaudiorum.

peri oculos tuos, & ſaturare panibus. Malum eſt, malū eſt, dicit omnis emptor, & cùm receſſerit, tunc† gloriabitur. Eſt aurum & multitudo gemmarum, & vas pretioſum labia ſcientiæ. † Tolle veſtimentum eius qui fideiuſſor extitit alieni, & † p extraneis aufer pignus ab eo. Suauis eſt homini panis mendacij: & poſtea implebitur os eius calculo. Cogitationes conſilijs † roborātur, & † gubernaculis tractanda ſunt

a ¶Secreta prioris amici.

bella. Ei qui reuelat † myſtēria, & am-

a ¶ Contra priorem amicum.

bulat fraudulenter, & dilâtat labia ſua,

a Ne ſis ei amicus.

ne cōmiſcearis. † Qui maledicit patri ſuo, & matri, extinguetur † lumen eius in medijs tenebris. Hęreditas † ad quā feſtinatur in principio, ī nouiſſimo benedictione carebit. Ne dicas. Reddam malum pro malo: expecta dominum, & liberabit te. Abominatio eſt apud † Deum pondus & pondus: ſtatera do-

a ¶Non à libertate arbitrij. ¶Opera noſtra operatus es in nobis Domine.

loſa nō eſt bona. † A dōmino † dirigun-

a ¶Boni. ¶Quaſi: In hoc patet, quia omnia à Deo: quia nec per libertatem arbitrij, quis ſcire poteſt qualiter vel quandiu viuere poſſit.

tur grēſſus viri: quis autem hominum intelligere poteſt viā ſuam? Ruina eſt homini † deuotare ſāctos, & poſt vota

a ¶Pœnitentia.

† retractare. Diſſipat impios rex ſapiēs:

a ¶Diuini afflatus illuminatio, cum in mentem hominis venerit, eam ſibimetipſi illuminans oſtendit quæ ante cogitationes prauas & portare poterat & penſare neſciebat.

& † incuruat ſuper eos fornicem. Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inueſtigat omnia ſecreta ventris.

---

## NICOLAVS DE LYRA.

a Aurem audientem. *Doctrinam ſapientum.*
b Et ocu. ui. *Exempla eorum.*
c Dominus fecit vtrunque. *Id eſt ex dono Dei vtrunque prouenit.*
d Noli diligere ſomnum. *Immoderatū per pigritiam.*
e Ne te ege. op. *Propter defectum laboris in acquiſitione neceſſariorum.*
f Aperi oculos tuos. *ideſt ſis vigil, & diligens in operibus tuis.*
g Et ſatu. pa. *ideſt ſaturaberis.*
h Malum eſt malum eſt, dicit omnis em. *quia replicat emendæ rei defectum, vt diminuat eius pretium.*
i Et cum receſſe. *cum re empta.*
K Tunc glo. *de bono foro.*
l Eſt aurum & mul. gem. *i. doctrina procedens ex ſapientia excedit omne corporale quantuncūque pretioſum, quantò corpore melior eſt anima.*
m Tolle veſti. eius. *i. licitè potes tollere.*
n Qui fideiuſ. exti. alie. *pro alieno, quia obligatus eſt ad reddendum pro eo: tamen ſi veſtimentum eſt ſibi neceſſarium de nocte, debet ſibi reddi in veſpere, & reſumi poteſt de mane &c. ſicut dictum fuit diffuſius in Exodo.*
o Suauis eſt ho. *ſ. mendaci.*
p Panis mendacii. *i. per mendacium acquiſitus: quia unicuique delectabile eſt operari ſecundum habitum. 4. Ethic. & quod ſic acquiritur ſuaue videtur.*
q Et poſtea im. os eius cal. *per amaritudinem pęnitentiæ, quòd conſiderat ſe malè egiſſe.*
r Cogitationes con. ro. *i. ad effectum deducentur.*
s Et gubernaculis. *i. prudentia conſilio et experientia.*
t Tractanda ſunt bella. *Et non ſolùm viribus corporalibus. Vnde apud Romanos qui per bella ſubiugauerunt ſibi totum orbem, miles quātuncunque fortis carens tū ſapientia dicebatur miles ſine oculis.*
u Ei qui reuelat my. *ideſt conſilia ſuę fidei tradita.* H
x Et ambulat fraudu. *Oſtendens amicitiam cum ſit inimicus latenter.*
y Et di. la. ſua. *Magna promittendo, et praua aut nulla adimplendo.*
z Ne cō. *quia fieres ei ſimilis, Pſal. Cùm electo electus eris, cū peruerſo peruerteris.*
a Qui ma. &c. *i. interficietur, ſicut præcipitur in Leu. & ſic extinguitur quantùm ad lumen præſentis vitæ.*
b Hæreditas ad quam feſtina. *Ex cupiditate eam indebitè acquirendo.*
c In no. be. ca. *quia acquirens poſt mortē pęnam ſuſtinebit, & hęres eius de communi curſu finaliter non gaudebit.*
d Ne di. red. ma. pro. *Ex vindictę zelo.*
e Expecta do. *i. iuſtitiam eius.*
f Et liberabit te. *à perſequentibus.*
g Abo. eſt &c. *Exponatur ſicut prius.*
h A Domino diri. greſ. vi. *i. neceſſe habent dirigi.*
i Quis autem ho. &c. *q. d. nullus, niſi à Deo directus. Cuius ratio eſt, quia homo finaliter ordinatur ad beatitudinem, facultatem naturæ excedentē, ſecundum quod dicit Apoſt. Oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis nō aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. Ad finem autem incognitum homo non poteſt opera ſua dirigere: propter qd neceſſariò indiget diuina directione.*
K Ruina eſt ho. deuotare ſan. *ideſt facere eis vota, & non implere: quia licet vouere ſit voluntatis, reddere tamen vota facta eſt neceſſitatis, & ideo non reddens ruit in peccatum, niſi per impotentiam excuſetur.*
l Diſſipat im. rex ſa. *i. debet diſſipare turbantes bonum commune.*
m Et incuruat ſuper eos fornicem. *id eſt arcum triumphalem qui antiquitus erigebatur habita victoria de inimicis, vt habetur de Saule rege.*
n Lucerna Domini ſpiraculum hominis. *i. ſpūs eius: quia lumen naturale rationis eſt quędam impreſſio diuini luminis, ſecundum quod dicit Pſal. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.*
o Quæ in. &c. *i. cordis. Intellectus enim reflectitur ſuprà ſeipſum, et ſic cognoſcit interiora ſua. Apoſt. Quis .n. ſcit hoīum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hoīs qui in ipſo eſt?*



G

A rex ſapiens, & immittit illis rotam malorum, ideſt pœnam æternam cui rotæ eſt cōtraria corona vitæ, quam repromittit Deus diligentibus ſe.

a *Liuor vul.* Cum .n. extrà percutimur, ad memoriam peccatorum noſtrorū tacti afflictiq; reuocamur, & per hoc qd foris patimur, magis intus, qd fecim° dolemus. Sicque fit vt inter aperta vulnera corporis magis nos ablůat plaga ſecreta ventris: quia ſanat nequitiam praui operis, occultum vulnus doloris. Venter enim mēs, quia ſicut venter eſcas, ita mens pertractando excoquit curas.

Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementia thronus

a ¶Tunc ciuitates bene ordinatæ, tunc ſanctæ eccleſiæ res rectè aguntur, cum & fortiores viribus neceſſariis inſiſtunt operibus: & ſeniores maiori prudentia præditi, de his quæ agenda ſunt ſalubriter conſulunt.

eius. † Exultātio iuuenum fortitudo eorum, & dignitas ſenum canicies. Liuor vulneris † abſterget mala: & plaga in ſecretioribus ventris.

a Miſericor. & ue. *ideſt iuſtitia.*
b Cuſto. re. *quia miſericordia ſine iuſtitia eſt puſillanimitas, & iuſtitia ſine miſericordia eſt crudelitas, quæ deſtruunt regem & regnum, ſed miſericordia iuſtitia ſtimulata, & iuſtitia miſericordia temperata cuſtodiunt regem & regnum.* C
c Et roboratur clementia, *ſicut patet de regno Dauid. ij. Regum. vbi dicit: Manſuetudo mea multiplicauit me: vnde in dubijs ad miſericordiæ partem eſt declinandum.*
d Exulta. iuue. *de ipſa enim glorientur.*
e Et di. ſe. ca. *Senſuum enī. canicie capitis: ex hoc enim digni ſunt præ cæteris honorari. vnde poeta: Magna fuit quondam capiti reuerentia † cano. vnde & in Leui. Coram canocapite conſurge & honora perſonam ſenis.* Ouid. in libro Faſtorum. † senis
f Liuor uul. *i. dolor exterior ſiue labor in ſatisfactione, & dolor interior in contritione abſtergunt mala culpæ. In Hebræo ſic habetur: Liuor vulneris euacuatio in malo, & percuſſura in vētre: qd exponit Ra. Sa. ſic: Euacuatio. ſ. ſubſtantiæ, vel diuitiarum. In malo. i. in malis operibus, ſicut contingit prodigis & inſipientibus, eſt ſupple liuor vulneris cauſaliter: quia talibus ſolent inferri liuores & vulnera. Et percuſſuræ in ventre. i. plagæ mortales vſque ad membra vitalia in ventre latentia pertingentes.*

---

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XXI.

*Sicut di.* Omniū hoīum, non ſolum regis cor in manu Domini, quia in manu eius ſunt omnes fi. ter. Sed regem, ſanctum quēque vocat, qui vitiorum bella in ſe vincere, virgulta malitiæ nouit extirpare. Sicut .n. Dominus aquarum diuiſionibus, terrarū fines ſimul & aeris implet, regit quoque aquis ſuperiora cęlorum: Ita cor regis quocunq; voluerit inclinat: quia ſicut diuiſiones gratiarum ſecundum voluntatem ſuā, & angelis & hominibus tribuit: ita corda ſanctorum quibuſcunq; voluerit digna donationibus reddit. Et taceat Pelagianus: quia abſque gratia Dei nullus eſt locus ſaluti.

b *Peruer. via.* Iuſtè coram Domino viuere, eſt proprium humanæ conditionis. vnde: Deum time, & man. eius obſer. hoc eſt omnis homo. At qui peruersè viuit, alienam ab humana natura viam incedit. Peruerſa ergo actio eſt contra naturam, & aliena eſt. Qui autem mundus eſt in opere, rectè quod per naturam originaliter ſumpſit, exequitur. B

c *Qui ob. au.* Generaliter non egeno tātum vel corporaliter infirmo. Nā qui criminibus alienis affectu miſericordiæ non vult condolere, ſed iudicantis mauult tenere cenſuram, oſtendit ſe nondum vitiorum fecibus eliquatum, neque auditu diuinæ miſericordiæ dignum.

a Pauor

## CAP. XXI.

Sicut † diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocunq; voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit autem corda Dominus. Facere miſericordiam & iudicium, magis † placet Domino, quàm victimæ. Exaltatio oculorum † eſt dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatum. Cogitationes robuſti ſemper in abundantia: omnis autem † piger in egeſtate eſt. Qui congregat theſauros lingua mendacij, vanus & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis. Rapinę impiorum † detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. Peruerſa via viri aliena eſt, qui autem mundus eſt, rectum

a ¶In ſecreta altitudine vitę contemplationis.

opus eius. † Melius eſt ſedere in angulo † domatis, quàm cum muliere liti-

¶ Tibi & mulieri.

gioſa & in domo † communi. Anima impij deſiderat malum: non miſerebitur proximo ſuo. Mulctato † peſtilente ſapientior erit † paruulus, & ſi ſectetur † ſapientiam, ſumet ſcientiam. † Excogitat iuſtus de domo impij, vt detrahat impios à malo. Qui obturat

a ¶Ideſt peccatoris ipſum adiuuando, vel ad literam.

aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſè clamabit, & non exaudie-

a ¶Eleemoſyna. b ¶ Ab humano fauore. ¶Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.

tur. Munus abſconditum † extin-

a ¶Sicut aqua extinguit ignem. ita eleemoſina extinguit peccatum. b ¶Diſtricti iudicis.

guit iras, & donum in ſinu indi-

a ¶Quia ſperat remunerationem æternam.

gnationem maximam. Gaudium iu-

† placent

† deriſore

† Inſtruit iuſtus domū impij, reflectit impios à malo

† extinguet

## NICO. DE LYRA. CAP. XXI.

*Sicut diuiſio.* *Poſtquā repreſſit concupiſcētiæ motum, hic circa hoc remouet dubium: quia forſitan poſſet aliquis credere, q talis motus eſſet totaliter ab homine effectiuè: ideo hic remouet, dicens:*
a Sicut di. *quibus diuiſæ ſunt aquę, quæ ſunt ſuprà firmamentū ab his, quę ſunt ſub firmamento, quæ factæ ſunt ſimplici voluntate diuina.*
b Ita cor regis. *& per conſequens aliorū minus potentium.*
c In ma. do. *i. i ptāte eius, qa virtus primi motoris eſt in omni mouente inferiori.*
d Quo. uo. *Quia oīa ſunt in eius obedietia.*
e Ois uia &c. *Quia ſicut dicit beatus Dionyſius: Nullus aſpiciēs ad malū opatur: ſed ſemper aſpicit ad bonum verum, vel apparens.*
f Appen. au. *In ſtatera ſuę iuſtitiæ, vt ſecundum merita, & demerita reddat eis pręmia vel ſupplicia.*
g Fac. mi. &c. *i. opera miſericordiæ egenis & iuſtitiā iniuſtè oppreſſis.*
h Magis pla. do. *quib. non indiget ſicut dr in pſal. Nunquid māducabo carnes taurorum &c. Opibus aūt miæ cum egenis, & iuſtitiæ cum iniuſtè oppreſſis indiget ipſe Deus: non in ſe, ſed in ſuis membris, ſecundū quod dicit Matt. Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare &c.* Matt. 25. d
i Exalta. ocu. *Cuiuſcunque diſpoſitio .n. cordis maximè apparet in oculis: & ideo quando cor tendit ad maiora quàm debeat, ſicut facit cor ſuperbi, tunc apparet in oculis.*
K Lucer. imp. pec. *Ad hoc .n. ſciunt dirigere intellectū ſuum, nō aūt ad bonū, ſed ut quod dicit Iere. Sapientes ſunt, vt faciant mala: bene autem facere neſcierunt.* Ierem. 4. f
l Cogi. ro. *robore mentis & corporis.*
m Semper in abun. *quia cogitant ſemper facere bona: ex quo ſequitur abundātia bonorum ſpiritualium & etiā temporalium.*
n Omnis au. pi. *ad bene operandum.*
o In ege. eſt. *ſpirituali & temporali.*
p Qui con. the. *ſicut adulatores diuitum, & falſi aduocati.*
q Vanus. *ideſt virtute vacuus.*
r Et excors eſt. *quia patitur defectum boni cordis.* D
s Et im. ad. *culpæ & gehennæ.*
t Rapi. im. &c. *ad infernū, ſcdm qd dicit Apoſt. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueū diaboli, & in deſideria multa et nociua, quæ mergunt hoīem in interitum.* 1. Tim. 6. b
u Quia no. fa. *iuſtè viuere cum proximo.*
x Peruer. uia ui. *quæ eſt via peccati.*
y Aliena eſt. *ſ. à Deo, qd ponitur in aliquibus libris additur, à Deo, tū non eſt de textu: qa nō eſt in Hebręo, ſed eſt q̄dā gloſa inſerta à textu per ſcriptores.*
z Qui autem mun. *à peccato.*
a Rectū o. e. *i. ordinatum in finē debitum.*
b Melius eſt ſe. in an. *ſolitariè, vbi poteſt homo bona facere, & cogitare.*
c Quā cum mu. li. *quæ impedit hoīs bona.*
d Anima im. *inclinata ad hoc per habitum vitioſum.*
e Nō mi. *ad releuandum eius defectum.*
f Mulctato pe. *Exponatur vt ſup. 19. ca. in fine.*
g Et ſi ſe. ſa. *ſcilicet paruulus ſenſu alterius pęna territus.*
h Sumet ſcientiam. *i. boni notitiam: quia principium ſapientiæ eſt timor.*
i Excogi. iu. &c. *i. exiſtens de domo impij.*
k Vt detra. &c. *a. vt eorū mala impediat, vel diminuat, ſicut Abdemelech Aethyops exiſtens in domo impij Sedechiæ extraxit Ieremiam de lacu, vbi fuerat poſitus p homines impios, vt habetur Iere. 38.*
l Qui ob. au. &c. *Sicut diues epulo qui negauit panis micas, à Lazaro guttam aquæ non potuit impetrare.* Ierem. 38. d Luc. 16. f
m Mun. ab. *i. abſconditè datū mediatori.*
n Extinguit iras. *ſcilicet Domini.*
o Et donum in ſinu indignat. maximam. *Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ ad maiorem aſſertionem. Aliter exponitur de eleemoſyna in abſcondito data, quæ placat iram Dei.*
p Gaudium iuſto eſt facere iu. *ideſt iuſtitiam exequi, quia delectabile eſt vnicuique ſecundum habitum operari.*

a Et pauor

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Pauor operantibus iniquitatem.* Quia ſciunt à Deo prohibitũ, quamuis luxuriæ ſuæ perpetratione carnaliter delectentur: mentis tamen pauore interno non carent: quia ſe perpetuò paſſuros pro his quæ temporaliter malè fecerunt, non ambigunt.

Iob 26. b — b *In cętu gigantium.* Dæmonũ, de quo Ecce gigantes gemunt ſub aquis: & qui habitant cum eis, ideſt ſuperbi & mali ſpiritus dæmoniorum cum his quos deceperunt pœnis ſubacti torquẽtur. Horum enim cętu ſociabuntur, qa à uia veritatis errauerunt, ipſo Mat. 25. d iudice teſte: Diſcedite à me maledicti in ignem æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. (†lætitiam)

c *Pro iuſto da.* Iuſtus & rectus idem: Sed iniqui omnes, reprobi: Impij qui maioribus implicati ſceleribus, vel nunquam fidem perceperunt, vel ad apoſtaſiam redierunt. (†datur; Eccl. 25. e; Impius qui) Vnde hic poteſt accipi impius, omnis fidelium p̃ſecutor: Iniquus generaliter omnis malus. Et pro iuſto datur impius cũ pro martyre perſecutor punitur, pro rectis iniqui, qui eorum iuſtitiã videntes imitari nolebant. Damnatur Herodes pro innocentibus. Eſt etiam in augmentum damnationis, quia fidẽ Magorum ſequi ad quærẽdũ Deum noluit cùm eſſet Iudæus & prophetarum dicta cognoſceret. Hinc & Dominus ait: Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta, & con. eam, &c comparatione non potẽtia: (Mat. 12. d) quia deuotionem eius ſcientes, cum multò facilius poſſent, ſapientiæ curam non habuerunt. Secundum antiquam translationem, vel editionẽ: Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis. (†irriſor)

d *Theſaurus deſide.* Reprobi non tantum virtutes non aſſequi, ſed & perſequi, & quantùm valent in bonis obruere feſtinant. Poteſt hoc de quolibet martyre accipi, in cuius habitaculo, i. corpore anima ſancta Dei theſaurus ſeruatur, & abũdat vnctio gratiæ ſpiritualis. At perſecutor imprudẽs huiuſmodi habitaculum dirumpere poteſt theſaurum autem tangere nõ poteſt, vnde: Nolite timere eos qui occid. cor. &c. (†quia offeruntur in pctã, vel per ſcelus; Mat. 10. c)

e *Ciuitatem for.* Mundum, ſcilicet qui quondam malignorum ſpirituũ tyrannidi ſeruiebat, habens fiduciã vitæ in cultu eorum qui non ſunt dij: ſed opera manuum hominum. Hãc ciuitatem Dei virtus, & Dei ſapiẽtia Chriſtus in carne intrauit, deſtruxitque per ſuos prædicatores cultũ deorum, & in fide celeſtium docuit eſſe fiduciam habendam, quæ nõ poteſt deſtrui. (†paratus) Hoc etiam quotidie fit, cùm fidelis doctor argumẽta philoſophorum, vel hæreticorum, & quibus ſcelera ſua defendere, vel alleuiare nitunt̃, eccl̃aſtica diſciplina redarguit.

a ¶Bona opera et diſcretione,
ſto eſt facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatem. Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu † gigantium commorabitur. Qui diligit † epulas, i egeſtate erit: qui amat vinũ & pinguia, nõ ditabitur. † Pro iuſto † dabitur impius, & pro recto iniquus. † Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixo-
a ¶Claritas bonorum operum. b ¶Deo amabilis.
ſa & iracunda. Theſaurus deſidera-
a ¶Pinguedo dilectionis. b ¶In ſanctorum eccleſia.
bilis & oleum in habitaculo † iuſti: & imprudens homo diſſipabit illud. Qui ſequitur iuſtitiam & miſericordiam, inueniet vitam & iuſti-
a ¶Mundum. b ¶Dæmonum.
tiã & gloriam. Ciuitatem fortium
a ¶Chriſtus.
aſcendit ſapiens: deſtruxitq́; robur fiduciæ eius. Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam: cuſtodit ab anguſtijs animam ſuam. Superbus & arrogãs vocatur † indoctus, qui in ira operatur ſuperbiam. Deſideria occidunt pigrũ: noluerunt enim quicquam manus eius operari. Tota die concupiſcit & deſiderat, qui autem iuſtus eſt, tribuet & non ceſſabit. Hoſtiæ impiorum abominabiles, † quæ offeruntur ex ſcelere. Teſtis mendax peribit: vir obediens
¶Aliàs as. a ¶Vt Iudas.
loquetur victoriam. Vir impius
a ¶Imprudens vt non pœniteat.
procaciter obfirmãt vultum ſuum:
a ¶Vt Petrus. b ¶Flendo amarè. c ¶Aliàs, itam.
qui autem rectus eſt, corrigit uiam
a ¶Hæreticorum. b ¶Nihil eſt.
ſuam. Non eſt ſapientia, nõ eſt prudentia, non eſt cõſilium contra Do-
¶Hominis eſt Deo deuote tempore perſecutionis animum præparare, corpus offerre diſcrimini, ſed diuini eſt adiutorij, vt accepto labori victoria ſaluſq; ſuccedat.
minum. Equus † paratur ad diem
¶Qui fidelis.
belli: Dominus autem ſalutem tribuet.

d In cętu gigantium. *i. hominum moribus incompoſitorum.*

e Commora. *Quia omnis homo ſimili ſibi ſociabitur, Eccle. Dicuntur enim gigantes homines magni corporibus & incompoſiti moribus. Vel, per gigantes intelliguntur dæmones, ſecundum quod dicit Matt. Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.* (Eccli. — Mat.)

f Qui diligit epu. *Immoderatè ſicut gluto.*

g In egeſtate erit. *Quia nimium expendit & parum aut nihil acquirit.*

h Qui amat ui. *Eadẽ eſt ſñia per alia verba.*

i Pro iuſto. *i. pro malo pęnæ illato iuſto.*

K Dabitur impius. *Qui intulit illud ad pęnã maiorem, ſicut pro Mardochæo datus fuit Aman.* (Eſther)

l Melius eſt ha. in ter. de. *i. ſolitariè: & exponatur vt ſuprà.*

m Theſaurus de. *i. de diuitijs artificialibus, ſicut ſunt aurum, & argentum in vaſis, quæ ſunt valde deſiderabilia.*

n Et oleum. *i. theſaurus de diuitijs naturalibus, quæ ſignificãtur per oleum, eò quòd eſt condimentum ciborum.*

o In habi. iu. *quia frequenter iuſti in talibus abundant ex dono Dei.*

p Et impru. homo. *i. hæres fatuus & prodigus, qui aliqñ ſuccedit iuſto, & ſic Manaſſes diſſipauit diuitias Ezechiæ iuſti.*

q Qui ſe. iuſtitiam & miſe. *Quia una nõ eſt virtuoſa ſine alia, vt dictum eſt ca. præced.*

r Inueniet uitam. *gratiæ in præſenti, et gloriæ in futuro.*

s Ciuitatem for. aſcen. *Sicut Moyſes cępit ciuitates Sehon regis Amorrhęi, & Og regis Baſan. Plus. n. valet ſapĩa in bellis q̃ vires.*

t Qui cu. os ſu. *Ab imoderato potu, et cibo.*

u Et linguam ſuam. *ab immoderato verbo.*

x Cuſtodit ab an. *quæ ſolent ſequi ad vitia guloſitatis & loquacitatis.*

y Animam ſuam. *i. ſeipſum. A nobiliori n. parte frequenter denominatur totum.*

z Superbus. *corde.*

a Et arro. *ore.*

b Qui in ira opera ſu. *Exequens in opere quod habet in corde.*

c Vocatur in. *ideſt ſtultus, quia omni modo ſuperbus.*

d Deſideria oc. pig. *quia deſiderat aliquod bonum delectabile vel vtile, ſeu bonorabile, ſed non vult ad hoc laborare. & ſic ſemper eſt in anguſtia, quia non aſſequitur illud quod deſiderat.*

e Qui au. &c. *Egenis de hoc quod habet.*

f Et nõ ceſ. *A labore vt poſſit egẽti tribuere.*

g Hoſtiæ impio. abo. *Deo.*

h Quę offeruntur ex ſcę. *i. rapina vel furto, quæ plus diſplicent Deo, quam carentia beſtiarum, quibus non indiget, vt dictum eſt ſuprà eodem cap.*

i Teſtis men. pe. *Spiritualiter, & aliquando corporaliter, ſicut patet de teſtibus falſis contra Suſannam.* (Dan. 13)

K Vir obe. lo. vi. *quia vires inferiores ſubijcit rationi quæ eſt maxima victoria, vt dictũ eſt ſuprà. Melior eſt patiens viro forti, & qui dominatur animo ſuo expugnatore vrbium.* (Sup. 16)

l Vir impius pro. ob. vul. *Motus enim animi magis apparet in facie, in qua vigent omnes ſenſus, quàm in alijs partibus, & ideo obſtinatio animi apparet in obfirmatione faciei.*

m Qui autem rectus eſt, corrigit uiam ſuam. *Non inquantum rectus, quia ſic non eſt corrigendus: ſed quia de communi curſu nullus ſic eſt rectus in vita præſenti, quin aliquando declinet à rectitudine iuſtitię, & de tali declinatione corrigit ſe.*

n Non eſt ſapientia. *Quæ eſt notitia de ſuperioribus cauſis.*

o Non eſt prudentia. *Quæ eſt notitia de humanis.*

p Non eſt conſilium. *Quod eſt quædam applicatio ſciẽtiæ practicæ ad operandum.*

q Contra domi. *Quaſi diceret: Scientia ſpeculatiua, & practica et eius applicatio ad opus, non poſſunt impedire diuinam ordinationem, ſed magis promouent, licet præter intentionem, ſicut fratres Ioſeph ex ſapiẽtia terrena & aſtutia vendiderunt eum ne dominaretur eis. Et per hoc fuerunt eius dominio ſubiecti.*

r Equus paratur ad diem belli. *Quia vadens ad pręlium non debet omittere ea quæ faciunt ad ſui defenſionẽ ne tentet Deũ: tamen debet à Deo principaliter ſperare proſperum euentum.*

f *Teſtis me dax pe.* Qui ſe Deo ſeruire teſtatur, nec factis dicta exequitur, peribit. Qui autem implet, vt promittit, huius loquela ad victoriam peruenit: quia dum per obedientiam ſuam deſideria vincere ſatagit, per iuſtitiam iudicis poſt victoriam palmam percipit.

g *Vir impius.* Iudas qui impius corde erat, quamuis ipſo Domino redarguente noluit mala cępta corrigere: Petrus verò quia rectus corde, ideſt rectitudinis amator, reſpiciente ſe Dño mox pęnitendo correxit, quod negando deliquit.

a *Melius eſt.*

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et pauor. *ſupple eſt.*

b Operan. ini. *quia ſemper timent deprehendi: propter quod dicitur communiter, quòd latrones ſunt timidi.*

c Vir qui errauerit à uia doctrinæ. *ſcilicet bonæ.*

d In cętu



## GLOS. ORDIN. CAP. XXII.

A — Eccli. 16. — MElius eſt. Nam ſi quis mundum vniuerſum lucraretur, meritò totum cõtemneret, vt eius nomen ſcriberetur in cęlis, eiuſq; memoria inter ſanctos atq; angelos figeretur æterna.

b *Nomen bo.* qd fideliũ teſtimonio laudatur, non vulgi imperiti. vnde: Si adhuc hominibus placerẽ, Chriſti ſeruus non eſſem.

c *Gratia bo.* Quia à bono, pro bonis laudatur operib' quis: imò pro collatis ei donis meritorum glorificatur pater qui in cęlis eſt.

d *Diues & pau.* Neque diuitem propter diuitias honora, neq; pro inopia pauperẽ deſpice quia opus ſunt diuinum, & ad imaginem, & ad opus Dei factum.

e *Callidus &c.* Multi ex principibus crediderunt, ſed pp Phariſæos non confitebantur, ne extra ſynagogã fierent. Callidi. n. videbant malum perſecutionis, & abſcondebant fidẽ pietatis, quã parũper conceperant. Innocentes verò apoſtoli pertrãſierunt itinere profeſſionis quo cęperant, & afflicti ſunt verbere, & vinculis, carcere, & ipſa morte. Vtrorumq; autem exemplum vſq; nunc & in certamine fidei, & in communibus conſequuntur actibus.

f *Finis mo.* Quia nimirum perfectio virtutum eſt ad hunc ſtatum animi conſcendere, quo grãm cõditoris, vel in modico timeam' offendere, nihil eius memoriæ præponentes, q̃ & alibi vocatur pfecta charitas, q̃ foras mittit timorem ſeruilem. I. & incipientem, quo metuit quiſq; ne pęnis fortè mereatur ſubigi.

g *Diuitiæ & glo. & vi.* Finis modeſtię timor Dñi gloria & vita: qa pfectio virtutum eſt in hac vita, vt caſtè timeamus Deum: finis virtutũ in futuro, vt diuitias promiſſæ hæreditatis regni cęleſtis gloriam & vitam recipiamus æternam. (B)

h *Prouerbium eſt.* Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Et Græca narrat hiſtoria Alexandrum magnũ & moribus & inceſſu Leonidis pædagogi ſui nõ potuiſſe carere, & vitijs quibus paruus infectus fuerat.

i *Qui ſe. iniqui.* Patet, quia is qui vel verbo vel exemplo docet iniquitatem, ſuſtinebit vindictam. Sed quia ſequitur:

K *Et virga iræ ſuæ con.* illam iniquitatem vĩ dicere q̃ ex impia mẽte peragitur, vt atrociſſimo ſeruitio hoĩes premere, tormentis laniare, morte perimere, bouẽ viduę p pignore auferre, cũ poſſit vindicare nolle. Talis virga cõſumit. vñ: Oẽs. n. qui acceperint gladium, gladio peribunt.

l *Dicit piger.* ad bona opa, & ad confitendã fidem quã corde tenet, timidus. Nõ audeo fidẽ profiteri, ne me pſecutor puniat vł perimat: Timeo ad exercenda virtutum opera in publicũ prodire, ne fortè me vel antiq hoſtis aduerſitas grauior tentet, vel quilibet peruerſus derideat, conuitijs confundat, iniurijs afficiat, aut ſicut alios iuſtos conſumat tormentis.

a *Qui ca-*

## CAP. XXII.

a ¶Religionis.
MElius eſt nomen bonũ, quàm
a ¶Mundanæ.
diuitiæ multæ: ſuper argentũ enim & aurũ grã bona. Diues & paup obuiauerunt ſibi: vtriuſq; operator eſt Dñs. Callidus videt malum, & abſcondit ſe, † innocẽs pertranſijt, & afflictus
a ¶Conſtantiæ bonorum operum. b ¶Qui permanet in ſeculum ſeculi.
eſt damno. Finis modeſtiæ timor Do-
a ¶In futuro. b ¶Quibus noceatur proximis verbo, vel opere: vel quibus in fine feriatur à Domino.
mini: diuitię & gloria & vita: † Arma
a ¶Iuſtus.
& gladij in via ſuperbi: cuſtos autem
a ¶Vtriuſque armis. b ¶Quaſi. Ab infantia virtutibus ſtudere: quia prouerbium eſt.
animæ ſuæ longè recedit ab eis. † Prouerbium eſt: adoleſcens iuxta viam
a ¶Non quia ſemper: ſed quia ſæpius.
ſuam, etiam cùm ſenuerit non rece-
a ¶Virtutibus. ¶Ad literam patet. b ¶In Dei iudicio.
det ab ea. Diues pauperibus imperat:
a ¶A prædicatore. b ¶Verbum Dei. c ¶Debitor implendi omnia.
& qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœ-
a ¶Magiſtri.
nerãtis. Qui ſeminat iniquitatem, metet mala, & virga iræ ſuę † conſum-
a ¶Quia dixi de impio, adiungit econtra de pio.
mabitur. † Qui † pronus eſt ad miſeri-
a ¶Venite benedicti patris mei. b ¶Non ſolum carnalibus, ſed & ſpiritualibus.
cordiam, benedicetur: de panibus
a ¶Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.
enim ſuis dedit pauperi. Victoriam & honorem acquiret qui dat munera: animam autem † aufert accipien-
a ¶De eccleſia. b ¶Hæreticum incorrigibilem. c ¶Pacem præliabit eccleſiæ.
tium. † Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium: ceſſabuntq́; cauſæ & con-
a ¶Aliter non etſi prædicet.
tumeliæ. Qui diligit cordis mundi-
a ¶Recta prædicationis.
tiam propter gratiam labiorum ſuo-
a ¶Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. b ¶Chriſtum. c ¶Superna inſpectio.
rum, habebit amicum regem. Oculi
a ¶In eccleſia. b ¶Veritatis.
Domini cuſtodiunt ſcientiam, & ſup-
a ¶Quia non cuſtodiuntur à Domino. ¶Hæreticum vel qualibet praua. b ¶Cum ipſo autore. c ¶In animo.
plantantur verba iniqui. Dicit piger,
a ¶Si aptè bene facio. b ¶Tentationi reſiſtere non poſſum.
leo eſt foris, in medio platearũ † occi-
a ¶Infernus. b ¶Oſcula & verba meretricis.
dedus ſum. † Fouea profunda os alie-
a ¶Iræ filius.
næ: cui iratus eſt Dñs, incidet in eam.
a ¶Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. b ¶Non ætate: Ieremias enim puer prophetat, & Daniel ſenbit.
Stultitia colligata eſt in corde pu-

*miæ, licet frequenter ſint minoris culpæ: & ſic ad repreſſionem concupiſcentiæ ſequitur bonum famæ, quod eſt valde magnum, ideo dicit:* (C)

a Melius eſt no. bo. *quod eſt bonum honorabile.*

b Quam di. mul. *quæ ſunt bonum vtile. Honorabile verò ſimpliciter eſt vtili melius.*

c Sup ar. e. *non ſolum Dei, ſed ẽt populi: qa frequẽter ſaluat vitam quã diuitiæ non poſſunt ſaluare, vt patet de Tobia.* (Tob. 1. 4)

d Diues & pau. *Tunc. n. propriè obuiant ſibi, qñ diues ad petitionẽ pauperis ſupplet defectũ ſuæ indigentiæ. Et ſic beatus Martinus in porta Ambianẽſiũ ciuitatis obuiauit pauperi dans ei medietatem ſui pallij.*

e Vtri. o. eſt do. *Facit enim pauperem, vt habeat meritum patientiæ, & diuitem vt ſubueniendo pauperi habeat meritum miſericordiæ.*

f Calli. vi. ma. *ſ. pęnæ imminentis.*

g Et ab. ſe. *ne incurrat illud.*

h Et in. *i. ignarus periculi.*

i Pertran. *per locum periculoſum.*

K Et af. eſt dam. *rei tpalis, & aliqñ vitæ corporalis. Exemplũ de Dauid, qui videns Saulẽ inſidiari ſuæ vitæ, fugit et ſe abſcondit, & ſic euaſit. Achimelech aũt ſacerdos ignorans periculum, cum tota familia ſua ad Saulem venit & occiſus fuit.* († Spinæ & laquei ſũt in via peruerſi; 1. Reg. 22. d)

l Finis mo. *i. cuiuslibet virtutis moralis quæ conſiſtit in moderatione paſſionum & actionum humanarum.* († Imbue puerum in via ſua)

m Timor do. *ſ. filialis, qui eſt timor ſanctus permanens in ſeculum ſeculi.*

n Diui. *æternales.*

o Et glo. *ſanctorum.*

p Et ui. *æterna. ad hoc. n. ordinatur finaliter oĩs virtus moralis. Diuitiæ vero tpales et mũdani honores nõ pñt eſſe finis virtutũ moraliũ: cũ virtutes ſint maius bonũ finis autem, melior eſt his quę ſunt ad finem.* (Finis virtutum; † conſumetur)

q Arma & gla. *quantum ad abuſum.*

r In. u. ſ. *qa violẽter q̃rit rapere alienũ.*

s Cuſtos au. *per bonum virtutis.*

t Longe re. ab eis. *i. à tali abuſu armorũ, non tñ recedet à bono vſu eorum qui conſiſtit in defenſione fidei & iuſtitiæ.*

u Prouerbiũ eſt. *i. verbum cõiter dictum.* (D)

x Adoleſcens iuxta. *propter hoc dicit Philoſophus 3. Ethic. quòd non parum facit ad virtutem imò multum, q̃ iuuenes aſſueſiant in operibus virtutum.* (Victoriã &c. hic verſus non eſt in Hebr. Ariſt. 3. Moral. ad Nicomach.)

y Diues pau. *i. imperioſè loquitur ſibi ſubiectis.*

z Et q ac. mu. *p releuatiõe ſuę indigẽtię.*

a Seruus eſt fęne. *i. accommodantis: reddit enim ſe paratum ad ſuum obſequium, quandiu eſt ei obligatus.*

b Qui ſe. ini. *i. malam doctrinam, diſſenſiones & odium.*

c Metet mala. *ſ. culpæ & penæ.*

d Et vir. iræ ſuæ. *i. poteſtas qua malè agit.*

e Conſum. *i. terminabitur & finietur.*

f Qui pronus eſt ad miſ. *ex complexione vel bona aſſuefactione.*

g Bñdi. *Talib. n. hoĩes bonum imprecãtur.*

h Victoriam & honorem. *Iſte verſus nõ eſt de textu: quia non eſt in Hebræo.*

i Eiice & de. & exi. *Eſt. n. talis cã motiua, & remota verò cauſa remouetur effectus.*

K Qui di. c. m. *Ex abundantia enim cordis os loquitur, Mat. & ideo munditia cordis redundat in labijs: Et iſte* (Matt. 12. c; † occidar)

l Hẽbit amicũ re. *ſ. cęleſtẽ & ẽt terrenũ. Antiquus. n. reges nõ pmittebant aliquem aſſiſtere ſibi, niſi mundum & honeſtum.* (Nota contra reges)

m Oculi do. cu. *i. veram ſcientiam, quæ eſt de ſalute animæ habitæ.*

n Et ſup. uer. ini. *quia frequenter incurrit oppoſitũ ſui propoſiti, ſicut ille qui annunciauit mortẽ Saulis ipſi Dauid, credens per hoc acquirere eius gratiam incurrit mortem.* (2. Reg. 1. c)

o Dicit pi. *Semp. n. imaginat in opibus ſibi commiſſis maiora pericula.*

p Fouea pro. *i. informatio mala & ſuperſtitioſa doctrina, quia ducit ad profundum gehennæ.*

q Cui iratus. *quia ex ira contra aliquem ſubtrahit ſibi grãm ſuam, & ſic ruit de culpa in culpam, & frequenter in doctrinam erroneam & hæreſim damnatam.*

r Stul. colli. &c. *pp defectum experientiæ & debilem vſum rationis.*

a Et uirga

## NICO. DE LYRA. CAP. XXII.

MElius eſt. *Superius repreſſit concupiſcibilem quantum ad potum, & luxuriæ actum, hic conſequenter ponit huius repreſſionis laudabilẽ effectum. Circa qd ſciendum, q̃ vitia carnalia ſunt maioris infamiæ, li-*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Qui ca.* Conſtat, quia rapaces, & quæ pauperibus auferũt, & quæ iuſtè videbantur poſſidere perdunt, cum in iudicio pro his quæ geſſerunt, pęnas recipiunt.

E

b *Fili mi.* Huc uſq; titulus parabolarũ Salomonis qui ſuprapoſitus, ex quo nouo gñe loqui probatur, non ad quem doceat, ſed ſecum ratiocinãdo, qđ ibi incipit: Filius ſapiẽs lætificat patrẽ, hic finit: dabit ipſe ditiori, & egebit. Hinc ad priorẽ modũ loquendi reuertit, vt ad cũ quẽ docet verba faciat. Inclina au. tuã. Pulchrũ initiũ nouæ locutionis, vt aurem pariter ad audiendum, & cor apponere ad intelligendũ quæ ſapientes loquantur, percipiat.

† vi aufert à paupere

c *Noli eſſe ami.* Gñaliter aũt ſicut pfecti peruerſos proximos nõ debẽt fugere: quia ſæpe illos ad bonũ trahunt, nec ipſi ab eis peruertunt, ita infirmi ſocietatẽ debent fugere malorum, ne mala quę frequenter aſpiciunt & corrigere non valent, incipiant imitari.

d *Homini ira.* Cuilibet præcipuè Iudæo, q cõtra Chrm̃ & eius diſcipulos vę ſana mẽte furebãt, à quorum amicitia phibent q ſaluari curãt: ne eorũ vicinia, & ipſi pereant, qđ caſu Iudæ fieri poſſe probatum eſt.

† commonefacio, te hodie, tu amplectere. Nonne ſcripſi tibi perfectam cõſiliis, & ſcientia?

e *Noli eſſe cum.* Noli eſſe cũ his q cũ ſint liberi ac ſibi vacantes, defigunt manus in curas ſalutis malorũ, ſpõdentes ſe rõnem pro aĩabus eorum reddituros. Si.n. p quo ſpopõdiſti, nõ hẽt bona opa qbus te liberũ ac ſecurũ reddat tuæ ſponſionis: q̃ tibi vtilitas eſt, vt ipſe ĩ die iudicij p eius aĩa iudiceris, amittaſq; habitum iuſtitiæ quo indutus videbaris?

f *Ne tranſ. ter.* Nõ tranſgrediaris terminos catholicæ fidei, quos ab initio ſtatuere doctores.

† eorum

g *Vidiſti vi. velo.* Quẽcunq; velocem videris in opere ſuo. i. bonum quod ſuum erat facere ſtrenuum atq; ſolicitum: ſcito hunc in iudicio coram apoſtolis, qui cum Chriſto iudicabunt eſſe ſtatutum: quia eorum iuſſa ſeruauit: neq; in ſiniſtra cũ ignobilibus doctoribus, quorum cauit errorem eſſe ponendum.

F

a ¶Correctio prudentium.

eri: & virgã diſciplinæ fugabit eam. *

a ¶Virtutibus detrahendo. b ¶Spiritu.

Qui † calumniatur pauperem, vt augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori,

a ¶Per eius vi operationem. b ¶Gloriam humanę laudis. b ¶Quod habet auferetur ab eo, & habenti dabitur.

& egebit. Fili mi, inclina aurem tuã, & audi verba ſapientum. Appone autem cor ad doctrinam meam:

a ¶Quamuis primo aſpera, ſicut cætera dogmata. b ¶In intimo corde tuo.

quæ pulchra erit tibi, cùm ſeruaueris eam in ventre tuo, & † redunda-

a ¶Cum. a ¶In prædicatione.

bit in labijs tuis. Vt ſit in Domino fiducia tua, † vnde & oſtendi eam tibi

a ¶Hoc libro docet exercere eam. b ¶In cogitatione, locutione, operatione.

hodie. Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſcientia, vt oſtenderẽ tibi firmitatẽ & eloquia veritatis, rñdere ex his illis q miſerunt te.

a ¶Cuilibet, ſed præcipuè Chriſto qui pauper pro nobis.

Nõ facias violentiã pauperi, qa pauper eſt, neq; conteras egenũ in porta: quia

a ¶Tibi derelictus eſt pauper, tu eris pupillo adiutor.

Dominus iudicabit cauſam eius, &

a ¶Perdet morte æterna. b ¶Cruci.

configet eos q confixerunt aĩam eius. Noli eſſe amicus hoĩ iracũdo, neq; ambules cũ viro furioſo, ne fortè diſcas ſemitas † eius, & ſumas ſcandalũ aĩæ tuę.

a ¶Non canonicè impoſita regiminis curam prohibet ſuſcipere, ſed temere vſurpare.

Nõli eſſe cum his qui defigunt manus

¶Fideiuſſores.

ſuas, & q vades ſe offerunt pro debitis. Si.n. non hẽt vnde reſtituat, quid cauſæ eſt, † vt tollat operimentũ de cubili

a ¶Fidei. b ¶Ab antiquis ſtatutos.

tuo? † Ne † trãſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerũt patres tui. Vidiſti

a ¶Doctores. a ¶Strenuum. b ¶Bono. c ¶Apoſtolis.

virum velocem in ope ſuo: coram regibus ſtabit, nec erit ante † ignobiles.

a ¶Doctores. ¶In ſiniſtra.

*principia: ſed habitis principijs ex quibus facilius capiuntur ſequentia, tunc efficitur delectabilis, & videtur pulchra. Ideo ſubditur:*

G

e Cum ſer. eam in ven. *i. in corde tuo tanquam rem pretioſiſſimam.*

f Et re. in la. *Per ſanam doctrinam.*

g Vt ſit in domino fidu. tua. *De beatitudine conſequenda.*

h Vnde & o. eam ti. *ideſt præſenti vita. Et ſubditur modus oſtenſionis, cum dicitur:*

i Ecce de. eam tibi tri. *i. in tribus partibus vete. teſtam. quæ ſunt lex, prophetę, & hagiographa, vt habetur in prologo galeato. Sic exponit Ra. Salo. & ſecundum hoc Salomon hic loquitur in pſona ipſius Dei. Poteſt etiam tripliciter exponi de tribus libris à Salomone editis, vt dictum eſt in principio huius libri, & ſecundum hoc loquitur hic in propria perſona: tamẽ vt miniſterialis ſcriptor.*

K In co. & ſcien. *Quia meditando ea quę ſcripta ſunt in tribus veteris teſtamẽ. partibus prædictis vel in tribus libris Salomonis augmentatur in homine ſcientia,*

l Vt oſten. tibi fir. *Virtutum.*

m Et elo. veri. *Ad rectè docendum.*

n Reſpondere ex his. *i. ex tribus partibus veteris teſtamenti prædictis vel tribus libris Salomonis quid ſit verũ & falſum, bonum & malum, licitum & illicitum: vterque enim ternarius prædictus docet de iſtis reſpondere.*

o Illis qui mi. *In Hebræo habetur: Interrogantibus te. & ſic plana eſt ſñia, ad quã poteſt reduci litera noſtra, cum dr̃: Illis q mi. Interrogans enim de dubijs mittit quodammodo interrogatum, inquantum inducit eum recurrere ad deliberandum pro reſponſione per aſpectum librorum, vel collationem cum alio ſapiente.*

p Non facias uio. pau. quia pau. eſt. *ideſt quia non poteſt ſe defendere.*

q Neque conteras ege. in por. *i. in iudicio, quod antiquitus dabatur in porta ciuitatis.*

r Quia iudicabit Domin⁹. *i. vindicabit.*

s Cauſam eius. *Iniuſtè tractatam.*

t Et configet eos. *ideſt affliget.*

u Qui con. animam eius. *Eius iuſtitiam peruertendo. Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum uiro furioſo, qa amicus ſtultorum ſimilis efficietur, vt dicitur ſuprà.*

H

x Noli eſſe cum his qui de. *Fideiubendo pro alijs.*

y Si enim non ha. unde reſtituat. *Ille p quo fideiubebis oportebit te ſoluere pro eo, et tolletur veſtimentum pro pignore de cubili tuo.*

z Ne trãſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. *Occupando iniuſtè poſſeſſionem vicini tui.*

a Vidiſti uirum ue. *ideſt ſtrenuum & aptum.*

## NIC. DE LYRA.

a Et uirga di. *Quia pueri magis mouentur timore pęnæ quàm amore boni.*

b Qui ca. pau. *Hoc videmus frequenter, q principes ſpoliant vſurarios et raptores.*

c Fili mi in. *Patet ſententia.*

d Quæ pul. erit ti. *Doctrina n. ſapientiæ in principio non videtur pulchra, quia difficilis eſt ad capiẽdum, & tedioſa antequam habeãtur eius principia:*

b Coram regibus ſtabit: nec erit ante igno. *Tum quia reges volũt habere talem miniſtrum: Tum quia talis nollet ſeruire homini ruſticano.*

## GLOS. ORDIN. CAP. XXIII.

Q*Vando ſede.. Allego.* Legendũ eſt: quando ſederis legendo cũ magiſtro vt pane verbi reficiaris, diligenter intellige quæ ſcripta ſunt, & diſcretionem ſacræ lectionis in tua locutione conſerua, ſi tamen talis es, & tñ eruditus, q in poteſtate hẽs aĩam tuam. Guttur nãque pro locutione poſuit: qa ĩ gutture vox, cultrũ pro diſcretione, qa eo ſecamus. Sedens ergo vt comedat, cultrũ in gutture ſtatuit, qñ is q diuina eloqa ſedulus meditat, diſcreta ex ore illa verba depromit: nec alia ſępius ĩ lingua q̃ cęleſtis oraculi volutat verba: hoc aũt ei⁹ eſt facere, q ĩ ptãte hẽt aĩam ſuã, i. nobilẽ ſapiẽtis animi ſtatũ, inter errores fallentiũ elegit. Vñ bene ſubiungit:

† ſi habueris animũ comedẽdi ex omnibus

b *Ne deſi-*

## CAP. XXIII.

a ¶Legendo. ¶Magiſtro.

QVando ſederis, vt comedas cũ principe, diligenter attende quę

¶Scripta.

poſita ſunt ante faciẽ tuã, & ſtatue cul-

a ¶Diſcretionem. b ¶Locutione.

trũm in gutture tuo, † ſi tñ habes ĩ † po

a ¶Ideſt deprauatam errore.

teſtate animam tuam, Ne deſide-

¶Sermonibus.

res de cibis eius, in quo eſt panis

a ¶Vltra modum.

mendacij. Nõli laborare, vt dire-

i *Ne deſide. de ci.* Hoc eſt, ne deſideres eius auſcultare ſermonibus, qui dulcedine mẽdacij auditores fallit.

a *Pone*

## NIC. DE LY. CAP. XXIII.

Q*Vando ſe. Superius Salomõ repreſſit cõcupiſcibilẽ appetitũ quantũ ad potũ, hic reprimit quantũ ad cibum. Et primò facit ppoſitũ. ſcdò infert quoddã correlariũ, cap. ſequen. Circa primũ dicit:*

a Qñ ſe. ut co. *In menſa principis.*

b Diligẽ. at. quæ. p. ſ. a. f. t. *Quia modeſtè vtendum eſt appoſitis, maximè in præſentia tanti hominis. Ideo ſequitur:*

c Et ſta. cul. *i. retinaculum.*

d Si tamen habes in poteſtate. *Per vũ liberi arbitrij: & ſic excipiuntur deſipientes & pueri.*

e Ne de. de ci. eius. in quo eſt pa. men. *ideſt per mendacia acquiſitus, quia abominabilis eſt Domino talis cibus.*

f Noli laborare ut dite. *ultrà modum debitum.*

a *Sed pru-*



a *Pone modum.* De quo ſuprà. Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos po. pa. i. terminos fidei & veritatis datæ à patribus.

A

b *Ne comedas.* i. ne de ſcripturis cũ hæretico loquaris, qui inuidet humanæ ſaluti, malens decipere quã corrigi, qm̃ ſicut ariolus & coniectator ſomniorum ęſtimat q̃ ignorat, ita hæreticus q̃ nõ intelligit in ſcripturis, vt libet interpretatur.

c *Comede.* Securus, inquit, dilce q̃ dico, & age q̃ doceo, cũ his quę docet, ipſe fidem certam nõ habeat, ſciens ſe finxiſſe quæ docet.

d *Cibos quos com.* Sẽſus peruerſos quos ab hæreticis didiceras, neceſſe eſt, vt vel per pœnitentiã corrigendus deſeras, vel pro his poſt mortẽ pęnas ſuſtineas: perdaſque ſermones confeſſionis quibus eis prædicantibus humiliter fauendum eſſe putaueras.

e *In auribu.* Nolite ſanctum dare canibus, neq; mit. mar. ante por. Sicut admonuit ne hæreticorum doctrinis auſcultares ita nunc, ne amore vanæ gloriæ ſeductus immundis hominibus paſſim arcana veritatis ingeras.

f *Ne attingas par.* Propinquũ paruulorũ & pupillorũ dominũ appellat, quia cum eſſet in carne, pauperũ magis q̃ diuitũ conſors fieri dignatus eſt. Alioquin idem dñs eſt omniũ, diues in oẽs qui inuocant illum. Poſſumus per pupillos & paruulos illos accipere, de quibus dicitur: Videte ne contemnatis vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt. Dico. n. vobis quia angeli eorũ in cęlis ſemper vident faciẽ patris mei, qui in cęlis eſt. Quorũ agros & terminos qui attigerit. i. qui conuerſationem eorum bonam inquietando læſerit, iudiciũ domini non euadit.

B

g *Non æmul.* Si tota die. i. ſi toto tẽpore huius vitæ & exempla peccatorũ vitaueris, & dominũ timueris, habebis ſpem beatę retributionis in nouiſſimo. i. in huius vitæ fine. vñ in Apoc. Eſto fidelis vſq; ad mortẽ & dabo tibi coronam vitę.

h *Noli eſſe in con.* Carnes ad veſcendum conferre, eſt in collocutione derogationis viciſſim vitia proximorum dicere, de quorum pœna mox ſubditur: Quia va po. &c.

i *Symbola.* Simbolum collatio, vel ſermonum vt in conſilio, vel pecuniarũ, vt in præſenti loco. Potibus ergo vacãt, qui de opprobrio alienæ vitæ ſe inebriant. Symbolũ dare eſt ſic in confabulatione verba conferre, ſicut pro parte cuiuſque cibos ad veſcendũ. Sed vacãtes potibus & dantes ſymbola, conſumentur: quia omnis detractor eradicabitur. Veſtietur autem pannis dormitatio, quia deſpectum & inopem à cunctis bonis operibus mors ſua inueniet, quem hic alienæ vitę exquirendo crimina detractionis ſuæ languor occupauit.

a *Cui*

ris: † ſed prudentiæ tuæ pone modum.

a ¶Mentis. b ¶Diuitiarum perſcrutandarum.

Ne erigas oculos tuos ad opes quas

a ¶Penetrare. b ¶Quia cœleſtibus tantum ciuibus patent.

nõ potes habere: quia † facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cęlum.

a ¶Panem ſcripturæ. ¶Hæretico.

Ne comedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius: quoniam in ſi-

a ¶Qui ea vt vult diuinat. b ¶Interpretatur.

militudinem arioli & coniectoris eſt i-

a ¶Age quæ doceo. b ¶Dicet.

mat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi, & mens eius non eſt tecum. Ci-

a ¶In his quæ docet. a ¶Peruerſam doctrinam quam didiceras. b ¶Per pœnitentiam vel æternam pœnam.

bos quos comederas, euomes, & perdes pulchros ſermones tuos. In auri-

a ¶Quibus eis humiliter fauiſti. b ¶Quoque.

bus inſipientium ne loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquij tui. † Ne at-

a ¶Spiritu. b ¶Fidei. c ¶Pars ſacrilegis eſt, rem pauperum non dare pauperibus.

tingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas. † Propinquus

a ¶Inquietando. b ¶Chriſtus.

enim illorum fortis eſt, & ipſe iudica-

¶Perſcrutando.

bit contra te cauſam illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures

a ¶Audiendo. a ¶Qui parcit virgæ, odit puerum.

tuæ ad verba † ſcientiæ. Nõli ſubtrahere à puero diſciplinam: † ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga † percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Fili mi, ſi ſapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor

a ¶Caro rationi ſubdita.

meum, & exultabunt renes mei, cum locuta fuerint † rectum labia tua. Non æmuletur cor tuum peccatores, ſed in

a ¶Omni tempore.

timore domini eſto tota die, quia † ha-

a ¶Beatitudinis. b ¶Huius vitæ. c ¶Corona vitæ.

bebis ſpem in nouiſſimo, & præſtolatio tua non auferetur. Audi fili mi, &

a ¶Audiendo. b ¶Veritatis.

eſto ſapiens, & dirige in viam animum tuum. Noli eſſe in cõuiuijs potatorũ*, nec in comeſſationibus eorum qui carnes ad veſcendum conferunt: quia † vacantes potibus & dantes ſymbola conſumentur, & veſtietur pannis dormi-

a ¶Vt ſupra. b ¶Aqua & ſomno.

tatio. Audi patrem tuum qui genuit

a ¶In tribulatione. b ¶Eccleſia.

te, & ne contemnas cum ſenuerit mater tua. Veritatem eme, & noli vendere ſapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Exultat gaudio pater iuſti, & qui ſapientem genuit, lætabitur in eo.

a ¶Dominu. b ¶Pretio corporis. c ¶Gratis accepiſtis, gratis date.

Gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet qui genuit te. Præbe fili mi cor

a ¶Sacerdos ... à paruulo.

tuũ mihi, & oculi tui vias meas cuſto-

d Ne comedas cum homo inui. ... *qui triſtatur de bono alterius, & ... de malo eius.*

e Quoniam in ſimilitudinẽ ario. *qui in immolatis in ara diuinat de futuris.*

† faciunt

f Et coniectoris. *i. expoſitoris ſomniorum, qui loquitur in incertum.*

g Aeſtimat quod igno. *Talis inuidus, quia cogitat te cõfundere per cibum ſuũ, non tamen eſt certus, quod hoc eueniat, ideo ſubditur:*

h Comede & bibe. *Inuitando te ad ...mis ſumendum.*

i Et mens eius non eſt tecum. *i. nõ quærit bonum tuum.*

K Cibos quos comederas. *ad eius inſtinctum.*

l Euomes. *ad vituperium tuum.*

m Et perdes pul. ſer. tuos. *Quia ingurgitati non poſſunt decenter loqui.*

n In auribus inſipien. *Quia margaritæ non ſunt ante porcos ponendæ. Matt.*

o Ne attingas paruulorum ter. *i. ne occupes in toto vel in parte poſſeſſiones eorum qui neſciunt ſe defendere, vt paruuli, vel non poſſunt vt pupilli.*

p Propinquus enim illorum. *Deus, ſecundum quod dicit pſal. ...los omnium.*

q Et ipſe iudicabit. *i. vindicabit.*

r Contra te. *te puniendo.*

s Ingrediatur doc. *Et patet litera vſque ibi:*

t Fili mi. *Pater enim in filio manet quodammodo, & ſic gaudet de bono ſicut de ſuo proprio.*

† Sup 13 d

u Et exultabunt renes mei, *ideſt corpus meum, quia fortis animi motus redundat in corpus exterius.*

x Non æmuletur. *non imitetur.*

y Sed in timore domini. *ſ. filiali.*

D

z Eſto tota die. *i. per totam vitam tuã, cuius diei iuuentus eſt mane, & ſenectus veſpere.*

a Quia habebis ſpem in nouiſſimo. *ſcilicet præmio. Spes enim eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia & meritis proueniens.*

† verè eſt merces

b Noli eſſe in conuiuijs potatorũ &c. *Et ſe ponit cauſa.*

c Quia vacantes potibus, ... *bona ... tur, & ... in talibus peccantur & corrumpuntur.*

* vini

d Et veſtietur pannis. *ſcilicet vilibus. vnde in Hebræo habetur: Laceratis, dormitatio ſcilicet tua ... bi in quo dormias, niſi pannus vilis & laceratus.*

e Audi patrem tuum. *ei humiliter obediendo.*

f Et ne contemnas cum ſen. matrem. *Ei debitum obſequium ſubtrahendo.*

g Veritatem eme. *ſtudij labore.*

h Et noli vendere ſapientiam &c. *Tũ quia gratis eſt danda: Tum quia non eſt pretio pecuniæ æſtimanda. Poteſt tamẽ doctor ſapientiæ accipere victum & veſtitum pro ſuo labore: Imò debetur ei à republica, quod patet ex conſuetudine antiqua. vnde dicitur in Gene. quòd ſacerdotes Aegypti tempore famis non fuerant compulſi vendere terram ſuam, quia ipſis ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. Et ipſi primò ſtuduerunt in philoſophia, vt habetur primo metaphy.*

Gen. 47. a

Ariſt. pri. Metaph.

## NICOL. DE LYRA.

a Prudentię tuæ. *i. induſtriæ vel aſtutiæ in acquirendo.*

b Pone modũ rationis, *rationis rectę.*

c Ne erigas oculos tuos. *aſpirando & anhelando ad eas, quia talis labor eſſet fruſtra ſicut illius qui inſequitur aquilam volantem.*

d Ne

i Exultat gaudio pater iuſti &c. *Quia bonum filij redundat in patrem & matrem.*

K Præbe fili mi cor tuum. *Ad doctrinam meam meditandum.*

l Et oculi tui vias meas cuſt. *ad opera mea imitandum.*



a *Fouea*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Cui væ.* Quærit diſputando, quibus ſceleribus maxima pęna ſernetur? Et reſpōdet rōcinando, ꝗa his q per ebrietatē deuoluuntur ad luxuriā. Cui, inquit, væ, cuius patri væ? Væ æternū interitū dicit. vnde: Vę homini illi per quē ſcandalū venit. Pater eius cui væ: homo à quo mali exēpla percepit: Vel diabolus q ſuggeſtionē infudit: De quo Iudeis: Vos ex patre diabolo eſtis.

Iohan.8.f

b *Cui ri. cui fo.* Rixæ, quia concordiā nō ſeruat, quē ebrietas, ſenſus impotētem reddit. Foueę, quia paſſio in volutabro omnium vitiorum cadere nō trepidat, qui inter bonum & malum quaſi inſanus diſcernere ignorat. Et ſæpiſſimè in foueam incidit. de qua: Fouea enim profunda eſt meretrix, &c.

c *Cui ſine cauſa vul.* quia multi nimis potati vulnera per tumorem acceperant, quæ nulla ferri cauſa pertulerunt.

d *Cui ſuf. ocu.* quia immoderatus hauſtus vini, & exterioris & interioris viſus ingerit cęcitatem.

e *Nonne his.* Nō vetat bibere vinum ad neceſſitatem, ſed morari extra tempus & vtilitatem in vino, & euacuādis certare calicibus. vnde Eſa. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.

Eſa.5.e

f *Oculi tui.* Pœnæ naturale vitiū eſt, poſt vina in corde mulierē concupiſcere, comitante etiam turpitudine verborum.

g *Et eris ſi. dor.* In medio mari dormiunt qui in huius mundi tentationibus poſiti, præuidere irruentium vitiorum quaſi cumulos vndarum negligunt, & quaſi ſopitus gubernator clauum amittūt, quando mens ad regendam nauē corporis, ſtudium ſolicitudinis perdit.

h *Verberauerunt me, &c.* Vox percuſſi eſt & dormientis. Mens. n. à cura ſolicitudinis dormiens verberatur, & non dolet, quia imminentia mala non proſpicit. Sic nec quæ perpetrauerit, agnoſcit: trahitur & non ſentit: quia per illecebras vitiorum ducitur: nec tamen ad ſui cuſtodiam ſuſcitatur. Vigilare optat, vt rurſum vina reperiat. Quamuis. n. ſomno torporis preſſus ſe non cuſtodiat, vigilare tamen ad curas ſeculi nititur, vt ſemper voluptatibus inebrietur.

† Sup.22. † & præuaricatores in hoibus cōgregat ad ſe. Dormire in mari. † dormiēs in capite mali nauis. † vigilabo. * ſuo

F

## GLO. ORD. CAP. XXIIII.

N *E æmule.* Ne deſideres imitari quos prædictis vitijs videris implicari: ſed ſapientiæ operam dare curato: vnde ſubdit: Sapiētia ędificabitur domus.

K *Vir ſapiens.* Non oīs fortis ſapiēs, ſed econuerſo, quia etſi corpore debilis eſt, ſi adſit ſapiētia, omnia fortis aduerſarij .i. diaboli certamina vincit.

l *Excelſa ſtul.* Non poteſt ſtultus ad ſapientiam aſcendere, quia in infimis vitiorum iacet: quia etſi in præſenti ſe aliquid ſapere putat, in porta .i. in exitu huius vitæ nihil fuiſſe inueniet.

m *Qui cogitat.* Aperit quem ſtultum dicat, non ingenio tardum: ſed & qui vel cogitando peccat.

a Si deſpe-

diant. † Fouea enim profunda eſt meretrix, & pute⁹ anguſtus aliena. Inſidiatur in via quaſi latro, † & quos incautos inuenerit, interficiet. Cui vę, † cuius patri væ, cui rixę, cui foueę, cui ſine cauſa vulnera, cui † ſuffoſſio oculorū? Nonne his qui † commorantur in vino, & ſtudēt calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flaueſcit: cum ſplenduerit in vitro color eius. Ingreditur blādè, ſed in nouiſſimo * mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas: & cor tuū loquetur peruerſa. Et eris ſicut dormiēs in medio mari, & quaſi † ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dices: Verberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi. Quando † euigilabo, & rurſus vina reperiam.

## CAP. XXIIII.

NE æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis, quia rapinas meditatur mēs eorū, & fraudes labia eorū loquūtur. Sapientia ædificabitur domus, & prudētia roborabitur. In doctrina replebūtur cellaria vniuerſa ſubſtātia ꝓtioſa & pulcherrima. Vir ſapiens fortis eſt, & vir † doctus robuſtus & validus: quia † cum diſpoſitione initur bellum, & erit ſalus vbi multa cōſilia ſūt. Excelſa ſtulto ſapientia: in porta non aperiet os ſuum. Qui cogitat mala facere, ſtultus vocabitur. Cogitatio * ſtulti peccatū eſt, & abominatio hominū

## NIC. DE LYRA.

a Fouea enim profun. eſt in me. *i. ſuperſtitioſa doctrina, quia multi caduut in eam.*

b Et puteus angu. *quia cum difficultate poteſt inde quis exire.*

c Inſidia. in via qua. la. *& hoc per doctores huius doctrinæ.*

d Et quos incau. vi. *neſcientes diſtinguere inter ſanam doctrinam & malam.*

e Interficiet. *morte culpæ & gehēnæ. In Heb. habetur: Et contemptores in hominibus addet .i. multiplicabit in hominibus cōtemptores Dei, vt exponit Ra. Sa. Poteſt etiam hæc litera exponi de meretrice corporali, quæ dicitur fouea profunda, quia multi cadunt in eam, iuuenes, viri, & ſenes. Dicitur etiam puteus anguſtus, quia de peccato luxurię non exit homo niſi cum difficultate. Inſidiatur etiam quaſi latro blanditijs & oſculis incontinentes attrahendo.*

f Cui væ. *i. maledictio & infortunium.*

g Cuius patri væ. *quia in patrem redundat filij malum.*

h Cui foueę. *ideſt carceres ſub terra.*

i Cui ſine cauſa vulnera. *i. non ex gladio, ſed ex caſu proprio facta.*

K Cui ſuffoſſio oculorum. *i. debilitatio & obſcuratio eorum.*

l Nonne his qui com. in vi. *ſuperfluè bibito q. d. ſic contingit eis vt patet de ſe ad ſenſum, ideo ſubditur:*

m Ne intuearis vi. *quia delectari in tali aſpectu inducit ad immoderatum potum.*

n Ingreditur blan. *i. ſuauiter in principio.*

o Et in nouiſſimo mor. vt co. *quia conſumit bona fortunæ & bona naturæ, vt patet ex prædictis, & etiam bona gratiæ, quia inducit ad vitia, & potiſſimè ad luxuriam, ideo ſubditur:*

p Oculi tui vide. extrane. *ideſt meretrices & adulteras.*

q Et cor tuum lo. per ver. *concupiſcendo eas.*

r Et eris ſicut dor. *quia paſſio venereorum ligat rationem & ſenſum.*

s In medio mari. *i. præſentis ſeculi, quod iactatur vndis tentationum & vitiorum.*

t Et quaſi ſopitus gu. *corpus eſt nauis, anima gubernatrix, vnde dixerunt Platonici, q anima vnitur corpori, ſicut nauta naui: quæ ſimilitudo tenet inquantum eſt motor corporis, non tamen quantum eſt forma. Dicitur autem anima ſopita, quando ſomno vel paſſione venereorum eſt ligata.*

u Amyſſo clauo. *i. gubernaculo, quod hic intelligitur rectum rationis iudicium.*

x Et dices. *tranſeunte ſomno vel paſſione.*

y Verberauerunt. *Sicut enim oppreſſus ſomno præ nimia ebrietate, non percipit pro tunc ſi percutiatur aut trahatur, ſic detentus vehementi paſſione venereorum, non percipit pro tunc mala culpæ & pœnæ quæ incurrit.*

z Quando euigi. *ſicut enim aſſuetus ebrietati poſt euigilationem citò recurrit ad potationes inclinatus ad hoc per malam conſuetudinē vel complexionem, ſic & aſſuetus veneri, etſi aliquando euigilet percipiendo ad horam mala quæ incurrit, tamen citò reuertitur ad vomitū propter malum habitum vel carnis corruptionem ipſum ad hoc impellentem.*

G H

## NIC. DE LY. C. XXIIII.

NE æmule. *Hic conſequenter concludit ex prædictis quoddam corollarium. Dictum eſt. n. ſuprà q in conuiuijs & commeſſationibus potatorum conſumuntur fortunæ bona, quibus conſumptis inducuntur tales ad rapinas & furta, quia non habent vnde contineant talia, & tamen continuare volunt, quia conſuetudo eſt altera natura, ideo quaſi concludendo ex prædictis dicit:*

a Ne æmule. *i. imiteris: Aemulor, aris, habet plures ſignificationes. vnde verſus: Aemulor inflatur, amat inuidet ac imitatur.*

b Viros ma. *ideſt ebrioſos & guloſos, vt dictum eſt.*

c Quia rapinas. *poſtquam conſumpſerunt bona ſua modo prædicto.*

d Et frau. *quando non poſſunt habere per violentiam.*

e Sapien. ædi. do. *i. promouebitur familia vel cognitio aliqua.*

f Et pru. ro. *ideſt bono regimine.*

g In do. ſa. re. cel. *i. corda audientium.*

h Vniuer. ſub. *Diuitiæ. n. ſpirituales ſemper ſunt prætioſę & pulcherrimæ, corporales. n. aliquando habent turpitudinem annexam.*

i Vir ſa. for. eſt. *quia ſapientia plus valet in arduis & in bellis quam vires corporis, ideo ſubditur:*

K Quia cum di. *Niſi enim exercitus eſſet bene diſpoſitus, non haberet victoriam ſed magis confuſionem.*

l Excelſa ſtul. ſa. *quia non poteſt attingere ad eam.*

m In porta non. *ideſt inter ſapientes qui antiquitus ſedebant in porta ciuitatis ad faciendum iudicium. Cætera patent vſque ibi.*

a Si deſpe-



a *Si deſperaueris.* Nihil execrabilius deſperatione, quam qui habuerit, & in generalibus huius vitæ laboribus, & quod peius eſt, in fidei certamine conſtantiam perdit.

A

b *Erue eos.* Erue eos qui ab hæreticis decipiuntur, rectam fidem prædicando: libera eos qui à malè viuentibus catholicis trahuntur ad interitū exemplo bonorum operum inſtruendo. Sed & ſi quos in certamine pſecutionis lapſos vel lapſuros inſpexeris, ad vitam exhortando reſtaura: ſi quos fame, ſi algore perituros, victu, veſte recrea.

c *Comede fil. mi.* Melli & fauo comparat doctrinam ſapientiæ. Quia ſicut illa cęteris cibis, ita hæc doctrinis præcellit cęteris. Mel autem quod in promptu eſt, moralē literę ſuperficiē notat. Fauus, vbi mel in cera, allegoriam, vbi ablato velamine literæ: ſpiritualis ſuauitatis labore aliquo & mora percipitur.

d *Ne inſidieris &c.* Ne quæras occaſionem, per quam deroges homini iuſto. Ille enim ſi ceciderit, citò reſurget, nec iterat malum: Impij verò ſi corruunt, vt non reſurgant, vnde ſubiungit: Septies cadet iuſtus in die, & reſurget: impij verò &c.

e *Septies enim cadit iuſtus.* Iuſtus dicitur & cadere, ideſt peccare memoratur: quia de leuibus peccatis agitur, ſine quibus hæc vita non ducitur. Per ignorantiam enim, vel obliuionē, vel ſurreptionem, per neceſſitatem, vel fragilitatem carnis, ſingulis diebus vel inuiti, vel volentes frequenter peccamus, & tamen reſurgit iuſtus, quia iuſtus eſt, nec eius iuſtitiæ humana præiudicat fragilitas. Vnde cùm de iuſto loquitur, non addit, in malum: quia etſi malum eſt, q cadunt ne hęreant in malo citius reſurgunt. At contra. Impij autem corruūt in malum: quia cum ceciderint, vel (quod grauius eſt) corruerint, ideſt criminaliter peccauerint, ſic peccato aſſētiunt vt non pœniteant.

B

f *Cum ceciderit inimi. tuus &c.* Suprà iuſto inſidias vetuit, nunc autem vt reddat te perfectum in omnibus, inimicis etiā ſi peccauerint: aut quid aduerſi incurrerint, inſultare prohibet, ne fortè ſi miſerante domino ad pœnitentiam redierint, & tibi amici fideles fuerint, erubeſcas: quia aliqñ illos deſpexeris, quos diuina gratia ad vitam reſeruauerat. Sed quantum potes iacentibus condole, & vt reſurgant iuua, etſi effectus conatū ſequitur, gaudebis de ſanato quē ægrotum dolueras. Si non, beneuolentiæ tamen fructu non carebis ante Deū. Vel ita: Non gaudeas de caſu inimici tui, ne fortè dominus ſuperbiam tuam, quę illi abſq; dubio diſplicet: hoc ordine illū deijciens humiliet, ne te cadente in peccato, ille reſipiſcens ſanetur.

g *Time do. fili mi.* Poteſt per dominū & regem, pater & filius intelligi, qui eodē diuinitatis honore colendi ſunt. Qui. n. non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum, &c.

h *Cum detractorib. non com.* cum illis ſcilicet qui dicentes ſe Deum patrem noſſe, filium Dei in carne apparentem noluerunt recipere, quoniam repen. conſur. perdi. eorum, & rui. vtri. quis nouit? Vtriuſque & detrahentis, & ei fauentis: derogantium Chriſto principum, & decepti ab eis populi, & lacerantium fidem hæreſiarcharum, & auſcultantium illis auditorum.

i *Hæc quoq; ſapientibus.* Quando reprobus quis repentino interitu rapitur à ſeculo. Vel, Hæc quoq; ſapientibus ſunt obſeruāda quæ & docui, ne & detractoribus commiſceatur, quia hoc ſpecialiter vitio periclitatur totum penè genus humanum. vnde Auguſt. in menſa ſua: Quiſquis amat dictis abſentum carpere vitam: Hāc menſam indignam nouerit eſſe ſibi. Alia tranſlatio apertius habet: Hæc vobis (ſubaudi ignorata ſunt) ſapientiam agnoſcentibus. Quod ſequentium a

† detractor. Si † deſperaueris in die anguſtiæ lapſus, † imminuetur fortitudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortē, & qui trahūtur ad interitum, liberare ne ceſſes. Si dixeris: † Vires nō ſuppetūt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſeruatorē animæ tuę nihil fallit: reddetq; homini iuxta opera ſua. Comede fili mi mel, quia bonum eſt, & fauum dulciſſimū gutturi tuo: Sic & doctrina ſapiētię animæ tuę, quàm cum inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem, & ſpes tua nō peribit. Ne inſidieris & quæras impietatē in domo iuſti, neq; vaſtes requiē eius. † Septies enim cadit iuſtus & reſurget: impij autē corruent in malum. Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, † & in ruina eius ne exultet cor tuū, ne fortè videat domin⁹, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam. Ne † contendas cum peſſimis, nec æmuleris impios, quoniam nō habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorū extinguetur. † Time dominū fili mi, & regem: & cū detractoribus nō cōmiſcearis. Quoniam repente cōſurget perditio eorum, & ruinā vtriuſq; quis nouit? Hæc quoq; ſapientibus. † Cognoſcere perſonā in iudicio nō eſt bonum. Qui dicunt impio, Iuſtus es, maledicēt eis populi, & deteſtabuntur eos tribus. Qui arguūt, laudabunt: & ſuper ipſos

## NICO. DE LYRA.

C

a Si deſperaueris in die la. angu. *de periculi euaſione.*

b Imminuetur for. tua. *Quia deficiente corde per deſperationem deficiunt membra exteriora, quæ habent virtutem à corde.*

c Erue eos qui. *Iniuſtè tamen: exemplo Danielis, qui liberauit Suſannam.* Dan.13.a

d Si dixe. vi. *ad hoc faciendum.*

e Qui inſpe. eſt cor. *i. Deus, ſecundum quod dicitur 1. Reg. Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor.* 1.Reg.16.d

f Ipſe intelligit. *Si dicas verum vel falſum, et ſecundum hoc reddet tibi pœnā vel præmium.*

g Comede fili mi mel. *Ad literam: In terra promiſſionis in qua regnauit Salomon mel abundat, ideo in pluribus locis ve. teſt. dicitur terra abundans lacte & melle, & ideo reficiuntur homines corporaliter.*

h Sic & doctri. ſa. *Dulcis eſt & bona & ſpiritualiter refectiua.*

i Quā cū. *Corde meditādo et opere adimplēdo.*

K Habebis in no. *ſ. in bonis futuri ſeculi.*

l Et ſpes tua non pe. *i. effectu non carebit, quia ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, vt ſupra dictum eſt.*

m Ne inſidie. *i. occaſionem eum diffamandi, eò quod in aliquo deliquit, & ſubditur cauſa:*

n Septies. n. ca. iu. *i. pluries, quia vita preſens ſine peccato non poteſt tranſigi de curſu communi.*

o Et re. *i. ſe emendabit, propter quod ſeruanda eſt fama eius. vnde dicit Saluator, quod correctio fraterna primò debet eſſe in ſecreto, vt ſic ſeruetur fratris fama, ſi emendetur ex tali correctione.* Mat.18.b

p Impij autem. *Sine correctione tali per emēdam, & ideo non ſic eſt cum iſtis agendum, ſed magis ſunt accuſandi publicæ iuſtitiæ & puniendi, quando non ſperatur de eorum emendatione ex ſecreta correctione.*

D

q Cum ceci. inimi. tuus. *In aliquod malum pœnæ.*

r Ne gaudeas. *Motus ratione odij, ſeu inimicitiæ, ſecus autem eſt quando tale gaudium procedit ex zelo iuſtitiæ, ideo ſequitur:* Iob.31.c

s Ne forte videat do. & diſpli. ei. *Motus malus animi tui.*

t Et auferat ab eo iram ſuam. *Et ſuper te cōuertat ipſam.*

u Ne contendas cum peſſi. *i. cum incorrigibilibus verbo correctionis, quia hoc eſt inutile: ſed iudex debet contendere cum talibus per pœnas, vt à malo arceantur, & alij terreantur.*

x Nec æmuleris. *ideſt imiteris.*

y Impios. *Cuius cauſa ſubditur:*

z Quoniam non habent &c. *Sed totā ſuam ſpem ponunt in bonis huius mundi.* Iob.21.a

a Et lucerna impiorum extinguetur. *id eſt poteſtas eorum finietur.*

b Time dominum. *principaliter.* † Sup.18.a

c Et regem. *Qui eſt eius vicarius in temporalibus ſecundariò.*

d Et cum detractoribus non com. *Eorum detractiones libenter audiendo.*

e Quoniam repente conſurget &c. *ſ. detractoris & eius auditoris.*

f Et ruinam vtriuſq; quis nouit, *q. d. valde magna erit: quia poſt ruinam culpæ incurrit ruinam gehennæ.*

g Hęc quoque. *quæ ſequuntur: ſic coniungitur hæc litera in Hebræo.*

h Sapientibus. *ideſt iudicibus & eis aſſiſtentibus.*

i Cognoſcere perſo. in iu. *ideſt aliqua familiaritate ei condeſcendere plus debito.*

k Non eſt bonum. *Quia eſt contra vtilitatem iuſtitiæ. In tali enim cauſa auctorum eſt præhonorare veritatem.* Ariſt. pri. Moral. ad Nicomach.

l Qui dicunt imp. &c. *Eum pro muneribus ſeu familiaritatibus iuſtificando.*

m Maledicentes eis. *Per populos intelliguntur gentes, q nō ſunt de populo Iſrael, & per tribus populus Iſrael in duodecim tribubus diuiſus.*

n Qui arguunt. *Iuſtè peccatores obſeruando tempus & locum, & alias debitas circunſtantias.*

o Laudabuntur. *i. laudabiles efficientur coram Deo & hominibus*

p Et ſuper eos veniet benedictio. *Dei & populi.*



a Labia

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſequentium poteſt eſſe principium. Cognoſcere perſonam in iudicio &c. Suprà regem timere docuit, & nunc perſonam in iudicio cognoſcere vetat. Vnde colligitur, quia ita principibus oportet ſeruire, vt eorum reuerentia, vel timore nunquam à via veritatis recedatur.

*Quomodo ſeruiendum principibus.*

a *Labia deoſculabitur.* Oſculũ, pacis & amoris ſignum eſt. Qui ergo rectè reſpondet, labia deoſculatur: quia quicunq; neglecta acceptione perſonarũ ſola verba iuſtitiæ ſequitur, inſipientibus fortè grauis videtur & auſterus. Multos tñ cũ quibus pacẽ habeat, multos prudentes qui ſua verba cum amore complectantur inueniet & eoſdem qui ſæpe aduerſabantur in melius conuerſos.

b *Præpara fo.* Præparato opere agrũ diligenter exercere, eſt euulſis iniquitatis ſentibus, actionem noſtram ad frugẽ retributionis excolere, & poſt agri exercitiũ domum ædificare, qđ plerũq; ex bonis operibus diſcimus, quantã vitæ munditiã & in cogitatione cõſtruamus. Ille.n. exterius domum ædificat, qui primum agrum corporis à ſpinis vitiorũ purgat: ne ſi deſideriorum ſentes in carnis agro proficiant, intus tota virtutum fabrica fame boni creſcente deſtruatur.

c *Per agrum hominis.* Per agrũ vineãq; pigri ac ſtulti tranſire, eſt cuiuslibet vitã inſpicere negligentis: Quã vrticę vel ſpinæ replent, quia in corde negligentium prurientia terrena deſideria & punctiones pullulant vitiorũ, vnde in deſiderijs eſt oĩs otioſus. Et maceria lapidũ in vinea vel agro viri ſtulti deſtructa iacet: cũ incepta virtutum munimina, vel improbitate hominum deceptus vel diaboli perſuaſione quiſq; negligẽs perdit.

* bona. † ſeducas * eius · vſquequo &c. h.e. verſus non eſt in Hebręo · inquam

veniet bñdictio*. Labia deoſculabitur, qui recta verba rñdet. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & poſtea ædifices domum tuam. Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum,

¶Ne foueas in peccatis.

nec † lactes quemquam labijs tuis.

¶Malum pro malo non reddas.

Ne dicas: Quomodo fecit mihi, ſic faciam ei, & reddam vnicuique ſe-

¶Quia reprobi prædicta facere negligunt, rectè ſubiungit: Per agrum ho. pi. tranſi:

cundum opus ſuum. Per agrum hominis pigri tranſiui, & per vineam ſtulti viri, Et ecce totum repleuerant vrticæ, operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum * deſtructa erat. Quod cum vidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam.

¶Non eſt in.

Vſquequo piger dormies, vſque-

¶Ebrius

quo de ſomno conſurges? Parum inquam dormies, modicum dormitabis. Pauxillum manus conſeres, vt quieſcas, & veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, & mendicitas, quaſi vir armatus.

## NIC. DE LY.

a Labia deoſculabitur. *ideſt pacem reformabit, cuius ſignum eſt mutuum oſculum.*

b Qui recta ver. reſpondet. *Ille.n. qui reſpondet ex tranſuerſo, veritatem fugiendo, non reformat pacem, ſed magis diſſipat eam.*

c Præpara foris opus tuum &c. *Hunc verſum exponit Ra.Sa. dupliciter. Vno modo ſic: Præpa. fo. o. tuum. i. prouide tibi de agris & vineis, & alijs ad vitam neceſſarijs.*

d Et poſtea ædifi. do. tuam. *i. accipias vxorem & facias prolem. Coniunctio enim viri & mulieris & educatio prolis faciunt domum: quę malè gubernaretur, niſi præcederet prouiſio neceſſariorum. Alio modo ſic: Præpara foris opus tuum, ſtudendo ſacram ſcripturam. Et diligenter exerce agrum tuũ, videndo gloſſas doctorum. Et poſtea ædifices domum tuam. i. fac tibi diſcipulos per ſanam doctrinam, aliter eſſet ordo peruerſus.*

e Ne ſis teſtis fruſtra. *ideſt ſine iuſta & rationabili cauſa.*

f Ne lactes quemquam la. tuis. *ideſt verbis adulatorijs.*

g Ne dicas. *ad oppoſitum verbis comminatorijs.*

h Quomodo fecit mihi. *talis iniuriam inferendo.*

i Sic faciam ei. *quia nullus debet eſſe iudex in cauſa ſua, ſed debet ad ſuperiorem recurrere, cuius eſt inter homines iuſtitiam conſeruare, & iniuriantes corripere.*

K Per agrum hominis pigri tranſiui. *& ad ſenſũ patet hoc in poſſeſſionibus pigrorũ.*

l Quod cum vidiſſem, poſui in corde meo. *quia ſapientes hoc videntes, fiunt magis ſoliciti de ſuis poſſeſſionibus cuſtodiendis & colendis. Alio modo exponitur, per agrũ & vineam intelligendo hominis conſcientiam, quæ quando negligitur, varijs vitijs repletur. Quod conſiderantes ſapientes viri, circa propriam conſcientiam purgandam ſunt magis ſoliciti.*

m Vſquequo piger dor. *Hoc principium non eſt in Hebræo, ſed incipit ibi verſus.*

n Parum inquam do. *Exponatur tamen totum vſque ad finem capituli, ſicut expoſitũ eſt ſuprà cap. 6. vbi ponitur iſta ſententia, & quaſi ſub eiſdem verbis.*

## GLO. ORD. CAP. XXV.

H*Ae quoq; parabolæ.* Hinc nouo ordine loqui incipit, & vt nõ ad audientẽ, ſed ſecũ quid ratio veritatis habeat, pertractet: in quibus tamen quiſq; quid cauere, quid appetere debeat, agnoſcat. Quas quidẽ parabolas viri Ezechiæ tranſtuliſſe dicuntur, quia forſitan vſq; ad eũ diſperſæ habebãtur à pluribus, prout ex ore Salomonis ſemel dictas rapuerant, ſed per eius induſtriã collectæ, huic libello inſertæ ſunt. Notandũ quia in his parabolis multò plura ſunt allegorica, quàm in cęteris ex collatione rerum, ſcilicet quę figuris apta videntur.

† tranſcripſerunt, ſiue inſeruerũt

e *Gloria Dei eſt celare.* Gloria dñi, in carne apparẽtis, eſt humanitatis magis quã diuinitatis naturã mortaliũ oculis oſtẽdere, & ſe potius miraculis & myſticis locutionibus quã apertis verbũ Dei, id eſt filiũ, fateri: vnde ſe magis filiũ hominis q̃ filium Dei appellat.

† rem

f *Inueſtigare ſermo.* Sermonẽ quo ſe Deum (quãuis obſcurè) ſignificat, vt illud: Ego & pater vnum ſumus, & huiuſmodi. Denique celans diuinitatem & prætendens humanitatem, ait: Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Cui Petrus inueſtigato ſermone: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Qui non paruam inueſtigationis gloriam meruit: nam illico audiuit: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & ſanguis &c.

g *Cœlũ ſurſum & terra.* Sicut altitudo cęli & profunditas terræ ab hoĩbus ſciri nõ põt, ita ſciẽtia apoſtolorum & prophetarum, qui arcana diuinitatis ſpiritu reuelante cognouerunt, noſtram fragilitatem tranſcendit.

## CAP. XXV.

HÆ quoq; parabolæ Salomonis, quas † tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda.

¶In carne apparentis. ¶Deitatis.

Gloria Dei eſt celare verbũ, & glo-

¶Apoſtolorum. ¶Perſcrutari.

ria regum inueſtigare † ſermonem. Cęlum ſurſum, & terra deorſum, &

## NIC. DE LY. CAP. XXV.

HAe quoque parabolę. *Hic incipit tertia pars principalis huius libri, in qua ponitur tertia collectio parabolarum Salomonis. Et diuiditur in duas partes. ſ. in procœmium & tractatum. Secunda ibi: Gloria Dei. In prima parte ponitur materia huius collectionis, cum dicitur:*

*Diuiſio.*

a Hæ quoq; parabolæ. *ſ. quæ ſequuntur in hac collectione: & autor parabolarum, cum dicitur:*

b Salomonis. *i. editæ à Salomone, & autores collectionis, cum dicitur:*

c Quas tranſtulerunt viri Ezechię. *i. ſtudioſi ſui temporis & de eius mandato. Nec accipitur hic tranſlatio de vno idiomate in aliud, quia Salomon protulit illas parabolas Hebraicè, & ſic ſcripſerunt eas viri ſibi aſſiſtentes in ſchedulis tamen diuerſis. Sed viri Ezechiæ illas ſchedulas colligentes, addiderunt eas duabus prædictis collectionibus iam ante poſitis in hoc libro, & ſic fuerunt in maiori autoritate quam antè. Et iſta tranſpoſitio de ſchedulis in hoc libro vocatur hic tranſlatio. vnde in Hebræo non habetur: Tranſtulerunt, ſed fortificauerunt, imponendo in libro autentico.*

*Tranſlatio diuerſo modo accipitur.*

d Gloria Dei. *Hic conſequenter ponitur tractatus. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponĩ eruditio Salomonis actiua, ſecũdo paſſiua ca. 20. Prima in duas, quia primò ponĩ diſciplinatorũ eruditio. Secũdò increpatur indiſciplinatorũ obſtinatio, c. 29. Prima adhuc in duas: quia primò deſcribiĩ virtutis bonũ, ſecundò vitij malũ, c. 28. Prima adhuc in duas, quia primò inducit ad virtutis bonũ, ſecũdò remouet impedimentũ, 27. c. Prima adhuc in duas, quia primò declaratur bonũ qđ virtuoſis debet. Secundò à quibus remouetur, c. 26. Circa primũ dr: Gloria Dei eſt ce. verbum. i. ſacræ ſcripturæ ſecretũ, vt exponit Ra.Sa. ſicut principia, Gen. & Ezechielis velatè traduntur, vt infideles irrideãtur, & fideles ſtudioſi exerceantur, & profunditatẽ diuinæ ſapientiæ admirentur, ideo ſubditur:*

*Diuiſio.*

e Et gloria regum. *ideſt ſapientum, qui debent alios regere.*

f Inueſtigare ſermonem. *i. quærere ſenſum ſermonis diuini occultè traditi, & ex hoc ſunt ſapientes ab alijs honorandi, quia honor debetur virtuti, non ſolum morali, ſed etiam intellectuali: veruntamen non omnia ſunt à ſapientibus in lege Dei perſcrutanda, ideo ſubditur:*

g Cœlum ſurſum & terra deorſum. *Ideſt quantum diſtat altitudo cęli à terra, & quantum diſtat centrum terræ ab eius ſuperficie, & ſecreta cordium, & maximè ſapientum, qui ſciunt corda ſua celare, & ſic ſoli Deo ſunt nota: talia inquam non ſunt à ſapientibus legum perſcrutanda: vnde prophetæ, & apoſtoli, & doctores vtriuſque teſtamenti de talibus*



a *Aufer impietatem.* Aufer impietatem perſequendi Chriſtianos de animo Sauli, vel huiuſmodi, & cũm Chriſtum prædicare cœperint, firmabitur iuſtitia, cathedra doctrinæ eorum, quam prius ad ruinam ſua impellebat impietas: cum iuſtitiæ Dei repugnantes ſuam volebant ſtatuere. Aufer impietatem &c. Qui præſunt populis, ſi volunt firmum eſſe ſolium ſuum, ſemper hilaritate & gratia vultus plenos exhibeant: ne per arrogantiam rigidi, plebis odium incurrant.

b *Ne glorioſus appareas.* Sicut ſuperius prælatum, nunc ſubditum monet illum, vt hilarem vultum oſtendat ſubiectis. Hunc ne in conſpectu maiorum arrogans appareat, ſed in mediocri poſitus loco, ſuperius euocari mereatur. vnde: Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouiſſimo loco. Poteſt in rege & principe dominus intelligi, in cuius conſpectu nos ſemper humiliari neceſſe eſt. vnde: Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt exaltet vos in tempore viſitationis.

c *Mala aurea.* Sacra eloquia, electis comparantur, quia requiem † parant audientibus: Argenteis, quia ſplendida fulgent virtutibus patrum: vnde: Eloquia domini eloquia caſta, ar. igne examinatum, probatum terræ purgatum ſeptuplum. Lectorum ornatui mala ſuperaddit aurea, qui diuina eloquia ſpiritualibus ſenſibus & myſterijs plena exponendo demonſtrant. Senſus enim, mala vocãtur: quia de arbore vitæ, ideſt Dei ſapientia ſunt orti. Aurea, quia notitiam amoremq; perpetuæ claritatis mentibus infundunt. Mala ergo aurea in lectis argenteis, qui lo. ver. in tempore ſuo: quia qui verbum Dei opportunè nouit iuxta audientium capacitatem prædicare, modò exempla ac dicta patrum (per quorum cuſtodiam ad requiem peruenitur æternam) iuxta literam replicat, modò ſuauiores in his ſenſuum ſpiritualium fructus, quibus pia audientium deſideria paſcat, remoto literæ velamine pandit.

d *In auris aurea margaritum fulgens.* Rectè humilis auditor inauri aureæ cõparatur, quia dum libenter increpanti ac docenti aurem accommodat, iam ſe ad percipiendam claritatem ſapientiæ cęleſtis præparat, iam ſupernæ lucis viſioni appropiat. Magiſter eruditus, margaritæ fulgenti, quia dum emendationem morum, dum ſupernorum ſcientiam piè quærentibus aperit, quaſi aureo ornatui maiorem inſuper gratioremque fulgorem gehennæ ardentis annectit.

e *Sicut frigus.* Importunum videtur tempore meſſis ningere. Nam & põſt: Quomodo nix in æſtate & pluuiæ in meſſe, ſic indecens eſt ſtulti gloria. Sed tamen in feruenti Paleſtina, non parum delectabile eſt, ſi ſubitò frigus (quomodo in niue ſolet) adueniat: quod incendia ſolis aliquando refrigeret, ſudorem laborũ tergat, ardentes temperet anhelitus: Cui bene legatus aſſimilatur fidelis, qui mentem eius qui ſe miſit, prudenter agendo repauſat.

f *Vir glorioſus.* Idem videtur: Nec lactes quemquam labijs tuis. Sed illud eſt ne promittendo hominem ſuſcipias, & non cõplendo decipias. Hoc autẽ & idem, qđ dicit Apoſt. Habentes ſpeciem pietatis, veritatem aũt eius abnegantes.

g *Mel inueniſti, &c.* Poteſt & ſic intelligi, quod pòſt apertè dicit: Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui. Etſi n. cuiuslibet, vel locutionem, vel viſitationẽ melle dulciorem inueneris: melius eſt tamen vt rarius veniendo, facias eum diligere aduentum tuum, quàm vel vna vice tandiu cum illo maneas, vel toties ad illum venias, vt faſtidiat.

a *Deus pr-*

¶Apoſtolorum. ¶Scientia apoſtolorum noſtram fragilitatem tranſcendit. ¶Superficiem literæ.

cor regum inſcrutabile. Aufer ru-

¶Sacro eloquio. ¶De ſubtilitate literæ & figuraliũ ceremoniarum.

biginem de argento, & † egredietur

¶Spirituale myſterium.

vas puriſſimũ. Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius. Ne glorioſus appareas corã rege, & in loco magnorũ ne ſteteris. † Melius eſt enim, vt dicatur tibi: Aſcẽde huc, quàm vt humilieris coram principe. † Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iur-

¶Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum.

gio citò: ne poſtea emendare non poſſis, cũ dehoneſtaueris amicum tuum. Cauſam tuã tracta cum amico tuo, & ſecretum † extraneo ne reueles, ne fortè inſultet tibi cum au-

¶Non eſt.

dierit, & exprobrare nõ ceſſet. Gratia & amicitia liberãt, quas tibi ſer

¶In Hebræo.

ua, ne exprobrabilis fias. Mala aurea † in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Inauris au

¶Magiſter eruditus.

rea † margaritum fulgẽs, qui arguit ſapientem & aurem obedientem.

¶Tẽpore prædicationis inter ſeruores perſequentium. ¶Meſſis quidem multa, operarij autem pauci.

Sicut frigus niuis in diẽ meſſis, ita

¶Prædicator miſſus à Deo.

legatus fidelis ei qui miſit eum: animam illius requieſcere facit. Nubes & ventus & pluuiæ non ſequentes:

¶Speciem ſanctitatis habens. ¶Virtutem eius negans.

uir † glorioſus, & promiſſa nõ complens. † Patientia lenietur princeps,

¶Ferendo quæ pro peccatis irrogantur. ¶Deus.

¶Humilis ſatisfactio. ¶Domabit. ¶Contumaciã prioris.

& lingua mollis confringet duritiam. Mel inueniſti, comede quod

¶Paratum tibi. ¶Dulcedinem cœleſtis intellectus, quæ apud ſapientes patrum officio paratur.

¶Non plus ſapere quam oportet ſapere. ¶Cito contingere. ¶Vltra vires quærendo. ¶Per hoc quod bene intellexeras.

ſufficit tibi, nẽ fortè ſatiatus euomas illud. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne † quando ſatiatus * oderit te. Iaculum & gla-

## NICOL. DE LYRA.

talibus tacuerunt & de alijs conſimilibus, quæ plus habent noxiæ curioſitatis quam vtilitatis, vt dicit Auguſt.

a Aufer rubiginem. *Ideſt ſicut ablato rubigine de argento formatur inde vas puriſſimum, ſic ablata impietate de regno, remanet purum & iuſtitia ſolidatum.*

b Ne glorioſus appareas &c. *Te vltra debitum ingerendo, ne ex hoc ſequatur tua cõfuſio, ideo ſubditur:*

c Melius eſt enim vt dicatur tibi. *Et patet.*

d Quæ viderunt oculi tui. *i. mala proximi tui quæ in ſecreto vidiſti.*

e Ne proferas in iurgio. *Citò alijs propalando.*

f Ne poſtea emendare non poſſis &c. *id eſt reddere famam proximo tuo, quã abſtuliſti.*

g Cauſam tuam tracta cum amico tuo. *de cuius fidelitate non dubitas.*

h Et ſecretum extraneo non reueles. *cuius fidelitatem ignoras.*

i Ne fortè inſultet tibi. *exprobrando in publico defectum quem dixiſti ſibi in ſecreto.*

K Gratia & amicitia liberant. *Iſte verſus non eſt in Hebræo.*

l Mala aurea. *ideſt pomelli aurei ad modũ pomi formati.*

m In lectis argenteis. *ad decorem.*

n Qui loquitur verbum in tempore ſuo. *ideſt ſic obſeruatio temporis debiti in proferendo verbum bonum decorat illud. Quod autem potentes antiquitus facerent lectos argenteos & aureos habetur in Eſther. Probabile tamen eſt q̃ illi lectuli de quibus habetur in Eſther, erant argentei & aurei tantũ exterius, & de alia materia interius. Item Ra. Moyſes dicit, quod hæc eſt litera: Mala aurea in ſculpturis argenteis. i. cooperta argento ſculpto, ita quod per foramina argenti videtur aurum interius exiſtens.*

† fiet inde · † ſcias ſe q. ambulat · † alterius · Gratia & c. hic verſus non eſt in Hebręo · Eſther. 1.a

o In auris aurea. *quæ eſt ornamentũ auris.*

p Et margaritum fulgens. *In ornamentis alijs.*

q Qui arguit ſapientem. *ideſt ſicut illa ornamenta ſunt gratioſa corporaliter, ita correctio facta ſapienti & obedienti pulchra eſt & gratioſa ſpiritualiter, quia habet optimum effectum.*

r Sicut frigus niuis in die meſſis. *Non loquitur de frigore niuis realiter, quia nix non eſt decens tempore meſſis, ſed de vento refrigerante meſſores ad modum frigoris niuis.*

s Ita legatus fidelis &c. *quia refrigerat animi ſui motum.*

t Nubes & ventus & pluuiæ &c. *Sicut.n. imber & vẽtus prætendens pluuiam futurã & non adducentes, ſuſpendunt deſideria hominum pluuiam expectantium, & per conſequens magis affliguntur, quia ſpe tali fruſtrantur, ſic promiſſio hominis potentis quæ non completur, affligit animam illius cui promittitur.*

u Patientia lenietur prin. *Sicut Nabuchodonoſor fuit lenitus & pacificatus ex patientia trium puerorum in ignem proiectorum.*

† fortè · Dan. 3. g

x Et lingua mollis. *ideſt ſuauiter loquens.*

y Confringet duritiam. *Sicut lingua Abigail confregit duritiam, quam ce[illegible] propoſuerat David inferre domui ſuæ.*

1. Reg. 25. b

z Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi. *Vno modo exponitur de melle ad literam, quod inuenitur abundanter in Iudæa, & inde homines reficiuntur: ſi tamen vltra debitum accipiunt, attracti mellis dulcedine vertitur eis in nocumentum. Aliter exponitur, vt nomine mellis intelligatur quicunque cibus appetibilis, in cuius ſumptione debet homo eſſe cautus, ne ex ſuauitate cibi tantum accipiat, quod ſibi noceat.*

a Subtrahe pedem tuum. *nimiam frequentiam præcauendo.*

Ne quando ſa. *ideſt attædiatus, ſuſpicans q̃ talis frequentia ſit pro decipienda vxore ſua vel filia.*

c Oderit te. *qui prius diligebat te.*

d Iaculum & gladius &c. *ideſt ſicut iſta ſunt nociua illi contra quem mittuntur, ſic teſtis falſus illi contra quem teſtificatur, ſicut patet de teſtibus contra Naboth.*

3. Reg. 21. e



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Deus pu.& pes.* Iere. Maledictus q ponit ſpē ſuā in homine, & ponit carnē brachiū ſuū. Qui rectè dēti putrido & pedi laſſo cōparatur, qa vnicū hoīs bonū.i.adhærere Deo, & ponere in Deo ſpē ſuā, neſcit ille, nec vitę percipere cibū, nec ad māſionē pōt deſideratæ ſalutis ptingere, & amittit palliū in die frigoris, qa etſi in ſerenitate vitæ pręsētis habitu religionis videaī indutus, in die iudicij nudus patebit.

Iere.17.a

b *Acetum in ni. qui cantat.* Nitrū à Nitria prouincia (vbi naſci ſolet) dr̄: nec multū a ſalis amoniaci ſpecie diſtat. Sicut.n. ſalem in littore maris feruor cōficit ſolis, durādo in petras aquas marinas: quas vis ventorū vel maris feruor ad littus proijcit, ita in Nitria vbi æſtate pluuiæ prolixiores tellurē infundunt, ardor nimius aquas excoquit in petrā ſalis vel glacieī ſimillimā: ſed nihil gelidi rigoris, nihil ſalſi ſaporis habentē, q̄ tū iuxta naturā ſalis in caumate durare, & nubiloſo aere fluere ac liqueſcere ſolet. Hac indigenæ ad lauandū vtuntur. vnde: Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbā borith, maculata eſt iniquitate tua. Crepitat autē in aqua quaſi calx viua & deperit, ſed aquam lauationi habilem reddit.

† libens · † peruerſo · Iere.2.c · † ei

c *Prunas.n.congre.* i. ardorē charitatis. Non.n. doceret ſapiētia, vt bono inimico mali cauſa faceres. Fit.n. ſępe vt inimicus crebris victus beneficijs, odij ponat rigorem, & calorem charitatis menti apponat.

d *Ventus aquilo.* Si hilari vultu audieris detrahentē, tu illi das fomitē detrahendi. Si verò triſti, vt ait quidam. Diſcit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri.

† te ſi

e *Melius eſt ſedere in angulo domatis, &c.* F Doma eſt excelſus & ſecretus locus. In Actib.n. Apoſt. vbi Petrus ad ſuperiora aſcēdit ad orandū, pro ſuperioribus in Greco doma ſcriptum eſt.

Act.10.c

f *Aqua fri. ani.* vnde: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarū, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Aqua ergo frigida q̄ ſitientis ardorem extinguit, & nuntius qui de longè venit, noua quælibet & inopinata gaudia portat, aſſimilantur: qa dulcedo diuinæ viſionis animā diu deſiderantem conſolatur, & ab æſtu tribulationis liberat, & quotidie angeli de terra longinqua.i. de ſuperna patria deſcendentes in mundū, iuſtos vel inter tentationes ſpe cęleſtiū roborāt, vel finito certamine ad palmam retributionis inducunt.

Pſal.41.a · † qui commiſtis aggrauetur ſibi · † ſirupta

g *Fons tur.* Euenit ſæpe, vt qui maiori prediti ſcientia fulgebant ad vltimū, plus volentes ſapere q̄ fragilitati humanæ conceſſum eſt in inſipiētię foueā decidant: vnde adiungit:

h *Sicut qui mel co.mul.* Dulcedo.n. mellis, ſi plus quā debet ſumatur (vnde delectatur comedens) necatur. Dulcis quoq; eſt inquiſitio maieſtatis, ſed qui vltra modū inquirit, ab eius gloria opprimiī: qa vt mel immoderatè ſumptū pſcrutātis ſenſum, dū nō capiī, rūpit. Nō aūt hoc ſolū debet q̄ſq; attēdere, ſed ēt ne ea q̄ rectè atq; vtiliter ſcire potuit immoderatis ſermonib⁹ inutilia reddat: vnde addit: Sicut vrbs pa.&c.

i *Sicut vrbs pa.* Si.n. murū ſilētij nō habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis, & cū ſe p verba extra ſemetipsā iacit, apertam ſe aduerſario oſtēdit: quā tāto ille ſine labore ſuperat, quātò & ipſa q̄ vinciī, ɔ̄ ſemetipsā p multiloquiū pugnat. G

dius & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimoniū. Dens putridus & pes † laſſus, qui ſperat ſuper infideli

*a Peccatus qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus appareat.*

in die anguſtiæ, & āmittit palliū in

*a Ebullit. b Peruerſa mens correctione deterior ſuccenditur.*

die frigoris. Acetū in nitro, qui can

*Non eſt in Hebræo.*

